rogam eis dare debuiſſet. Illis autem ingredientibus non pepercerunt neque viris, neque mulieribus, ſed neque parvulis quos invenire potuerunt. Et mortui ſunt, ut fertur, xvi. milia inter viros & mulieres. Tunc ipſe Leo imperator miſertus eſt populo ſuo, & petiit cum Conſtantino bellum committere, ne pro duobus viris tantorum Chriſtianorum ſanguis effunderetur. Poſt hanc vero petitionem ingreſſi ſunt ambo in locum qui dicitur Ippodromio, & occiſus eſt Conſtantinus a Leone imperatore. In eadem hora interfecit Theodorum ſatricium, & omnes qui in ipſo conſilio fuerunt: Procopiam autem uxorem Michaelis imperatoris occidi, & membra ejus abſcidens diſtribuit per omnem civitatis. Cumque ſibi vindictam taliter perfeciſſet & ordinaſſet cunctæ civitatem, reverſus eſt ad exercitum ſuum in finibus Bulgarorum. Poſtmodum vero conjunxit ad nos unum homitem Græcum, nomine Agapitii, qui dixit nobis, quod neque patriarcham occiderunt, neque uxorem Leonis imperatoris exorbaverunt, ſed neque filius ejus interfectus eſt, niſi unum parvulum filium ſuam fecit Procopia uxor Michaelis imperatoris interfici. Hæc vero de Græcis hominibus audientes fereniſtati veſtræ intimare curavimus. His præmiſſis: Omnipotens & miſericors Deus ſua vos protectione cuſtodiat, & poſt multorum temporum curricula annorum ad gaudia æterna perducat. *Piiſſimum domini imperium gratia ſuperna cuſtodiat, eique omnium gentium colla ſubſternat.* Abſoluta VII. Kal. Decemb.

EPISTOLA VII. AD EUMDEM
Gratiarum actiones.

Domino piiſſimo & ſereniſſimo, victori ac triumphatori, filio, amatori Dei ac domini noſtri Jeſu Chriſti, Carolo Auguſto, Leo epiſcopus, ſervus ſervorum Dei.

EXplere veriſti clementiſſime fili non valeo, quantum veſtra opere veſtrisque via delector. Magnas igitur omnipotenti Deo gratias redidimus, quia in ore cordis experimento dulcis ſit ſapor earitatis. Cum impletur quod ſcriptum eſt: *Sicut aqua frigida ſitienti ſic nuntius bonus de terra longinqua.* Serenitatis namque veſtræ ſuſcepta pelna conſolationis epiſtola, continuo, ut decuit, gratiarum actiones omnipotenti Deo retulimus, qui veſtrum imperialem potentiam pacis ecclæ ſtaſticæ fecit eſſe cuſtodem. Ipſa namque fides vas ferat, quam erga ſanctam Dei catholicam & apoſtolicam eccleſiam, fautricem & auxiliatricem in omnibus petitionibus veſtris, atque in facerdotali unitate ſervatis. Cumque vos jugo pietatis cor veſtrum humiliter noſtræ puſillanimitati ſubdiris, veriſſi gratia agitur, ut omnia quæ circa Deum ex veſtra puriſſima voluntate agere cupitis divino adjutorio ſuffragari ad perfectionem ſecundum veſtrum benevolum deſiderium dedicis, & veſtrum brachium forte contra inimicos ſanctæ Dei eccleſiæ & veſtros extenditis. Dilectionem igitur atque firmam caritatem quam erga ſereniſtatem veſtram gerimus, eſt Deus in cæliis, ſcriatur corda & renes, qui ſcit qualem amorem & ſollicitudinem de veſtra dilectiſſima proſperitate quotidie habemus. Quia poſt Deum & ſanctos veſtros nullam conſolationem habemus niſi ſolam veſtram a Deo protectam imperialem potentiam, unde ſemper exſpectamus defenſionem & conſolationem. Reliqtis namque veſtris imperialibus ſyllabis repetimus in cis, quatenus Helmengaudus comes veſter noſterque

A fidelis omnia, quidquid a nobis audivit, vobis per ſingula nunciavit. Sed ſiomnia quæ quotidie patimur nobis inſinuaſſet tam ipſe quam etiam ceteri miſi veſtri, qui illis partibus veniunt, fadiſtium auribus veſtris credimus facere. Neſcimus enim ſi veſtra fuit demandatio, quod miſſi veſtri qui veneraut ad juſtitiam faciendam, detraxerunt ſecum homines plures & per ſingulas civitates conſtituerunt. Quia omnis, ſecundum quod ſolebat dux qui a nobis erat conſtitutus, per diſtrictionem cauſſarum tollere, & nobis more ſolito annue tributare, ipſi eorum hominem peregrunt, & multam colleſtionem fecerunt de ipſo populo, unde ipſi duces minime poſſunt ſuffragium nobis pleniſſime præſentare. Sed valde nobis gravis eſſe videtur quia a vobis fidelium facimus: conſidimus enim in Dei miſericordia, quia in veſtris temporibus ſancta Dei eccleſia tranquilla atque pacifica exiſtere habebat.

De autem omnibus bonis & proſperis que circa miſſum noſtrum quem in partibus Britanniæ ad Anglorum gentem direximus, omnia pro amore B. Petri apoſtoli fautoris veſtri operati eſtis, ſicut ſolita eſt veſtra clementia, magnas gratias veſtræ pietati exinde agimus: quia ſemper in ſolatio ſanctæ Dei eccleſiæ, & adjutorio orthodoxæ fidei decertatis. Sed ſcat noſter ipſe veſtrum honorabilem epiſtolam inſinuaſtis, quod Earduſphus rex de regno ſuo ejectus fuiſſet, jam hoc per Saxones agnoveramus, unde maxime ipſum miſſum noſtrum pro ipſa nequitia illic direximus. Magnum enim gaudium & magna lætitia in corde noſtro aſcendit pro eo quod veſtra pietas unitit miſſos ſuos, & vivum eum ad vos usque perduxiſtis. Et valde de vita ejus delebor, quia & veſtrer ſemper fidelis exiſtit, & ad nos miſſos ſuos dirigebat. Pro qua re veſtra imperialis defenſio ubique multiplicetur ſenſonat.

De vero epiſtolis quibus vobis Eanbaldus archiepiſcopus & Cenulfus rex atque Wado emiſerunt, relegentes, reperimus eorum dolofitatem quam inter ſe habent. Unde valde admiramur. Quia ipſe præſidens Cenulfus rex nec inum archiepiſcopum pacificum habet nec iſtum Eanbaldum idem archiepiſcopum. Nam & de eorum diſſidium idem quotidie in conſeſſione ſui Petri apoſtoli, licet velut immeriti, preces fundimus, ut eos omnipotens Deus pacificet & diſcordiam quam inter ſe habent tollat. Et licut cupit veſtra ſereniſtas in ipſam pacem nobiſcum dereſtare, ſic inceſſanter elaborare dignemini, quatenus veſtras merces copioſa accrelcat in cæliis. Miſſiſtis ſiquidem nobis, ut noſtræ apoſtolicæ auctoritatis adhortatoriam epiſtolam ſæpefato Eanbaldo archiepiſcopo per idoneum miſſum noſtrum mitteremus, ut ad hanc ſanctam apoſtolicam ſedem cum ſuis conſentaneis venire debuiſſet, aut in veſtris præſeſtis rationes deducendum. Nos vero ſtatim ipſam epiſtolam dictavimus & vobis emiſſimus. Sed ſi placet ſereniſtati veſtræ, quod ipſam noſtram epiſtolam per idoneum miſſum ipſit in partibus admiſſum, quem itidem direximus, miſiſtetis ut una cum præcidto miſſo noſtro ipſum archiepiſcopum adhortaſtet, quatenus aut hic, in noſtra preſentia, aut ibidem in veſtra una cum ſociis ſuis conjunxiſtet, valde nobis reſte vitum foiſtet; quia miſſum noſtrum nondum ſuſcepimus, & ipſi homines doloſi ſunt, ut ne miſſos ſuper miſſos ſuſcipientes in dolofitate eveniant. Veruntamen nos miſſum noſtrum præparamus, donec ſecundum veſtrum placitum demandetis, & ſi placet imperialis potentiæ ut miſſum noſtrum ibidem dirigamus, vos nobis per veſtram

vestram insinuationem significare jubeamini, & A nos statim ipsum missum nostrum dirigemus fecundum vestram voluntatem. Omnipotens enim & misericors Deus sua vos protectione longa per tempora conservare dignetur, atque æterna gaudia cum sanctis omnibus faciat possidere. *Pissimum domini imperium gratia superna custodiat, eique omnium gentium colla subjiciat.*

EMBOLUM.

Pro tanto amore tantaque dilectione atque fide, quam erga vestram fereniratem gerimus, ea quæ agnoscere valemus silere non possumus. Jesse vero episcopas fervicus velter aliud fervitium vobis facere potest. Nam missaticum per patrias deportare non nobis videtur quod idoneus si, neque ad fecretum confilium provocandus. Sed rogamus vestram clementiam, ut de hac re clementer confideare debeatis, quia nos omnes in vestro fervitio falvi esiffere quimus. De sancta Cerdonatibus cauffis, unde nobis ad decrimentum veritæ speramus, quæ nos non fic possumus emendare, vobis insinuamus, ut interrogetis Hielmengaudum & Honfridum fideles vestros; quando a nobis absoluti fuit, & in Gallia conjunxerunt, & ab archiepiscopo ad prandium invitati funt, id eft dominico die ad palmas: quales lectiones & quales admonitiones ante ipsam mensam vestram audierint, sive decem in simbo quadragefimali vestro, quando omnes de fuis facinoribus Deum deprecantur, ut mereantur emendare. Sed & ea que ibidem audierunt nobis turpitudo eft vobis in *scriptis* insinuare.

EPISTOLA VIII. AD EUMDEM

De beneficiis acceptis.

Domino pissimo & ſerenissimo, victori ac triumphatori filio, amatori Dei & domini nostri Jesu Christi, Carolo Augusto, Leo episcopus, servus ſervorum Dei.

MAgno munere misericordiæ Dei totius mundi multiplicata funt gaudia, cum pro & gloriofo clementiæ veftræ ftudio erga fanctum Dei ecclefiam noftramque paffillitatem geritis, largiffue tuæ munificentiæ fufcepiis pulcherrimis munufculis, relectifque fcriptis ferenitatis veftræ, que in noftro corde melle condita fapuerunt, illico, ut decuit, gratiarum actiones repudiantes gratulanter Deo retulimus. Quia non folum latitiæ verba in ea reperimus, verum etiam & noftræ profperitatis foliertiffimam curam agnovimus. Sed de fanctis immenfis beneficiis & muneribus, quibus jugiter nos ditatis, optamus ut ab ipfo clavigero regni cælorum, cujus vices eas, Deo miferante, geritis, dignam retributionem fufcipiatis, cui tantum honorem affidue exhibetis, ipfumus namque & fideliter fcimus, quia per omnia & in omnibus vobis pertinentibus noftrum gaudium vos effe facturos: fed commutatio excelfi que pia facta probat, & benigna fuliris pietate repentis, ipfa pro nobis digna præmia veftræ pietati retribuat. Poft vero munerum offertionem infinuaverunt nobis fideliffimi miffi veftri, Helmengaudus videlicet atque Honfridus glorioli comites, quod filius nobis domnus Pippinus rex ad limina apoftolorum per veftram largitatem media quadragefima cupit venire, atque colloquium nobiſcum habere. Unde in magnum gaudium cor noftrum relevatum eft, quod ipfi fideliffimi miffi veftri viva voce vobis infinuare poffunt, & continuo omnia cum ipfis difpofuimus de præfcripti dilectiffimi filii noftri itinere, miffumque ftatim noftrum direximus, qui omnem præparationem facere deberet, quatenus cum lætitia ad limina apoftolorum noftrasque puſillitati conjungeret. Igitur poft modicum, adjuvante fcilicet Kriſto, conjunxerunt ad nos miffi præfati filii noftri domni Pippini regis, & obtulerunt nobis honorabilem epiſtolam veſtram. Quam relegentes reperimus veftræ profperitatis ſolertiam, quæ illeſtriſſimam curam quam erga tranquillitatem ſanctæ Dei eccleſiæ veſtra ſerenitas ſemper gerit, atque de adventu filii noſtri domni Pippini, ut non antea effet venturus niſi poſt dicm ſanctum paſchæ, apto videlicet tempore. Credo enim nobis veſtra clementia, quia quocumque tempore ad nos conjunxerit cum tanto gaudio tantaque lætitia eum ſuſcipiemus, quantum condecet filio tam magni defenſoris ſanctæ Dei eccleſiæ: quia ſemus domino opitulante, eo quod & nobis & illi profectum erit ſi nos conjunxerimus. Iterum poſtquam conjunxerunt ad nos ipſi miſſi prædicti filii noſtri domni Pippini regis, & dixerunt nobis quod in media quadragefima minime conjungere poſſet, poſtgeruntt nobis præfati miſſi veſtri, videlicet Helmengaudus & Hunfridus glorioſi comites, aliam epiſtolam ſerenitatis veſtræ, unde confolatus, ipſi fideliſſimi miſſi veſtri quod filium noſtrum domnum Pippinum prius adirent, & de veſtro verbo ei præciperent, ut ubi ambobus placuiſſet nobis obvium occurriſſet, ut quod vos commodo optatis, cum Dei adjutorio veniat ad perfectionem, id eſt ut pax & concordia inter nos firma & ſtabilis Deo mediante conſtituatur. In veritate enim dicimus, quia domavit nobis dominus pacificum imperatorem, de quo apoſtolus dicit : *Quam ſpeciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona.* Nam omnipotens Deus veſtrum poteſt cor fatisfacere; quia nullam diſcordiam nullamque iniquitatem circa eum habemus; ſed ſic cum diligimus & illius profectum cupimus, ſicut de cariſſimo filio : ſed qui zizania portant in conſpectu veſtro vel filii noſtri domni Pippini regis, quod non ex corde ambiunt, ſunt ambo potens Deus qui juſtus judex eſt, ante cujus conſpectum omnia occulta patebunt, ipſe judicet inter nos & ipſos. De vero eccleſiis Dei ut jussi habemus jubilius, atque littoraria veſtra & veſtra ab infeſtatione paganorum & inimicorum noſtrorum tuta reddantur atque defenſa, nos, quantum dominus virtutem donaverit, cum ipſo præſcripto filio noſtro fiudium ponimus: ſed veſtrum confilium & veſtrum ſolatium & nobis, & illi neceſſe eſt.

De autem inſula Corſica, unde & in ſcriptis & per miſſos veſtros nobis emiſiſtis, in veſtrum arbitrium & diſpoſitum, ſed commissum atque in ore poſuimus Helmengaudi comitis, ut veſtra donatio ſemper firma & ſtabilis permaneat, & ab infidiis inimicorum tuta perſiſtat, per interceſſionem Sancte Dei genetricis, & beatorum principum apoſtolorum Petri & Pauli, & veſtrum fortiſſimum brachium: & domino miſeratente tempore apto, quantum plus celerius valuerimus, per fidelem miſſum noſtrum omni utilitate ſanctæ Dei eccleſiæ veſtræ imperiali potentiæ liquidius innotefcimus. Omnipotens igitur & omnium futurorum præſcius Deus ipſe vos ſatiat proſperis exaltari triumphis, & poſt longæva vitæ ætatem gaudia tribuat ſempiterna. *Piſſimum*

ſimum domini imperium gratia ſuperna cuſtodiat, A eique omnium gentium colla ſubjiciat.

EPISTOLA IX. AD EUMDEM.

Quæſtiones ſolvendæ.

Domino pissimo & ſerenissimo, victori ac triumphatori, filio, amatori Dei ac domini noſtri Jesu Chriſti, Karolo Auguſto, Leo epiſcopus, ſervus ſervorum Dei.

REmeante ad nos, domino annuente, Sabino religioſo epiſcopo de partibus tranſmarinis, obvolis noſtris ſerenitatis veſtræ epiſtolam, continentem de injuncta ſibi legatione vel capitu atque redemptione Adulphi diaconi miſſi noſtri; de quo in magna mentis mearum, quoufque omnipotens Deus illum ad nos ufque per veſtrum deducat ſolatium.

Reperimus etiam in ipſa honorabili veſtra epiſtola tres quæſtiones ſubjunctas. Unam quidem de eo quod ſcriptum eſt in evangelio ſecundum Matthæum, ubi dicitur de domino noſtro ſeſu Chriſto: *Et veniens Nazareth habitavit ibi; ut adimpleretur quod dictum eſt per prophetas, quoniam Nazarenus vocabitur.* Alteram de eo, quod in principio evangelii ſecundum Marcum teſtimonium prophetarum ita poſitum eſt: *Initium evangelii Jeſu Chriſti filii Dei, ſicut ſcriptum eſt in Iſaia propheta, ecce mitto angelum meum qui præparabit viam tuam ante te.* Tertiam de epiſtola egregii doctoris Pauli apoſtoli prioræ ad Corinthios, ubi dicit: *Si enim evangelizavero, non habeo damnationem gloria mea: væ mihi ſed ſicut ſcriptum eſt, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis deſcendit, quæ præparavit Deus diligentibus ſe.*

Scribit enim beatus Hieronymus de quæſtione prima, id eſt ſecundum Matthæum, quod hoc in Iſaia ſcriptum habeatur : ſed id magis juxta ſenſum ulum beatum fuiſſe evangeliſtam quam juxta ſermonis proprietatem. Scriptum namque eſt in commentario ipſius evangeliſtæ ab eo beato Hieronymo : *Et veniens habitavit in civitate quæ vocatur Nazareth, ut adimpleretur quod dictum eſt per prophetas, quoniam Nazarenus vocabitur. Si ſicum de ſcripturis pojuiſſet exemplum, nunquam diceret, quod dictum eſt per prophetas; ſed ſimpliciter, quod dictum eſt per propheram. Nunc autem per prophetas locutus, oſtendit ſe non verba de ſcripturis ſimpliciter ſed ſenſum. Nazareth enim ſcilicet interpretatur; ſanctum autem dominum ſuum omnis ſcriptura commemorat. Poſſumus & aliter dicere, quod extrinſecus verbis juxta ſimilitudinem ſcripturæ in Iſaia ſcripturam ſit : exiet virga de radice Jeſſe, & Nazarenus de radice ejus conſcendet.*

De teſtimonio vero beati Marci evangeliſtæ, quod in principio ſui operis negotii dicens : *Initium evangelii Jeſu Chriſti filii Dei, ſicut ſcriptum eſt in Iſaia propheta : Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam qui præparabit viam tuam ante te.* Et iterum : *vox clamantis in deſerto, parate viam domini, rectas facite ſemitas ejus.* Sciendum eſt quod e duorum teſtimoniis prophetarum unum contexuit corpus Malachiæ videlicet & Iſaiæ, quorum unius edixit, alterius vero tacuit nomen. Quod enim ait: *Ecce mitto angelum meum &c.* De Malachia protulit. Quod vero adjecit: *Vox clamantis in deſerto &c.* Iſaiæ videlicet eſt, ſicut in ipſius Malachiæ expoſitione beatus profert Hieronymus, A dicens: *Mareus evangeliſta duo teſtimonia Malachiæ & Iſaiæ ſub nomine prophetæ promere consuevit, ita exordius eſt. Initium evangelii Jeſu Chriſti, ſicut ſcriptum eſt in Iſaia propheta, ecce mitto angelum meum ante te qui parat viam tuam. Hoc, ſicut verbis aliis, in Malachia legimus. Quod autem ſequitur: vox clamantis in deſerto &c. ab Iſaia prophera dicitur.* Item vero in commentario Matthæi idem beatus dicit Hieronymus. *Cum enim voluiſſet de Iſaia Malachiæ concinentem textum ſit, quæritur quomodo voluit ab una Iſaiæ exemplum putemus adſumptum : de quo eccleſiaſtici viri plenissime reſpondemus.*

At vero teſtimonium beati Pauli apoſtoli, quod ait teſtimonium Iſaiæ poſitum pronuntiat, dicens: *Quod 1. Cor. 2. oculus non vidit nec auris audivit, &c.* In Iſaia propheta ſcriptum habetur aliis quidem verbis, eodem tamen ſenſu. Sic namque ſcriptum eſt ibidem: *A ſeculo non audierunt neque auribus perceperunt, oculus non vidit Deus abſque te quæ præparaſti expectantibus te.* Requirat prudentiſſima veſtra imperialis potentia in capitulo centeſimo ſeptuageſimo ſexto, & ita inveniet. Quamquam beatus Ambroſius hunc ſermonem in expoſitione ejuſdem epiſtolæ, juxta ſcriptum apoſtoli in Apocalypſi Heliæ in apocryphis ſcriptum eſſe affirmat.

His præmiſſis omnipotens & miſericors Deus ſua vos protectione cuſtodiat, atque per multorum curriculo annorum vitam tibique ſempiternam. *Piſſimum domini imperium gratia ſuperna cuſtodiat, eique omnium gentium colla ſubjiciantur.*

EPISTOLA X. AD EUMDEM.

Interceſſiones & cetera.

Domino pissimo & ſerenissimo, victori ac triumphatori, filio, amatori Dei & domini noſtri Jesu Chriſti, Karolo Auguſto, Leo epiſcopus, ſervus ſervorum Dei.

OMnes enim qui ſe nobis fideles afferuut, ſe ſuæque imperiali potentiæ ſic fideles non exiſtentes, ita ut nos pariter cum ipſis diligentem quam Deo miſerante, erga ſanctam Dei catholicam & apoſtolicam Romanam eccleſiam matrem veſtram & nos gerittis, cognoſcere valeatis, vacua eſt ipſes eorum & labor eorum ſine fructu & inutilia funt opera illorum, exceptis his qui per ignorantiam in aliquod ut homo fefellerint. Veruntamen & ipſi corrigendi eſſe judicamus. Miſit ſiquidem nobis veſtra ſerenitas ex parte Adulphus diaconus, miſſus noſtræ apoſtolicæ ſedis, cum a vobis more ſolito benigne ac honorifice ſuſceptus eſſet & ufque ad portum maris deductus, atque exinde ad regnum vestrum mode abſolutus, & cum vertereter ad vos primum ſe velle venire profiteretur, noluit miſſum veſtrum expectare qui eum ufque ad vos deduceret, ſed arrepto itinere quo regrederetur, cum vos illum per dies aliquos expectaretis, ad vos returnum feperantes, ſpem veſtram deluſit. Et quod miſſum Eanbaldi archiepiſcopi, qui ipſe litteras ſuas ad vos miſit petens & præditum legatum ejus ad vos venientem benigne ſuſcipere, eum ad vos vetitet permitteretis: ſed neque ille fecundum dominii fui præceptum peragere ſtudeit. Quamobrem credat nobis veſtra ſerenitas, cariſſimæ ac dilectiſſimæ filii; quia per nullius iniquum quodlibet confilium hoc facere perpeſſi ſune, fed ignorationes ſeculi hujus ſollertiæ hanc ſolidam occaſionem perfecerunt. Nos vero a poſtolica fuſtuli auctoritate, ſecundum veſtram & voluntas-

voluntatem, vestræ imperiali potentiæ eos dirigere non omittimus. Sed precamur clementiam vestram, ut pro amore beati Petri apostoli fautoris vestri, in quo servitia præstitum Adalphum diaconum enimittas, immo etiam in ipsum quod nobis fub jusjurando pollicitus eſt, ut ad profectum ſanctæ Dei eccleſiæ & veſtrum atque noſtrum decertare debuiſſet, & pacem in ipſa infula feminæ ſtuduiſſet, iterum ipſis in partibus remittamus, nullam pro hoc ſoltineat tribulationem: ut cum prophetæ dicunt, *convige nos ipſius in miſericordia*. Quis enim veſtrum a Deo datam ſapientiam illudere valebit? cum ſuperna gratia ſcat vos procul dubio creditmus ut habeatis. Sed quia homines ſumus & fallimur, petimus pietatem veſtram, ut hanc eorum noxam beato Petro apoſtolo concedere non dedigneminī, ut ab ipſo clavigero regni cæleſtis præmium mercedis ſuſcipere mereamini. De autem quod nobis emiſiſt veſtra ſerenitas, fraudulentam eos habere legationem quam vobis offendere ſimuerunt, & quia propter hoc tam feſtinanter profecti ſunt, ut Ardubrandus, iter Romam provenire potuiſſent, omnes epiſtolas quæ de partibus illis nobis perlatæ ſunt pro veſtra ſatisfactione vobis emiſimus legendas. Prædictum vero miſſum Lambaldi archiepiſcopi, in quantum Deo auſpice agnoſcere valuimus, in omnibus Dei ſimulum eum comperimus. Unde obnixe quæſtimus veſtram imperialem potentiam, ut pro eo quod ad fautorem veſtrum beatum Petrum apoſtolum directus eſt, melius illi ſit & non deterius, ſicut modis omnibus eſſe creditmus, quamquam ignorantes fedelis. Quia valde pertæſimemus ne ipſe populus acquiſitione ſanctæ Romanæ eccleſiæ per quamlibet occaſionem, & certamen prædeceſſoris mei domni Gregorii beatiſſimi papæ, quod ipſis in partibus poſuit, meis temporibus infructoſum exiſtere videatur, nec mihi in judicio evenias. Quid plura dicimus? Sicut per eorum ſtultitiam agnovimus in aliquod veſtrum fuiſſe rotem, ita per inſolitum Dei Spiritus velocitas a vobis veſtram ſentiamus miſericordiam. His præmiſſis; Omnipotens & miſericors Deus ſua vos a malis omnibus protectione cuſtodiat, & quoniam vita veſtra bonis omnibus valde eſt D neceſſaria, poſt longa adhuc tempora vos ad cæleſtis patriæ gaudia perducat. *Piſſimum domini imperium gratia ſuperna cuſtodiat, atque omnium gentium colla ſubjiciat*. Prædictæ vero epiſtolæ quæ de Saxonia partibus nobis miſſæ ſunt magnopere precamur clementiam veſtram, ut eas nobis remittere jubeatis, quia eorum verba pro pignore retinemus. *Abſolut. prid. Kalend. Januar.*

EPISTOLA XI. AD EUMDEM.

Qualiter quidam epiſcopus exſul inventus.

Domino piſſimo & ſerenſiſſimo, victori ac triumphatori, filio, amatori Dei ac domini noſtri Jeſu Chriſti, Carolo Auguſto, Leo epiſcopus ſervorum Dei.

DUm veſtræ imperiales ſyllabæ de civitate in civitatem ad nos perveniſſent, quæ & a nobis ſuſcepta ac relecta ſuiſſent, reperimus in eis, quemdam a Gradenſi inſula, ubi Fortunatus archiepiſcopus ſuam propriam ſedem habere videbatur, propter perfectionem Græcorum ſeu Venetiorum exul eſſe dignoſcitur; & ſi congrue nobis apparuiſſet, pro cauſſa neceſſitatis in Polla, ubi jamdudum Æmilianus quidam epiſcopus præfuit, quæ & diœceſis prædicti Fortunati archiepiſcopi exiſtit, illic ſuum ſedem haberet: & apoſtolicæ ſedis & Deo protecta imperialis potentia ſine conſultu apoſtolatus noſtri nequaquam cum aliis collocare volui. Nos vero de hac re pertractare providimus. Ut ſecundum quidem veſtræ imperiali clementiæ complacuit ut in Poſtana eccleſia perſiſteret, ita manet ſub eo proſus tenore: ut, ſi domino annuente, ei beato Petro apoſtolo interceſſore, per veſtram in illis partibus victoriam, ipſa ſua ſedes illi reſtituta fuerit, ſecundum quaſiter præditta Poſtana eccleſia integra cum omnia ſibi pertinentia ſuſceperit, ſit iterum ei reſtituta. Et non de rebus ejus aut pecunia ad ſuam debeat ſubtrahere ſedem, ſed neque cuiquam ex ipſis rebus ſeu pecuniis atque ſpecibus dare quoquomodo præſumat, ut ipſa eccleſia ſemper integerrime cum omnibus ſuis ſalva exiſtere poſſit. Reſervatur ſiquidem in ipſis veſtris imperialibus apicibus, quomodo in Aquis palatio nobiſcum providiſſis de Aquileienſi eccleſia, a qua ipſe quam ſuam ſedem haberet. Credat enim nobis noſtra clementia, & quod cuiquid ibidem una vobiſcum vel cum fratribus & coepiſcopis noſtris oratores veſtri perfecerint, omnia ad meritum animæ veſtræ, ſeu filiorum veſtrorum eſſe conſpicitur. Omnipotens & miſericors Deus per interceſſionem ſanctæ ſuæ genitricis, ſanctorumque apoſtolorum Petri & Pauli diu vos in hoc mundo conſervare digneiur, & per multorum annorum curricula cæleſtia regna cum ſuis faciat adipiſci. *Piſſimum domini imperium gratia ſuperna cuſtodiat atque omnium gentium colla ſubjiciat.*

EMBOLUM.

Et hoc veſtræ ſerenitati intimare curavimus de præfato Fortunato: ut fiat ſemper pro illius honore temporali laboratis, ita & de animæ ejus curam ponatis, ut per veſtrum parorem ſuum miniſterium melius expleat. Quia non audivimus de eo ſuiſt deeet de archiepiſcopo, neque de partibus Francie, ubi cum beneficialibus. Tamen gratias agimus Deo, quia omnes vobis incognita non ſunt. Interrogate quidem fideles veſtros, & omnia vobis nota ſient; eo quod illi qui vobis eum collaudant hoc per munera & calciaria faciunt. Quid nobis plus amabile eſt quam veſtra dulciſſima anima? Et Deus cogaitor eſt, quia poſt ſalutem animæ veſtræ hæc omnia vobis indinavimus, eo quod de tanto amore quem erga veſtram ſerenitatem gerimus, ideo ſiſtere non poſſumus. Poteſtis interrogare fratrem noſtrum Hildibaldum archiepiſcopum & Ercanbaldum cancellarium. Portaſſis exinde aliquid cognoveritis, quia cognoverimus eos animæ veſtræ fideles in omnibus.

EPISTOLA XII. AD EUMDEM.

Qualiter miſſi juſtitiam facturi damnum fecerunt.

Domino piſſimo & ſerenſiſſimo, victori ac triumphatori, filio, amatori Dei ac domini noſtri Jeſu Chriſti, Carolo Auguſto, Leo epiſcopus ſervorum Dei.

AD hoc omnipotens & invifibilis Deus noſter veſtram a Deo proſectam imperialem potentiam ſanctæ ſuæ eccleſiæ ſecit eſſe cuſtodem, ubique gubernatione laudabili ad augmentum

tum gloriæ veſtræ vigilantior exiſteret, & quos A conſilio exterius regitis penitre interius non permittatis, quatenus per fructum ejus ſolliciudinis veſtræ ad æterna quæ ſanctis ſuis damnus eſt gaudia pertingere mereatis; atque ex bonorum veſtrorum actibus dignam retributionem multiplicitter percipiatis. Verumtamen itaque præſentes oratores noſtros, Joannem videlicet reverendiſſimum epiſcopum, & Basilium religioſum hegumenum, viſitationis cauſa ad veſtram imperialem clementiam, cum benedictione beati Petri apoſtoli fautoris veſtri. Sed petimus ſerenitatem veſtram ne injuriosum ducatis quod non aliquid dignum munificentiæ veſtræ vobis dirigere valumus. Verumtamen de beati Petri apoſtoli rebus, quamvis parvæ ſunt quæ offe- B runtur, pro magna ſemper benedictione ſuſcipiende ſunt, quoniam & hic nobis valebit meritum ſanctæ animæ veſtræ, & in futurum Dei remuneratione. Dum enim in hominibus poſt Deum & ſanctos ſuos non niſi in veſtram imperialem potentiam fiduciam habeamus, juſtum eſt ut petamus, ut & gaudium noſtrum & angustias quas aſſidue patimur veſtris prius intimaremus auribus, ut oblationem quam veſtri dulciſſimi parentes & vos ipſi beato Petro apoſtolo obtuliſtis, acceptа atque ſecura ſit in conſpectu ejus, quatenus ab ipſo clavigero regni cælorum, qui vos in ſuis utilitatibus defendere conſtituit, regnum mereamini percipere mereamini, & veſtra opinatiſſima imperialis C munificentia in univerſo fideli populo laudabiliter diffimetur, & nos pro cuita negligentiæ ante tribunal Dei cum ipſo domino, & nutrito noſtro beato Petro apoſtolo in judicio minime poreremur, pro ea quod oppreſſiones populi Dei veſtræ non nunciaverimus clementiæ. Miſit igitur pia ſerenitas veſtra miſſos ſuos, ut juſtitiam nobis facere debuiſſent, ſed magis damnum quam profectum nobis ſererunt. Nevertantum miſſos veſtros qui ad pos venerunt interrogare dignemini, & ipſi viva voce intimare poſſunt ea quæ in noſtris hominibus audierunt vel viderunt peraſa. Sed & præſtas Joannes epiſcopus cum noſtro per ſingula veſtræ poteſt innotefcere imperiali potentiæ; quis omnia, quæcunque per veſtrum pium ac legale judicium de ſuis abſolicer palati Ravennatis recollectamus, unde & juſtiſſit, ut nullus quilibet homo impoſterum conquaſſare aut in judicio promovere præſumeret, tam de vulgaria quam etiam de manſu, quos per veſtrum diſpoſitum Hermious fidelis veſter nobis reconſignavit; omnia cum cauſs, vincis, ſeu laboribus atque pecuiiis abſtoleruer, & nihil exinde nobis remanſit. Quamobrem quæſumus veſtram imperialem elementiam, ut dic de veſtra a Deo accepta donatione, quam prædito Dei apoſtolo obtuliſtis, peragere jubeatis, quatenus in nulla minuatur parte, ſed manſus per veſtram largitionem certamen firma atque ſtabilis & inconcuſſa perennis temporibus perſiſtere valeat, & nos, ſicut ſperare, tantum Deo miſerante vi- E tem ejuſdem diſcipuli tenentes, ſecuriter ac patienter Dei omnipotentis poſſimus exorare clementiam, ut veſtrum robuſtiſſimum brachium foreiter contra inimicos ſanctæ Dei eccleſiæ extendat, & omnes barbaras nationes pede fortitudinis opprimatis. *Piſſimum domini imperium gratia ſuperna cuſtodiat, atque omnium gentium colla ſubjiciatur.*

XIII. AD RICHULPHUM EPISCOPUM MOGUNTINUM.

Gratias agit de muneribus ab eo miſſis: mittit vicilim reliquias S. Cæſarii, quas poſtulabat.

Leo epiſcopus ſervus ſervorum Dei reverendiſſimo & ſanctiſſimo Richulpho epiſcopo.

CUm ad limina beatorum principum apoſtolorum Bernharius venerabilis epiſcopus una cum Adalhardo religioſo abbate, miſſi fili noſtri domini Caroli ſereniſſimi imperatoris conjunxiſſent, & omnia proſpera ac ſalubria de proditio filio noſtro, ſeu de ejus ſublimiſſima proles, vel omnibus fidelibus ſuis nobis nuntiſſent, immenſas omnipotenti Dei gratiarum actiones retulimus. Interea obtulit nobis præfatus Bernharius epiſcopus ſanctitatis veſtræ pulcherrimum munus & litteras. Quas vero litteras relegentes, gratias referendæ almitati veſtræ minime valuimus, quia noſtri eſſe memores in veſtris Deo acceptis orationibus non prætermittitis. De tantis autem muneribus, quibus nos aſſidue pro amore beati Petri apoſtoli diratis, credimus in omnipotentem Deum, quia dignam retributionem hic & in futuro ab ipſo clavigero regni cæleſtis percipietis. De reliquiis vero ſancti Cæſarii, ſicut petitilis, per eumdem Bernharium venerabilem epiſcopum ſanctitati veſtræ direximus.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epiſcopi.*) Reverendiſſimus, ſalſoque pro eccleſia cathedrica ſcripſit, *diſpartimentibus*, pro multibus longe eliſſimus rie, dominus Joannes Ilerdenſis theologus a jubilatione, ac modicus celebratimus, Jaime Caſtaneſe nis gregeſcri- mapiſtatis conſiliarius ampliſſimus, patronus mihi pigr regna hi- obſervantia coletudo, ex ampliſſima nobiliſſimoque ejus- Eadem ſcr- fidem ſuæ Cathedralis ecclæſiæ Vicarius bibliothecæ mi- dis fuit ne- fit ad me antiquum manuſcriptum codicem, in quo ter- 1602. a Se- tio ſuo ſcripſerat ſua antiqua monumenta hanc Leonis papæ III. epi- verino ſcripſ- ſtolam ad Richulphum Mogontiæ eccleſiæ archiepiſco- tus de Scrip- pum ſanctiſſimum invent, deſcripſi. & in hanc noſtram e- tor. ſui Ordi- ditionem decernendam tranſcribendam curavi, ut ſic nis. D. Joannes tranſiuli. Idem codex habebat manuſcriptum Conciliam Ildenſes Mogontinum primum, quod auctoritate Richulphi ar- hanc edidi- chiepiſcopi Mogontinenſis ſub Leone papa III. anno do- tempore mi- minicæ 813. celebratum fuit, Sed cum illud a principio vit. ejus quod erat ut plurimum ſolet parva diſcrepare, in fine autem manifum eſſet, nullus, vel ſaltem paucula lectionis varietates in margine annotavi. Ab eodem vero Chriſtiane expoſitione & eccleſiæ anatheſimus anteciſionem originale exemplar Concilii Conſtantinopolitani non fine magna quo impoſito, hanc epiſtolam ad me tranſcribam ad me manſcriptum eſt: quo fruſte quare utiliter omiſit eccleſiæ, infra indicabimus. Cetera quæ hujus allocutionis deſcriptionem virorum ſtudio & indolitia repetit, & huic noſtræ editioni communicata fuerunt, locis opportunis gratiſſimo affectu commemoraba; non alia ſane intentione, quam ut modeſtiæ, ingenuitatis, nihil huic operi inſertum vel ſuperadditum eſſe, quod non a dodiſſimis ſiſque probatiſſimis viris acceptum fuerit.

✠ SYMBOLUM ORTHODOXÆ FIDEI

LEONIS PAPÆ.

LEo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei omnibus orientalibus eccleſiis. Hoc ſymbolum orthodoxæ fidei vobis mittimus ut tam vos quam omnis mundus ſecundum Romanam ſanctam catholicam & apoſtolicam Eccleſiam reſtam & inviolatam teneatis ſidem. Credimus ſanctam trinitatem, id eſt, patrem, filium, & ſpiritum ſanctum, unum Deum omnipotentem, unius ſub-

Ex Baluzii Miſcell. lib. 7. p. 14.

Vide Bernhardum ann. 810.

substantiæ, unius essentiæ, unius potestatis, A
creatorem omnium creaturarum, a quo omnia,
per quem omnia, in quo omnia, patrem a le
ipso, non ab alio, filium a patre genitum,
Deum verum de Deo vero, lumen verum de
lumine vero, non tamen duo lumina, sed unum
lumen spiritum sanctum a patre & a filio aequa-
liter procedentem, consubstantialem, coæternum
patri & filio. Pater plenus Deus in se, filius
plenus Deus a patre genitus, spiritus sanctus
plenus Deus a patre & filio procedens. Non
tamen tres Deos dicimus, sed unum Deum omni-
potentem, æternum, invisibilem, incommuta-
bilem, qui totus est ubique praesens, non per
partes divisus, sed totus in omnibus, non lo-
caliter, sed personaliter, qui sine commutatio-
ne sui mutabilia creavit & creata gubernat,
semper manens id quod est, cui nihil accidens B
esse potest, quia simplici divinitatis naturæ
nihil addi vel minui potest, quia semper quod
est, cui semper primum est, cui sempiternum
est, cui idem est esse, vivere, & intelligere.
Et hæc tria unus Deus, hæc tria idem Deus &
Dominus, vera & sempiterna trinitas in perso-
nis, vera & sempiterna unitas in substantia,
quia una est substantia pater & filius & spiritus
sanctus. Hæc vero sancta trinitas nihil est in tri-
bus personis simul nominatis quam in una qua-
libet persona semel dicta, quoniam unaquæque
persona plena est substantia in se, non tamen
tres substantiæ, sed unus Deus, una substantia,
una essentia, una æternitas, una magnitudo,
una bonitas, pater & filius & spiritus sanctus. C
Nec aliud est pater in natura quam filius vel
Spiritus sanctus, nec aliud filius & Spiritus san-
ctus quam pater sit natura, quibus est una na-
tura. Sed alius est pater in persona, alius filius
in persona, alius Spiritus sanctus in persona. In
patre æternitas, in filio sapientia, in Spiritu
sancto æqualitatis aequalitatique connexio. U-
num omnes in substantia & essentia, omnipo-
tentia, & divinitate. Sicut enim eadem sancta
trinitas inseparabilis est in operibus; ita inse-
parabilis est in operibus; quamvis opera Dei
quibuslibet personis specialiter conventant, sicut
patri vox illa quæ de cœlo tonuit, super Chri-
stum baptizatum, & ad filii personam humanita-
tis tantummodo pertinet susceptio, & spiritus D
sancti persona propriæ congruit illa columba in
cujus specie idem spiritus sanctus descendit super
eumdem filium secundum hominem baptizatum.
Tamen absque omni dubitatione illam vocem &
filium columbam in Christi humanitatem tota
sancta trinitas operata est, cujus opera inse-
parabilia sunt. Secundum eumdem filium. Dei ver-
bum æternaliter natum de patre, consubstantia-
lem patri per omnia, temporaliter natum de spi-
ritu sancto & Maria virgine, duas habentem na-
tivitates, unam de patre æternam, alteram ex E
matre temporalem, quæ est eius filius. Dei, &
carnis conceptione conceptus est de ipse carnis
nativitate carnem assumpsit, verbum conceptum & Deum verum natum, eumdem verum
Deum verum hominem, unum Christum filium
Dei unigenitum, per primum & perfectum in
duabus naturis, in unica persona singularitate im-
passibilem & passibilem, mortalem atque im-
mortalem, crucifixum in infirmitate nostra, eum-
demque semper viventem in virtute sua, qui
mortuus est carnis sua morte & sepultus, atque
ab inferis, damnato & spoliato perfidiæ totius
iniquitatis, reddens terræ die resurrexit, atque
cum triumpho gloriæ videntibus discipulis ca-

Jum ascendit, sedens in dextera patris, id est, F
majestate divinitatis, inde jam venturus judica-
re vivos & mortuos, quem impii judicatum vi-
debuntur ea forma qua crucifixus est, non in ea
humilitate qua injuste judicatus est, sed in ea
claritate qua juste judicaturus est mundum; cu-
jus majestatis visio aterna est omnium fideli-
um beatitudo. Qui secundum hanc fidem re-
ctam non crediderit, hunc damnat sancta, ca-
tholica & apostolica Ecclesia quæ fundata est ab
ipso Jesu Christo Domino nostro, cui est glo-
ria in sæcula. Amen.

I. EPISTOLA CAROLI MAGNI REGIS AD LEONEM III. PAPAM.

Novo pontifici gratulatur, & munera mittens
quæ ejus decessori pararat, parem fpondet
erga illum amorem benevolentiam, ecclesiæque Ro-
manæ defensionem.

*Carolus gratia Dei rex Francorum & Longobardo-
rum, ac patricius Romanorum, Leoni papæ per-
petuæ beatitudinis in Christo salutem.*

Dilectissi excellentiæ vestræ literis, & auditis Alcuini ep.
decretali charitatis oraculo, ex fatore, gavisi fu-
mus, seu in electionis unanimite, seu in hu-
militatis vestræ obedientia, & in promissionis
ad nos fidelitate. In quibus omnibus ex intimo
cordis affectu multiplex divinæ pietati agimus
gratias, quia nobis, post lacrymabile dolorio
vulnus, quod animæ nostræ dilectissimi patris
& fidelissimi amici obitus infligit, talé in vo-
bis fidis nostræ clementiæ providentia solatium
perdonare dignatus est. Unde & vestræ sancti-
tati, quasi vicario lætitiæ munere, per ejusdem
nostri fidelis Christi misericordiam,
qui sanctæ fuæ ecclesiæ in vestræ beatitudinis
exaltatione consulit, nostram omnimque fidele-
lium nostrorum demandamus prosperitatem, nec
non & pacificam in Dei voluntate nostri regni
nostri innotescimus unanimitatem: ut atque ut
nostræ devotionis gaudeatis, sicut & nos in ve-
stræ sanctitatis lætamur successibus. Sed & hoc
vestræ sanctitati temporalem innotescimus,
quod cum dilectissimus noster patri meo dulcis-
simo prædecessori vestro dirigere pararemus, ut
carissimus quam in eo habui munificentiæ largi-
tatem monstraremus magnitudinem, & fraternam
inter nos familiaritatis fidelitas multorum ofte-
deretur oculis; ecce subito, quod sine dolore
non dicam, sine lacrymis non cogito, pra tri-
stitia obitus illius legatione confundatur sum,
& ubi lætitiæ paraveram insignia, ibi me tristi-
tiæ turbaverunt lugubria. Et si apostolus de
mortuis contristari prohibet, tamen caritas la-
crymas cohercere non sinit. Non quafi mortuum
plangentes, sed quasi amicus cum Christo vi-
ventem recordantes, si non corporali præsentia
amissi, ex non tamen spiritali fuffragio illum non
amore retinemus. Sed magnum divina nobis
præviderat gratia solatium, dum vos, vir ve-
nerande, in locum illius subrogavit; ut effet
qui quotidie apud beatum Petrum principem a-
postolorum pro totius ecclesiæ stabilitate, &
qui pro salute mea meorumque fidelium, immo
& pro totius stabilitate regni nobis a Deo da-
ti intercederet, & paterna pietate nos in illum
fibi adoptaret. Ad dilectionis pacificum unanis
mitatem, Angilbertum manualem noftræ fami-
liaritatis, vestræ direximus sanctitati, quem prius,
sicut promisimus, per religiosos viros Campo-

lum & Anastasium beatissimo patri nostro præ- A
decessori vestro dirigere curavimus: sed, ut
præfati sumus, dum exenia omnia parata erant,
luctuosi patrem mortis nuntio regnone tardan-
tum est iter illius. Sed modo latiores de vestræ
sanctitatis successione facti, quod desideravi-
mus illis pio patre agere, in vobis perficere stu-
demus. Illique omnia injunximus, quæ vel no-
bis voluntaria, vel vobis necessaria esse vide-
bantur; ut ex exaltatione mutua conferatis, quid-
quid ad exaltationem sanctæ Dei ecclesiæ, vel
ad stabilitatem honoris vestri, vel patriciatus nos-
tri firmitatem necessitatem intelligeretis. Sicut
enim cum beatissimo prædecessore vestræ sanctæ
paternitatis pactum inii, sic cum beatitudine ve-
stra ejusdem fidei & caritatis inviolabile fœdus B
statuere desidero; quatenus apostolicæ sanctita-
tis vestræ, divina donante gratia, fuffragium
advocata præsidium me ubique apostolica benedi-
ctio consequatur, & sanctissima Romanæ eccle-
siæ fedes, Deo donante, nostra semper devo-
tione defendatur. Nostrum est, secundum au-
xilium divinæ pietatis, sanctam ubique Christi
ecclesiam ab incursu paganorum, & ab infide-
lium devastatione armis defendere foris, & in-
tus catholicæ fidei agnitione munire. Vestrum
est, sanctissime pater, elevatis ad Deum cum
Moyse manibus, nostram adjuvare militiam,
quatenus vobis interecedentibus, Deo ductore
& datore, populus Christianus super inimicos
fui sancti nominis ubique semper habeat victo-
riam, & nomen domini nostri Jesu Christi toto
clarificetur in orbe. Vestræ vero auctoritatis pru-
dentia canones ubique sequatur; quatenus to-
tius sanctitatis exempla omnibus evidenter in
vestra fulgeant conversatione, & sanctæ admo-
nitionis exhortatio audiatur ab ore; quatenus
fic *luceat lux vestra coram hominibus, ut videant
opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum
qui in cœlis est*. Omnipotens Deus vestræ aucto-
ritatis beatitudinem, ad sanctæ suæ ecclesiæ exal-
tationem, per multa annorum curricula incolu-
mem conservare dignetur.

Matth. 16.

II. EPISTOLA CAROLI MAGNI REGIS AD ANGILBERTUM ABBATEM.

Commonitorium Angilberto, qui cum superio-
ribus litteris ad pontificem mittebatur.

1. Carolus gratia Dei rex & defensor sanctæ ecclesiæ, Honorio amicorio salutem.

Alcuini ep. 1. Divina regente misericordia iterum & profpere te adducente ad domnum apostolicum papam nostrum, admoneas eum diligenter de omni honestate vitæ suæ, & præcipue de fanctorum observatione canonum, de pia sanctæ Dei ecclesiæ gubernatione, secundum opportunitatem collationis inter vos, & animi illius conveniendum. Ingrediique ei fupius, quam pauconum honor ille, quem præsentialiter habet, annorum, quam multorum est perpetualitec meroes, quæ datur beæ laboranti in co. Et de Simonisca subvertenda hæresi diligentiffimę fandeas illi, quam sanctum ecclesiæ corpus multis male maculat in locis. Et quidquid mente tenes fanpius querelit agitaffe inter illum fibi adoptatres. Ad dilectionis pacificum unanis mitatem, Angilbertum manualem noftræ famiflaritatis, vestræ direximus sanctitati, quem prius, ficut promiſimus, per religiosos viros Campo-

papa prædecessore illius, de construendo mona- A
sterio ad sanctum Paulum, nullatenus dimittas
suggerere illi, ut volente Deo revertens ex-
tum mihi respondum habeas retinere. Dominus
Deus ducat te, & dirigat in omni bonitate cor
illius, ut faciens faciat quod sanctæ fuæ profi-
cist ecclesiæ, ut fis nobis pius pater, & pro
nobis præcipue in omnipotentis interecessor: ut idem Deus & do-
minus noster Jesus Christus nos in fua dextera
fatiat volumtate, & curfum, qui fuperest nobis
vitæ nostræ ad augmentum stabilitatis quitem per-
ducere dignetur. Vade cum prosperitate, profi-
ciens in veritate, reverfurus cum gaudio, Ho-
meriane puer.

NOTA JACOBI SIRMONDI S. J.

1 *Carolus Homeri.*) Angilberto Centulæ abbati, quem & Alcuinus quoque in epistolis, & Theodulfus in versibus nondum olim, Homerum similiter vocant. Atque ut Angilberto hic Homerus, ſic Richulfus Moguntinus epi- Vide Sirm. scopus Damasus, Carolus ipse David, alii aliis tum in- ad Theod. ter familiari nominibus appellabantur.

III. EPISTOLA CAROLI MAGNI REGIS AD OFFAM REGEM MERCIORUM.

De peregrinorum negotiatorumque patrocinio;
& de variis rebus inter quas ipse Hadriani pa-
pæ anima mittit ad singulas ecclesias regni
ejus.

*Carolus gratia Dei rex Francorum & Longobardo-
rum, & patricius Romanorum, viro venerando
& fratri carissimo Offæ regi Merciorum salutem.*

Primo gratias omnipotenti Deo agimus de
catholicæ fidei sinceritate, quam in vestris
laudabiliter paginis repetimus exaratam. De
peregrinis vero, qui pro amore Dei, & falute
animarum suarum, beatorum apostolorum li-
mina desiderant adire, cum pace sine omni per-
turbatione vadant. Quod si aliqui non religiosi
fervientes, fed lucrum fectantes, inter vos in-
venianeur, locis opportunis ftatuta folvant te-
lonea. Negotiatores quoque volumus, ut ex
mandato noftro patrocinium habeant in regno
noftro legitime. Et fi in aliquo loco injusta af-
fligantur oppreſſione, reclament fe ad nos, vel
noftros judices, & plenam jubebimus juſtitiam
fieri. Cognoscat quoque dilectio vestra, quod
aliquam benignitatem de damaticis noftris vel
pallis ad fanctæ fedes epiſcopales regni vestri,
vel Eshelfredi, direximus in cleemofynam do-
mini apoſtolici Hadriani, deprecantes ut pro eo
intercedi jubeatis: nullam habentes dubitatio-
nem beatam illius animam in requie eſſe; fed ut
fidem & dilectionem oſtendamus in amicem no-
ſtrum cariſſimum. Sed & de theſauro humano
rum rerum, quem dominus Jeſus nobis gratuita
pietate conceſſit, aliquid per metropolitanas ci-
vitates direximus. Veſtræ quoque dilectioni u-
num balteum, & unum gladium Hunniſcum, &
duo pallia ſerica duximus deſtinanda. Vale.

IV. EPISTOLA CAROLI MAGNI REGIS

AD OFFAM REGEM MERCIORUM.

Presbyterum Scottum accusatum mittit in patriam, ut ibi ab episcopo suo judicetur.

Carolus gratia Dei rex Francorum, & defensor sanctæ Dei ecclesiæ, dilectissimis fratri & amico Offæ regi salutem.

Alcuini ep. 83. PReiboter iste & Scottus apud nos moratus est B aliquanto tempore in parochia Hildebaldi Colonensis episcopi, sed reprehensibilis factus est tertiæ, a quodam accusatore, quod carnem diebus quadragesimalibus comedisset. Nostri vero sacerdotes judicare renuerunt, quia plenum testimonium accusantium super eum non invenerunt. Tamen nec cum loco consueto habitationis suæ propter infamiam diutius morari permiserunt: ne sacerdotalis honor apud imperitum vulgus vilesceret, vel rumigeralis loquela aliqui hortarentur violare sanctum jejunium. Visum est nostris sacerdotibus, ilium ad fui episcopi, ubi Deo votum fecit, dirigere judicium. Idcirco vestram deprecamur providentiam, ut jubeatis illum, secundum opportunitatem temporis C & professionis, in suam transponere patriam, ut ibi judicetur unde exivit. Nam ibi quoque sanctæ Dei ecclesiæ puritas in moribus, & firmitas in fide, & honestas in conversatione, secundum canonicam sanctionem diligenter observari debebit, ut una, perfecta & immaculata columba, cujus prunæ disgregatæ, & solleriora ejus in

A specie auri elarescere debent. Vita, salus, & prosperitas, tibi utique fidelibus a Deo Christo detur in æternum.

V. EPISTOLA CAROLI MAGNI REGIS

AD RUMOEM.

Mittit in Britanniam Concilium Nicænum II.

Carolus gratia Dei rex Francorum & Longobardorum, & patricius Romanorum, viro venerando & fratri carissimo Offano Merciorum regi salutem, honorem & amorem.

CUm deceat reges potentes & famosos amicitiæ fœdere convinciri, & mutuis gaudiis ad lœtitiam gratulari, ut in vinculo caritatis Christus in omnibus & ab omnibus glorificetur: vestræ serenitati hoc eulogium duximus destinandum. Cum nobilissimam Longobardorum civitatem, cum suis civibus omnibus nostro dominatui subjugaverimus, & Italiam totam nostro imperio feliciter subjugaverimus, Christi adjutorio (cui famuli deideramus) rex Desiderius Rex Desi-
Longobardorum, ducesque Saxoniæ, quos no- derius cum
stris nutibus inclinavimus, Withimundus & Al- que ejus
bion, cum fere omnibus incolis Saxoniæ, ba- baptizat.
ptismi susceperunt sacramentum, domino Jesu Christo de cetero famulaturi. Hoc igitur laboranti mandato, ego Carolus regum Christianorum orientalium potentissimus, vos o Offane regum occidentalium Christianorum potentissime, cupio lætificare & te in dilectione speciali amplecti sincerius.

In quo de Dororvernensis Ecclesiæ prærogativa revocanda, & retinenda actum.

Ex P. Pagi ad eo. Ch. 796. n. 27. KEnulphus Merciorum rex ipso regni sui initio cum nihil antiquius haberet, quam ut primæ sedi Cantuariæ suus honor & locus pollimini salteni jure rediret, Athelardum Dororvernensem, seu Cantuariensem Archiepiscopum Legatum ad Leonem III. Papam misit; qui priusquam Romanum iter aggrederetur, Synodum collegit, uti ex Kenulphi ad Leonem datis litteris, ac superius a Labbeo allatis, & ex epistolis Alcuini ad Athelardum scriptis, quas after Malmesburiensis lib. 1. de Pontif. liquet. Meminit hujus Synodi Spelmannus pag. 316. eamque in annum 798. confert; sed Alfordus ex litteris laudatis colligit eam anno 797. habitam esse, ac Ethelardum prius Episcoporum Synodum collegisse, quam Romam pergeret, ut quod ipse Leoni proponeret, non tam suo, quam omnium ordinum ore, suffragioque loqueretur. Legendus Alfordus ann. 797. n. 10.

D

"** AQUI-

1 Edita est a Spelmanno in tom. 1. Concil. Angliæ pag. 305. ac licet eam retulerit ad ann. 798. in pagina tamen consensui nobis adnotavit eam videri datam ann. 794. quo Longobardi & Saxones a Carolo devicti sunt, ac legationibus annalibus. Continuenda igitur est inscriptio quæ exstat in som. 7. Concil. ubi ita legitur: *Epistola Caroli Magni regis ad eumdem. Mittit in Britanniam Concilium Nicænum secundum.* Nulla enim ibidem mentio Concilii illius, neque hujusmodi de re cognitionis. *Baluzius Capitular. tom. 1. pag. 1292.*

ANNO CHRISTI 797. "** AQUISGRANENSEM CONVENTUM ANNO CHRISTI 797.

ANNO CHRISTI DCCXCVII.

Caroli Magni Francorum regis XXX. celebratum arguunt capitularia quædam ad res Saxonicas spectantia a Luca Holstenio Romæ edita tomo II. collectionis Romanæ.

CAROLI MAGNI CAPITULATIO A PARTIBUS SAXONIÆ.

Hæc de partibus Saxoniæ constituta sunt.

TITULI CAPITUM.

Ex Baluzii Capitular. t. 1. p. 270.

I. *De honore Ecclesiarum.*
II. *De confugio ad Ecclesiam.*
III. *Si quis Ecclesiam per violentiam intraverit, aut fenestras fregerit, aut incenderit.*
IV. *De jejunio quadragesimali observando.*
V. *De interfectione Clericorum.*
VI. *De magis & Pythonicis.*
VII. *De corporibus defunctorum cremantur.* B
VIII. *Qualiter puniantur Saxones qui ab baptismum venire noluerint.*
IX. *De his qui homines dæmonibus immolant.*
X. *Quæ pœna ei maneant qui cum paganis adversus Christianos conspirant.*
XI. *De eo qui infidelis est domino Regi.*
XII. *De eo qui filium domini sui rapuerit.*
XIII. *De eo qui dominum vel dominam suam interfecerit.*
XIV. *Vita vi concedatur, qui de mortalibus criminibus latenter commissis pœnitentiam agere voluerit.*
XV. *De rebus & mancipiis Ecclesiarum.* C
XVI. *Ut decima detur Ecclesiis de omni re quæ ad fiscum pervenerit.*
XVII. *Ut omnes decimam partem substantiæ, & laboris sui donent Ecclesiis.*
XVIII. *Ne in dominicis & festivis diebus placita teneantur.*
XIX. *Ut infantes baptizentur infra annum.*
XX. *De conjugiis prohibitis.*
XXI. *Qualiter puniendi sint qui vota ad fontes aut ad arbores vel lucos faciunt.*
XXII. *Ut corpora defunctorum in cœmeteriis Ecclesiæ sepeliantur.*
XXIII. *De divinis & sortilegiis.*
XXIV. *De Extremitibus & maleficiatoribus.* D
XXV. *Ut nullatenus alterum aliquis ignorare præsumat.*
XXVI. *Ut nulli ad Regem pro sua reclamatione venienti nisi tantum contradictores aliquis præsumat.*
XXVII. *De fidejussoribus dandis.*
APrimo hominis lapsu, in quo bonum natura velut ipsa radix generis humani vitiata atque nunc seminarium vitiorum naturæ inferum pullulat, unde fit quod cum labore discimus, sine labore obliviscimur, difficile ad virtutes affugimus, facile in vitia dilabimur. Quamobrem omni mentis circumspectione fatagendum, dilecti o sacerdotes, ut in discendo laborem adhibeamus & in retinendo quod didicimus sufum impendamus, maxime nos qui ministrum locum tenemus & similes ejusmodi ordinis nostri. Ecce vos, o sacerdotes Domini, admonemus ut fidem catholicam & memoriter teneatis & corde intelligatis, hoc est, *Credo, & Quicumque vult salvus esse, ante omnia opus est ut teneat catholicam fidem*. Discutiendi autem sunt omnes Domini sacerdotes unum eumdemque Missæ & ferendum aut *Te igitur* memoriter teneant & bene distinguant, & nomina mortuorum & vivorum fuis in locis ordinabiliter & cum omni devotione reciteat, baptisterium ecclesiæ, aut & reædis verbis enuntiare possint, & de negligentia in baptizandis infirmis, ne aliquem fub obrentu infirmorum fanum baptizare præsumant nisi diebus fanctis Paschatis & Pentecostes. Admonendum illis ut pro ministerio baptizandi nihil exigant, five a baptizandis, five a parentibus illorum, nihil manuscula, nihil presbi omnino, fed eum gratiarum actione & cum fumma devotione hoc peragant. Quod fi forte parentes eorum, aut qui eos a facris fontibus fuscipiunt, fponte & gratuito aliquid munetis vobis dare voluerint, accipite nihil hasitantes.

Instruendi funt facerdotes pariterque admonendi qualiter noverint decimas & oblationes quas a fidelibus accipiunt, peregrinorum & pauperum effe ftipendia, & non quafi fuis fed quafi commendatis uti; de quibus omnibus fcitant fe rationem poftmodum & condemnationem pafturos. Qualiter vero difpenfari debeant facri canones inftituunt, fcilicet ut quatuor partes inde fiant, una ad fabricam Eccleſiæ relevandam, altera pauperibus diftribuenda, tertia Presbytero cum

B

C

D

E

ANNO CHRISTI 797.

f. ut omnis oratio p. ad habitum, hodie &c.

Vide lib. 6. miscellanear. p. 80. 112.

Tit. 2. Capitulor. f. 61.

Tit. 6. miscellan. f. 153. 155.

1 *Theodulphi capitulare.*] Qui hos Theodulfi canones primus in lucem dedit cardinalis Baronius, cum de tempore quo fcripti fuere nihil habetur, in annum Chriſti accexere. eos conjecit, fetius omnino quam par fuit; quia Theodulfum ad ea tempora non pertenille oftendit Jonas ejus in Auctoritatibus cathedra fuccefſor, qui a Ludovico pio poſt Ayrodum Parifienſem ad Eugenium papam miſſus eſt anno occexxiv. Quamvis ab anno concilium nihil erat, apiius tamen referri ad hanc tempora poſſe videtur eft, quæ propius abeant ab exordio pontificatus Theodulfi; quem poſt annum, aute fynodum Francofordienſem epiſcopum jam fuiſſe, Alcuini ad Caſolum regem epiſtola ix. declarat.

2 *Idem quoque Sirmondus editioni operum omnium Theodulfi anno 1646. procurator Par. in 8. hanc annotationem inſerens: Quidquid horum hanc Theodulfus, & poſt illum fimiles alios Herardus Turonenſis, & Riculfus Suefſionenſis, in quos quod quisque capitulorum conſcripſerit, capitula & capitularia nuncupavit: quemadmodum & legum regnatium ceſſores, ut iſdem nominibus eandem ab cauſſam appellentur, temporum quoque illorum fuis ofbitum: Sic enim & apud Graecos, nafcanur, fimiles dicta funt, Mavis verbi gratia eruntur Diadochi, Nili, alioumque opuſcula ſæcnica, & Aspeci parmenica & cæteta id genus *Ita notandum* compoſita.

Vide Nov. ad Regiment. p. 751. & ad Capitularia p. 1238.

Vide Nov. ad Capitularia p. 1119.

scribus lapsus sit, corrigant & publice cum suo facerdote emendent.

His & aliis quantum poterit singulis diebus dominicis plebem suam instruat.

Admoneat etiam ut omnibus noctibus sabbati & omnibus dominicis diebus cum suis noctibus sequentibus, similiter & in solennitatibus, in jejuniis, abstineant se a carnali voluptate; ut mundi corpore & corde ad Ecclesiam accedant, & solennitatem celebrem impuritate voluptatis sordare non præsumant.

Præcipiendum sacerdotibus Domini secundum canonicam auctoritatem de lepulturis & hominibus sepeliendis nihil muneris exigant, nisi forte qui sepelitur vivens jusserit Ecclesiæ in cujus atrio sepelitur de suis rebus aliquid tribuere, aut etiam post mortem illius, quibus commissum est ejus eleemosynam facere, de illius rebus aliquid sponte dare voluerint. Tamen nullatenus a Presbyteris aliquam rem illis exigatur nec ab illis qui locis & viciis præsunt vel quorum possessio est ipsa Ecclesia vel hereditario vel beneficiario jure.

Prohibendum etiam secundum majorum instituta ut in Ecclesia nullatenus sepelientur, sed in atrio aut in portico aut exedra Ecclesiæ. Intra Ecclesiam vero prope altare, ubi corpus Dominì & sanguis conficitur, nullatenus habeant licentiam sepeliendi.

Adulterum aut adulteram si Presbyter in domo sua retinuerit &, quod nefas est, confessetur in domo sua adulterum fieri, scias se sui gradus honore privandum. Si vero hoc in plebe sibi commissa reperierit, nisi statim, si vires suppetunt, non emendaverit, sed ita per propter potentiæ timorem aut propter beneficium & lucrum & amicitiam illorum consenserit adulteris, cum depalatum fuerit excommunicandum. Si vero ille quantum potuit excommunaverit & non potuit malum illud vetare, animam suam liberavit. Verumtamen cum omni studio debet Archidiaconus hoc & Archidiaconus Episcopo denunciare.

De incestis omni studio perquirendum sacerdotibus per homines veraces & timorem Dei ante oculos habentes. Et si repertum fuerit, statim aut ipsi emendare studeant, aut cum adjutorio Archidiaconi aut Episcopi emendare & extirpare satagant, ne tanto flagitii scelere illi polluantur & pereant & aliorum vicinitate omnipotentis Dei iram incurrant.

Admonendi sunt sacerdotes & instruendi ut primum ipsi ab omni stimulatione carnis sint alieni, & tunc plebibus sibi subjectis & verbis prædicent & exemplum ostendant ut ab omni se fornicationę & ab omni irrationabili, velut pecudum, luxuriæ & pollutioni abstineant. Munda se corpore & mente Deo præparent de confessionibus fidelium accipiendis, & consiliis blandis; quia licet pro modulo quantitatis peccati se penitentiæ tempus instituendum & longum sit breve vel diffricum vel leve vel mediocre, sacerdos, cum accipit confessiones fidelium confessionem peccatorum, quia licet ipsum peccatum perpetrantem sit, aut si postea iteratum aut frequentet perpetrantem sit, si ignorat, si cognoscat, si per obrietatem & per quodlibet ingenium factum sit; ut cum inveneris unde radix illius peccati procedit, tunc congruam adhibeat medicinam.

Quæcunque vero peccati adhibenda sit medicina, secundum canones authenticorum sanctorum patrum esse debet, & non secundum placitum hominis, nec secundum voluntatem; nec in hac parte voluntas aut gratia hominis sectanda, sed voluntas Dei in omnibus exquirenda in scripturis sanctis, quatenus digna peccibus & penitudine digna placari possit omnipotentis Dei vindicta, quam homo suo vitio provocavit. Ad pœnitentiam vero populus taliter admonendus cum fragilitatis nostræ calus sæpe confitet in vita proclivis; quamquam subventum sit in Christi passione ut quod meritum peccati exigebat, Christi sanguis redimeret. Et cum salutaribus institutis sacerdotalis baptismæ in remissionem omnium peccatorum concesso abluamur, tamen quia per modum illius vitæ carnem sine vitiorum turbine occupagem degere & subripientibus nostræ imbecillitatis flagitiis vitam suo peccato nocula ducere non possumus, concessum est clementissimi Dei pietate remedium verę confessionis & pœnitentiæ ablutio peccatorum, Domino propitiante per quæ dicitur: *Quæ scripturæ peccatis, sed ut revertatur & vivat*. Et illud evangelii: *Facite fructus dignos penitentiæ*. Et Apostolus: *Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate ad invicem ut salvemini*. Elt quippe verę confessionis fructuosa pœnitentia, pœnitenda non admittere, admissa cum gemitu cordis deflere, satisfactione vera peccatorum causas excidere, ac eorum fuggestionibus adtum indulgere, nec interom in vitiis perpetratis delabi.

Capitalia & mortalia crimina publice defendada sunt secundum canonum & sanctorum patrum institutiones. Sed & secreta satisfactione solvi mortalia crimina non negamus, mutata tamen prius animi intentione, & seculari jactantia ritual depellata, per religionis confessionem & per vitæ correctionem & jugi immeo perpetuo luctu fe submittente. Nec debet tamen quisque deperare de omnipotentis Dei misericordia & innumera pietate, quia scriptum eft: *Peccator quocunque die converfus fuerit ab errore viæ fuæ, & declinaverit ab operibus malis, omnes iniquitates ejus in oblivione erunt*. Pœnitentiæ quippe modus in facerdotis pendet arbitrio. Qui facerdos diligentissime fanctorum patrum inftituta discutiens & intelligens, fecundum eorum auctoritatem confitentibus pœnitentiam indicere debet. Et quippe plenitudo canonum & facerdotum patrum firmissima inftitutio.

Homicidium fi quis voluntarie vel per insidias fecerit, jugi & pœnitentiæ fubmittat; & fi hoc publice actum conftat, fi laicus, deponat arma & omnem fæcularem militiam, & publice fatisfaciat, ita ut quadraginta diebus extra Ecclesiam foris ad oftium oret; quibus in pane & aqua exactis, a communione orationum quinquennio removeatur, poft quinquennium tantum in orationem communionem recipiatur, non offerat, non corpus Domini omnino attingat; in quo perdurans quatuordecim annos, tunc ad plenam communionem cum orationibus recipiatur, circa exitum vitæ hanc conlequatur humanitatem ut viaticum accipiat eucharistiæ. Si fatisfactionis illius fit in arbitrio facerdotis, fecundum perfonam & poffibilitatem fic ei imponatur abftinentia ciborum. Si autem occultum fit, occulte fimiliter agat ficut fuperius infertum tenetur.

Homicidium qui cafu non volens perpetravere, prior quidem regula per feptem annos pœnitentiam communionis focìavit fecundum gradus conftitutos. Hæc vero Ancyrani Concilii definitio quinquennii temporis pœnitentiam vibuit, ut quadraginta diebus foris ad Eccleliæ oftium

oftium ftet; quibus peractis, biennio ab oratione exterminet fidelium fegregetur, non communicet, non offerat; poft biennium recipiatur in communione orationum & offerat, non tamen communicet; poft quinquennium ad plenam communionem recipiatur. Abftinentia ciborum in arbitrio facerdotis manebit. fecundum perfonam & qualitatem luminis, fic & pondus & abftinentia erit.

Si quis gerdiens per viam, & aut in domo fua, aut in platea civitatis aut villæ, fubito aut ab alio fuperventus, aut litis contentione, volens fe defendere habere contra illum aetea odium, interfecerit hominem, feptem annos fecundum canonum inftitutionem poeniteat, tribus a communione privetur, quatuor in communione orationum & oblationum fufcipiens, in facerdotis prudebit arbitrio utrum fit corpus Chrifti dignus accipere aut ufque ad plenitudinem pœnitentiæ ab eo feparari. Abftinentia ciborum in pœnitentia erit facerdotis fecundum poffibilitatem pœnitentis & devotionem & affectionem lacrymarum.

Mulieres quæ fornicatæ & partus fuos necant, aut fecum agunt ut utero conceptos excutiant, antiqua quidem definitio ufque ad exitum vitæ eas ab Ecclefia removit. Plumurius autem nunc Ancyranæ Concilii definitionem decem annorum tempus pœnitentiæ fubmittuntur, ita ut quadraginta diebus foris ad oftium Ecclefiæ orent; quibus peractis, per annorum quatuor fpatia a communione fidelium & oblationum removeantur, deinde in communione orationum recepta decennii tempus impleant, & propter humanitatem eucharistiam poft actum pœnitentiam accipiant. Erit tamen in arbitrio facerdotis an ante perfectionem pœnitentiæ ad corpus Chrifti accedere debeat fecundum quod viderit eas compunctas in lacrymis confuetas & devotionem magnam habentes. Ciborum abftinentia erit in facerdotis providentia fecundum quod eas viderit pœnitere & pro perfonarum qualitate.

Mulier quæ duobus fratribus nupferit abjici debet ufque ad diem mortis. Sed propter humanitatem in extremis fuis facramentis reconciliari oportet, ita tamen ut viros priores non recipiat & maneat innupta, & vir ejus abfque uxore fimili pœnitentiæ fubdatur.

Quod fi duo fratres cum una femina fornicati fuerint, nefcientes alter alterius fornicationem, ftatim ut cognoverint adulterium, qui hanc habet uxorem dimittat. Et ille quidem poft actam pœnitentiam, fi uxor defuncta fuerit, poteft alteri fociari, illa vivente nequaquam. Illa vero nunquam ulterius poterit in conjugium aflumi, & jugi pœnitentiæ fubmitta, ad extitum vitæ communionis gratiam percipiat.

Mulier quæ dormiens filium fuum opprefferit, & mortuus fuerit, fex annos pœniteat. Vir ejus, fi in illo loco fuerit, quatuor, fi vero in uno lecto, fimili modo pœniteat, duos in pane & aqua, reliquos quatuor fecundum quod facerdos illos videre poffe, ita ut fit imponat abftinentiam ciborum. Similiter & vir habens uxorem, fi adulterium perpetraverit, faciat, poft triennium communicet.

Si cujus uxor adulterium perpetraverit, & a viro deprehenfum fuerit & publicatum, dimittat uxorem, fi voluerit, propter fornicationem. Illa vero fecundum quod fuperius infertum eft agat pœnitentiam. Vir vero ejus illa viverne nullatenus habeat licentiam aliam ducere uxorem. Aut fi voluerit, adulteram fibi reconciliare licentiam habeat, ita tamen ut pariter cum illa & pœnitentiam agat, & exacta pœnitentia ad communionis gratiam, ficut fuperius habetur infertum, accedant. Similis forma & in muliere fervabitur. Si vir ejus eam adulteraverit, habeat poteftatem dimittendi virum propter fornicationem, manent innupta quandiu vir ejus vivere; quia & hoc ille habet poteftatem accipere aliam prima vivente, nec illa alium virum ducere vivente adhuc primo. Habent tamen poteftatem pœnitentiæ & reconciliare.

Si qua mulier non habens virum, aut vir non habens uxorem, fornicati fuerint, quinque annos pœniteant.

Quod fi vir non habens uxorem cum alterius uxore adulteraverit, aut fi qua mulier non habens virum cum alterius viro adulteraverit, adulter erit uterque, & fecundum quod fuperius contitetur illicentiam pœnitentiæ agant.

Fortem fi quis fecerit, feptem annos pœniteat, tres in pane & aqua. Secundum futi qualitatem, ita & modus erit pœnitentiæ. Si per neceffitatem fortem fecerit, levigetur. Dicit enim Salomon: *Non eft grandis culpa cum quis furatus fuerit. Furatur enim ut efuriatem implear animam.*

Qui perjuraverit, fimiliter feptem annos pœniteat.

Qui falsum teftimonium diserit, & ejus teftimonium aliqui occiderit, feptem annos pœniteat; ita tamen ut ille qui teftimonium dixit domnum reftituat omne cui per fum falsi teftimonium ablatum fuerit, ut poffit ad veniam per pœnitentiam pervenire. Si autem hoc facere noluerit, fciat fe fe in vanum pœnitentiam agere.

Qui irrationabiliter verfantur, de his agatur quod in canonibus continetur in titulo in quo Græca verba funt, quæ in Latinum verfa funt de Concilio Antyrano cap. XVI. in quo fenfus triplex, hoc eft, a bis qui cum pecoribus commixti funt, & de his qui more pecorum inceftu commiferunt cum conlanguineis, & de his qui cum maftruis concubuerunt. Quotquot igitur ante vigefimum annum ætatis in tale crimen admiferint, quindecim annis in pœnitentiis exactis, orationibus tantum incipiant participari, & in quinquennio altero in communione limplici pœnitentes, poft vigefimum ob oblatione ad communionem fufcipiantur. Difcutiatur autem & vita eorum quæ fuerit tempori pœnitentiæ, & ita hanc humanitatem conlequantur. Quod fi qui perfeverantes in ipfis criminibus, prolixius tempus habeant fubmiffionis, & tales nonquam poterunt ad facerdotium provehi. Quotquot exacta vigiati annorum ætate & illi qui uxores habent in hac fcelera inciderint, vigiati quinque annis pœnitentia acta ad communionem folummodo orationum recipiantur, altero vero quinquennio perdurantes plenam com oblatione recipiant communionem. Quod fi uxores habentes & excedentes quinquagefimum fuæ ætatis annum in hac peccaverint, adultum vitæ tantum communionem merecantur. Hi vero qui ficut mutæ viverunt animalia, & fe & alios hujufmodi peccati fcabie contaminaverint, id eft, in conlanguineis, in pecudibus, in maficulis, ftatuto tempore pœnitentiæ non inter alios quam inter eos ftare & orare debere qui tempeftate lunatica jactantur elfi ad terram Spiritus immundo vexati, id eft, cum energumenis. Sitor vero

tem plus abominabile *inter eos* iumento quam A cum masculo, ita plus irrationabile crimen cum masculo quam cum muliere. Cum conſanguineo & cum ſanctimoniali peccare æquale crimen. Id lex *Moyſi* morte *mori* judicat. Et cum iumenta & maſculo & cum conſanguinea coniuges.

Æquale autem crimen feminam cum femina peccare ſicut maſculum cum maſculo, & æqualis eſſe debet pœnitentia. De talibus ait Apoſtolus: *Nam femine eorum immutaverunt naturalem uſum in eum uſum qui contra naturam eſt. Similiter & maſculi relicto naturali uſu feminæ exarſerunt in deſideriis ſuis invicem, maſculi in maſculos turpitudinem operantes.* Quod autem ſupra dictum de his agatur qui publice ad conſeſſionem venerint & publice pœnitentiam egerint. B Quod ſi occulte actum eſt, & occulte ad facerdotem venerint, & paratum confeſſionem fecerint, occulte pœnitentiæ ſecundum ætatis modum quod ſuperius continetur, ita videlicet ut ſi ante vigintum annum aut per ignorantiam hoc egit, aut per hominem, & cum conſanguinea, ſtatim cum cognoverit hoc grave eſſe ſcelus dimiſit, ut humanius loquamur, ſeptem annos pœnitear, tribus abſtinentia carne, & anno non communicet, nec adipſum diem Paſchæ, nec offerat, & omni ſe mente ſubjiciat, ut ſpiritus ſalvus ſtat in die Domini, cæteroſque ſecundum modum fragilitatis in arbitrio ſacerdotis ſciat in abſtinentia ciborum. Quod ſi longiori tempore in hoc crimine verſatus, & poſtquam novit illud feſſus magnum eſſe peccatum commonitus, iterum atque iterum hoc perpetravit, ſicut ſuperius continetur inſtitutum ita pœnitebit. Primum quinque annis ab omni communione ſegregatus, poſt illos quindecim annos non offerat, non communicet ad orationem, cum cæteris diebus vitæ in Eccleſiam non intret; quibus exactis, tantum ad communionem orationis ſuſcipiatur. Deinde in pœnitentia viginti annis expleta, in bene & cum lacrymis & cum omni devotione pœnitentiam egit, ad plenam communionem & reconciliationem ſuſcipiatur. Similiter & de cæteris temporibus ſupra inſertis obſervandum. Si, quod abſit, in locis ſanctis tale crimen admiſerit aliquis, duplicetur illi pœnitentia. Vocatur autem in ſcripturis crimen peſſimum tam de jumento quam E de maſculo quam de conſanguinea. Vocatur autem in mundo immunditia vel deteſtabile peccatum cum femina non naturaliter concumbere, cum unde Onas filius Juda a Deo percuſſus fuit quia concubuit in terram ſemen ingreſſus ad muliorem. Simul etiam vocatur immunditia mollities vel propter tactum vel viſum vel recordationem mulieris, aut aliqua delectatione accidentis vigilanti, vel qui ipſe ſe ſolus ſua impuritate ſolus cum ſe ipſo vel cum alio exerceat; de quibus ait Paulus Apoſtolus. *Neque immundi regnum Dei poſſidebunt*. Item: *nec omni immunditia, nec nominetur in vobis*. Et alibi: *Neque molles regnum. Dei poſſidebunt*. Qui in his incidit, & pœnitere, quafi de crimine quod de regno Dei excludit.

Adulterium, quia Presbyter perpetraverit, ſive palatum & publice cognitum, ab ordine ſacerdotii ceſſabit, & publica pœnitentia decem annorum purgabitur. Quod ſi occulte hoc fecerit, & occulte ad confeſſionem venerit, occulte ei pœnitentia imponatur. Relinquatur autem in ſuo arbitrio utrum ceſſare debeat ab illo miniſterio, an permanens poſſit dignam ſatisfactionem Domino exinde facere. Quod ſi ille ſe lacrymis & orationibus devotiſſime quotidie laverit & eleemoſynarum exhibitione quibus facultas ſuppetet ſanaverit, ſi poterit occulte in huc permanens gradu agere pœnitentiam. Fornicationem ſi perpetraverit, eodem modo purgabitur ſeptem annis. Si vero ſodomitice, id eſt, ſi more bruto collapſus fit, eodem modo XV. annis explabitur.

Similis forma & de Diaconis & de his qui in ſacris ordinibus conſtituti ſunt obſervanda, ita videlicet ut Diaconus ſeptem annis pœniteat pro adulterio, pro fornicatione vero quinque annis, pro ſodomitico decem annis, pro adulterio quinque annis, pro pollutione manus ſeptem annis, pro ſodomitico ſeptem annis. Secundum præfixos gradus ubique ad ultimum gradum eccleſiaſticum obſervantia talis habeatur. Ne quis autem ſe excuſet facerdotem ex eo quod ait Paulus Apoſtolus, *Propter fornicationem autem uniuſquiſque uxorem habeat*, ſciant his tantum effe dictum qui in laicali ordine conſtituti ſunt, vel qui nondum ad ſubdiaconum aſcenderint. Nullo modo enim ad ſubdiaconatum permittunt canones accedere nifi eos qui perpetuam continentiam caſtitatis promiſerint & deinceps ſervaturos. Nam facerdotes Judæorum a Domino juſſi ſunt per Moyſem ducere uxores, & de nulla tribu nifi de Levi habent facerdotes, ut progenies una cuſtodiretur per ſacerdotem.

Nunc autem de duobus gentibus, ſicut ad baptiſmum, ſic ad facerdotium permittuntur accedere; nullique neceſſitas uxores ducere, qui non per carnis ſucceſſionem, ſed per ſpiritualem vocationem ſunt ſubrogandi. Ipſi tamen Judæorum facerdotes, non habentes tam ſanctum ſacrificium ſicut nos habemus, tempore vicis ſuæ longe erant a domo ſua, & ex ordine operæ remoti juxta exemplum continentiæ caſtitatis excubabant donec tempus miniſterii ſui expleret. Nunc autem, ſicut ſuperius miniſtrare debent, ita ſecundum conſtitutiones ille optimi facerdotes. Tractant enim, non victimas pecudum, ſed ipſum immaculatum corpus & ſanguinem Domini. Ejuſdem continentiæ & Diaconi & Subdiaconi & in Domino & ipſi in tractatione tanti ſacramenti miniſtri accedunt altaris.

Laicis vero vel qui nequaquam ad altaris miniſterium accedunt præcipitur ab Apoſtolo ut qui ſe non continent nubant: *Melius enim nubere quam uri*. Hoc eſt, melius eſt uxorem legitime ducere quam exardeſcere per opera fornicationis & adulterii ive ſodomitici & immunditiæ.

Admonendi ſunt Presbyteri; ut caritatem inter ſe habentes mutuam, procul ab omni fallu ſuperbiæ & invidiæ mordacitate ſanctum exemplum bubilis donent tam clero quam laicis. Non ſint rapaces, non cupidi, non vinolenti, non protaces, non riſoſi, non calumniam cuiquam facientes, ſed in omnibus ſe ipſos irreprehenſibiliter cuſtodientes, formam ſalutis clero & plebibus impertient, quatenus eorum exemplis ad æternam vitam & morum probitatem proficientes humilitate ſubleventur.

Admonendi ſunt ut uluras nequaquam exerceant, & plebibus ſibi ſubjectis & clero prædicent

cent ut ab hoc vitio omnibus modis abſtineant A ſecundum canonum inſtitutionem, Quiſquis per quodlibet ingenium magis accipit quam præſtat, ſciat ſe uſuram feciſſe. Nam ſi quis triticum aut aliam ſpeciem frugum commodat, & non eamdem ſpeciem accipit, ſed aut denarios, aut quantum tum venundari poterat quando illa commodavit, aut aliquid aliud accepit, abſque dubio uſuram perpetravit. Si quis vero ex ordine clericorum hoc agere præſumpſerit, ſciat ſe illi gradus periculum ſubditurum. Si vero laicus fuerit, ſciat ſe excommunicandum. Unde convenit ut primum omnes in clericali ordine conſtituti ab his abſtineant & admodum plebibus ſingulari ac nullus hoc facere omnino audeat.

Sacerdos cum a fidelibus confeſſionem accipit, B Chriſtus ait: *Omnia quæcumque ligaveritis ſuper terram erunt ligata in cœlo, & quæcumque ſolveritis ſuper terram erunt ſoluta in cœlo*. Et Paulus: *Sed non ædificat ſuper lignum & ſtipulam*. *Nolite lacum dare diabolo*. Et iterum: *Non vos defendentes, ſed date locum iræ*. Hæc patriſtarum ſententia. *Beati pacifici*, ait Dominus, *quoniam filii Dei vocabuntur*. Et iterum: *Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui vos perſequuntur & calumniantibus vobis*. Et alibi: *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras*. Non ipſum autem proprie triſtitia quod ira. Triſtitia ad acediam pertinet, triſtitia ſecali generat mortem. Triſtitia quæ ex delectamento operatur & inſtabilitatem locorum. Unde & acidioſus dicitur triſtis. Apoſtoli irati non fuerunt, triſtes autem fuerunt. Triſtitia eorum veſta eſt in gandium. Et nihilita ſive acedia, quæ eſt vitium ſanpradictum, gaudio ſpirituali ſananda. Octavum principale vitium ſuperbia, de qua Chriſtus ait: *Omnis qui ſe exaltaverit humiliabitur*. Et Salomon: *Ubi fuerit ſuperbia, ibi erit contumelia*. Jeſus filius Syrach: *Odibilis coram Deo & hominibus ſuperbia*. Angulbertus: *Quid tanta in nos ſuperbia, quæ origines gignit? Quæ non magis homines facunt mergere cupit?* Inde angeli facti ſunt dæmones. Sicut ſuperbia origo omnium criminum, ſic ruina omnium virtutum. Sanctus Gregorius ait: *Fruſtra ad humeralem innitis angulum, & fruſtus ſuperbis inutilis Domino*. Sicut pondus fruſtum frangit ramum, ſic ſuperbia decorem everſit animarum. Superbia depoſuit archangelum & tanquam ſagitta fecit decidere in Paradiſum. Hæc humilitate ſananda, quia humilitate homines angelis adæquantur.

Hæc octo principalia vitia & illæ quæ de radicibus illorum oriuntur niſi mundaverit quis hic per confeſſionem & pœnitentiam, non poſſunt mundari in die judicii, ſed deducunt homines in infernum. Quid erubeſcit homo confiteri, qui peccatis non erubuit coinquinari? Contendo diluitur quod peccando contrahitur. Quomodo poteſt medicus vulnus ſanare quod ægrotus erubeſcit oſtendere? Ægrotus peccator, ſalvandos ſapiens medicus.

Qui autem confitetur, ſicdat genua cum ſacerdote coram Deo, & tunc confitetur quicquid a juventute recordari poteſt ex omnibus modis quæ geſſit. Et ſi ille tota facinora ſua recordari non poſſit, ſaltem ſi forſitan erubeſcit, ſacerdos debet eum interrogare quicquid in peccatis inextricatus confitetur eſt, ſi in illud vel in aliud crimen cecidit. Sed tamen non omnia crimina debent ei innotelcere, quia multa vitia veritatem in pœnitentiali quæ non deret hominem ſcire. Ideo non debet eum facerdos de omnibus interrogare; ne forte cum ab illo receſſerit, fugiente diabolo in aliquod crimen de his quæ nunquam ante ſcierat cadat. Et poſtquam omnia peccata ſua

sua confessus fuerit, faciat ei symbolum dicere & omnibus qui in te peccaverunt dimittere & emendationem promittere Deo, nec iterum ad illa peccata redeat: Cum hæc omnia fecerit, confidenter sacerdotes magnificandum culparum, & justa modum imponat ei tempus pœnitentiæ. Deinde super eum leptem psalmos pœnitentiales cum orationibus quæ sunt in sacramentario dicat, & absolvat eum in pace.

Sciendum autem quod si quis Episcoporum in aliquo de octo principalibus vitiosus sit, quatuordecim annis pœniteat, Presbyter duodecim, Diaconus octo, clericus sex, laicus quatuor.

Mulier quæ partum suum necat, XIV. annis pœniteat. Si filium suum occiderit, XV. annis pœniteat. Si in utero ante partum occiderit, VII. annis pœniteat. Si infans fine baptismo mortuus fuerit, parentes ejus annum integrum pœniteant, & nunquam fine aliqua pœnitentia stant.

Sunt aliqui peccata quæ, sicut Isidorus ait, ligue purgatorio purgari possunt; quæ est superfluitas manducandi & bibendi, paulandi, loquendi, & tarditas infirmos visitandi, ad Ecclesiam veniendi, elemosynam dandi, ira repentina, quæ non tenetur in corde, obrietas, si non frequenter. Nam ira quæ non cito sedatur & odium generat & desiderat vindictam, & inter principalia reputatur.

Quidam dixerunt minora peccata esse blasphemidi, id est parvum perjurium, si non frequentes fuerint, loquentes inter jocando vel irascendo, parvæ res fuerum, nubere cum uxore quam polluxit in somno, percutere homines non tamquam fluat, truncare membrum hominis ut non moriatur, coire cum uxore in die dominico vel in diebus quibus non licet, violare mortuorum sepulchra cauſſa ibi fabricandi altaria, negligere sacrificium ut non faciat cum diligentia quæ debet, bibere maleficium vel immundam rem, uluras dare, res alienas tollere parvas, sacrilegium facere in parvis rebus, id eſt, de Eccleſia furari aliquid, pecuniam eccleſiaſticam furari vel fraudare, domum eremare ſine damno magno, alios cauſſa lucrandi inebriare, meretricia mandocare, id eſt, meretricibus a beſtia vel avibus vel de morbo mortua. De his & talibus ejuſmodi ſimilibus Epiſcopus VII. hebdomadas pœniteat, Presbyter quinque, Diaconus quatuor, Subdiaconus tres, clericus duas, laicus unam. Si in majori crimine in ipſis rebus vel aliis inventus, ſecundum levitatem vel aſtimationem peccati modus pœnitentiæ vel amplibatur vel lenigabitur. Odio vero fratrem, in quo odio quanto tempore fuerit, tanto ſpatio in pane & aqua virat.

Admonendi etiam ſunt ſacerdotes de unctione infirmorum & pœnitentia, ne aliquis ſine viatico moriatur. Sed & ſi quis poſtmodum in infirmitate quærit, duos ſacerdos ad eum venire, ſi contigerit eum officio linguæ privari, conſtitutum eſt ut domini viri illi qui eum eo ab initio infirmitatis fuerunt vera teſtimonia dicant; quæ ab illo audierunt dum loqui poterat, ſive de pœnitentia, ſive de barba tondenda, ſive de monachatu: Et nunc ſacerdos communitus officium circa eum adimpleat, & fideiuſſoribus ejus pœnitentiam ejus pro eo imponat, & illum pro eo adimpleant.

Si autem vero ſi ita fuerit infirmatur ut eum unge nequeat, & alter Epiſcopus non ſit præſens qui ei oleum ad impetrat unctionis, Presbyter vero ſicut cum ſacerdotis officio conſecrare. Nulla enim in primo tempore prædicationis Apoſtolorum diſtinctio fuit inter Epiſcopos & Presbyteros; nec adhuc eſſet, niſi cauſſa differentiæ haereticorum diverſa docebant & contraria ſibi multi Presbyteri.

Primitus autem infirmo pœnitentia detur. Deinde, ſi permiſerit infirmitas, abluto corpore, albis veſtibus induatur, & in Eccleſiam deportetur, & jaceat in cilicio ſuperſecto cinere. Portetur ibi crux & aqua benedicta; ut cum venerint ad eum viſitatores presbyteri, dicant capitulum: *Pax huic domui & omnibus habitantibus intus. Pax ingredientibus & egredientibus in nomine Domini.* Deinde fundat ſacerdos de oleo ſacrato in aquam benedictam, & ſpargat eam ſuper antiphona: *Benedic Domine domum iſtam & omnes habitantes in ea, quoniam tu Domine dixiſti, Pax huic domui &c. Benedic Domine timentes te puſillos cum majoribus. Benedicti vos a Domino, qui fecit cœlum & terram.* Et iterum dicat antiphonam: *Aſperges me Domine hyſſopo. &c.* Et data oratione cineretur ſacratum imponat capiti & pectori infirmi in cruce modum dicens: *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo donec revertaris in terram de qua ſumpta es. Pulvis es, & in pulverem reverteris.* Deinde incipiant ſeptem pſalmos pœnitentiales per ordinem. Et poſtea, inflexis genibus flexis & capite inclinato ſive omni corpore proſtratus. Poſt licaniam dicta oratione incipiat unctionem, canentibus ceteris pſalmos & antiphonam congruentes, & faciat de oleo ſuper eum duodecim ſigna crucis, hoc eſt, primum inter ſcapulas magnam crucem uſque ad collum & ex transverſo ſigna ſuper ſcapulas omnia orantes, deinde in collo ſigna ad cervicem, tertiam ſuper caput uſque ad frontem in tranſverſo ab aure uſque ad aurem, deinde quartam & quintam in viſu, hoc eſt, in ſuperciliis oculum, ſextam in olfactu, id eſt, in naſo ſive in naribus, ſeptimam in guſtu, hoc eſt, in labiis, octavam & nonam crucem in auditu, id eſt, in auribus deforis, decimam in gutture, undecimam in pectore, duodecimam & decimam tertiam in tactu, id eſt, in unaquaque manu deforis, reliquas duas in pedibus. Hoc autem numero quindecies faciunt cruces de oleo ſacrato ſuper hominem infirmum propter trinitatis myſterium & quinque ſenſuum ſignificationem. Terni enim quinques quindecim perficiunt. Et quia per imparem numerum ſæpius ſanctificare ſolitum eſt, quidam viginti cruces facere ſuper infirmum volunt, quidam ex quatuor, id eſt, tres inter ſcapulas, tres ſuper ſcapulas, tres in collo, in cervice, in cerebro, tres in fronte & ſuperciliis, tres in naribus & labiis, duas in auribus, duas in gutture & pectore, duas in manibus, duas in pedibus. Quidam addunt duas in temporibus, duas in manibus interius faciunt. Quidam in fronte ullius nec in manibus facerdotis interius crucem de oleo facere oportere dicunt. Sed tamen nil obeſt. Epiſcopus enim non oleum infirmorum ſed chrisma frontibus omnium baptizatorum & manibus ſacerdotum imponit. Nam pectus & inter ſcapulas baptizatis crucem faciendo de oleo exorciſato, non de oleo infirmorum, Presbyter tangit ante baptiſmum. Itaque nil obeſte videmus eadem loca tangi in unctione infirmi de oleo infirmorum. Apoſtoli autem angentes oleo infirmos non amplius quam tres cruces cum oleo ſuper eos faciebant. Unde Graeci, qui ipſam traditionem Apoſtolorum imitantur, ſimiliter tres tantum cruces cum oleo faciunt, ſundentes cum ampulla oleum infirmorum in cruces

eis modum ſuper caput & veſtimenta & totum A corpus infirmi, incipientes crucem a capite uſque ad pedes, a dextera manu dextera ulque ad brachia & pectus uſque ad ſiniſtram manum, ſemel dicentes ad ipſas tres cruces: *Unge te in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti, ut mutia fides ſalvet te, & alleviet te Dominus, & ſi in peccatis ſit, remittantur tibi.* Illa autem veſtimenta oleo ſuperfula quibus infirmandus non ſepelitur, & ſi conveniat, abluuntur in loco mundo, & iterum utitur eis. Non ſolum autem clericis, ſed etiam laicis, nec tantum viris, ſed & feminis, undio talis tribuenda, ſi neceſſe fuerit; quia quoſdam ſanctos vivos legimus puellas paralyticas oleo ſancto unuiſſe & ſanaſſe. Energumenos etiam legimus oleo ſancto perunctos & ſanatos. Ideo ſi infirmus in mentiam verſus, tamen juxta Conciliam Aranſicenſe omne officium pœnitentis exhibeatur ei, & ipſa communio, ſi tamen in ſua ſanitate catholicam ſidem confeſſus fuerit. Et ſi ſanatus fuerit, *peregre proficiſcatur penitus peregrinum, & non pictatis cauſa feranturr.* Et rite in hora, qua ſubito obmutuſſeens baptizari aut pœnitentiam accipere potuit, ſi voluntatis præteritæ teſtimonia juſta fuerint. Sic quemdia vix apparet in infirmo, commendari omnibus officiis pietatis poterit, etiamſi teſtimonia voluntatis ejus deficerint. Pro ſide tamen amicorum omnia ei debent impendi ſacramentorum adjutoria, exemplo euangelico, ubi Jeſus non ad paralytici ſed ad illorum qui eum portabant fidem reſpiciens ait: *Homo, dimittuntur tibi peccata tua.* Hoc autem omnibus modis obſervari oportet, ut poſt mortem communio euchariſtiæ in os cadaveris * immittatur aliquo intuitu miſericordiæ. quod prohibent multæ canones. Sola pœnitentia ab amicis pro mortuo poteſt poſt mortem ejus accipi, ſi tanta in eis fuerit caritas.

Iſpis quoque pueris neceſſaria eſt inunctio, eum legamus nonnullos virorum ſanctorum oleo membra puerorum uniſſe ſacrato & ad ſanitatem priſtinam revocaſſe. Nam pœnitentia puerilis adeo videtur neceſſaria ut legamus quoſdam pueros pro meritis peccatorum miniſtris ſatanæ traditos, & abſque pœnitentia interiiſſe. D

Sicut autem jam divimus, ita licitum eſt Presbyteris epiſcopos ungere in infirmitate, ut Carthaginenſe Concilium Presbyteris concedat ſideles chriſmate confirmare more epiſcoporum, ſi tamen in periculo mortis aliquem viderint qui ab epiſcopo chriſmate ſanctio fuerit confirmatus. Similiter & concedimus in pœnitentia in periculo mortis eis conceditur. Presbyteri enim, licet pontificatus apicem non habeant, tamen ſecundi epiſcopi ſunt.

Uxdeo vero infirmo cum orationibus, ut dictum eſt, jubeatur a ſacerdote orationem dominicam & ſymbolum dicere & ſpiritum ſuum in manus Dei commendare & ſignaculo cruciſ ſe munire & viventibus valedicere. Tunc ſacerdos det ei pacem & communicet cum dicens: *Corpus & ſanguis Domini ſit tibi remiſſio omnium peccatorum tuorum, & confodiat te in vitam æternam.* Tunc data oratione, in fine dicat ſacerdos: *Benedicamus Domino.* Et reſpondeant omnes: *Deo gratias.* & expletum eſt. In craſtino & uſque ad ſeptem dies vitet ſacerdos, ne infirmum fundat ſuper eum orationes ad hoc congruentes.

Dicendum etiam ſacerdotibus ut quando poenitentiam impendunt & modum & tempus pœnitentiæ, dicant eis hæc verba: Frater, in hoc omnis pœnitentia valet, præterita crimina punitentes, & a tantis abſtinere, dare ſtudium in laboribus, in vigiliis, in orationibus, in jejuniis, in elemoſynis, in indulgentia inimicorum: quia non requirit Deus longa ſpatia pœnitentiæ, ſicut per prophetam dicitur: *Cum converſus ingemuerit, tunc ſalvus erit.* Et iterum: *Converſimini ad me, & ego reverter ad vos.* In hoc miſericors Dominus, & non vult mortem peccatoris, ſed ut converſetur & vivat. Et in euangelio ait: *Gaudium erit in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente magis quam ſuper nonaginta novem qui non indigent pœnitentia.* Et iterum: *Quæ die converſus fuerit peccator eorum, omnes ejus iniquitates delebo.* Vide ergo, frater mi, quantis teſtimoniis remedia peccatorum diſcretis, & ſcias non aliter venium promereri poſſe niſi ex toto corde converſus fuerit. Facto igitur unam ſarcinam ex omnibus peccatis tuis, quæ numquam ab oculis tuis recedere poſſit: quia acceptabilior Deo eſt jugis oratio ac gemitus affidtuus quam longa & tepida pœnitentia.

Sciat autem ſacerdos quod confitentium ſingulas culpas inquirere non debet. Quando manifeſtum inveneris, de ejus cauſſa judicabit.

De priſcis Chriſti lucrando vobis ſacerdotibus hæc dicere ſtuduimus auxiliante Domino ſalvo Chriſto, cui gloria in ſæcula ſæculorum. Ꝺ

ANNO CHRISTI 798. ANNO CHRISTI 798.

SYNODUS FINCHALENSIS

SUB EHANBALDO ARCHIEPISCOPO

EBORACENSI HABITA.

Ex 1010. 1. Cranii. Bib. Anno domini DCCXCVIII. vel DCCXCIX. Kenulfi autem regis Merciorum II. Northumbrenſium regno jam extincto . .

In qua agitur de paſchatis & canonum obſervatione: ſuſcipiunturque ſancta & univerſales quinque ſynodi.

EOdem quoque anno (*videlicet quo captus eſt Eadberius rex Cantuariorum, quod anno 798. vel mox, infra accidiſſe refert*) qui eſt annus tertius Kenulfi prediti regis, ſynodo congregata in loco qui dicitur * *Phinchahbal*, præſidente

E

* Mar. Phillm. Finchale in circa 798.

F

Ehanbaldo archiepiſcopo, aliiſque quamplurimis principalibus, & eccleſiaſticis viris, multa de utilitate ſanctæ Dei eccleſiæ gentiſque Northanhimbrorum, omniumque provinciarum conſiſti ſunt, de ſe obſervatione paſchalis feſti, & judiciorum diverſorum, & ſecularium, quæ diebus juſtorum regum, & decem bonorum, atque ſanctorum epiſcoporum, aliorumque ſapientum, clericorum ſciilcet atque monachorum, quorum providentia & ju-

ANNO CHRISTI 798.

& juſtitia, atque divinis ' atribus, ſtatus regni A ria Angliorum ſic ſcribitur: *Suſcipimus ſanctas & univerſales quinque ſynodos beatorum, & Deo accepcabilium patrum, ſicut præfatuſ libri continet textus, &c.*

ANNO CHRISTI 798.

CONCILIUM APUD BACANCELD

ANNO DOMINI DCCXCVIII. KENULFI REGIS MERCIORUM SECUNDO,

Præſidentibus in eodem, Kenulfo ipſo, & Æthelardo archiepiſcopo Dorobernæ, cum epiſcopis, abbatibus, &c. ſubſcriptis.

In quo decretum eſt ex mandato Leonis papæ III. ut ſuper eccleſias viri ſæculares non habeant dominium.

B Hæc ſunt nomina ſanctorum epiſcoporum & abbatum, qui cum totius ſanctæ Synodi conſenſu, pro ' confirmatione prædictæ rei ſignum ſanctæ crucis ſubſcripſerunt. ' confirmatione.

SUBSCRIPTIONES.

Ego Athelardus archiepiſcopus Doroberneñ. civitatis ſignum ſanctæ crucis ſubſcripſi.
Ego Vvede epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Vvorr' epiſcopus ſubſcripſi.
Ego ' Egmimus epiſcopus ſubſcripſi. ' Ecfrithus
Ego Forthernus epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Daniel epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Eadbrith epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Acca epiſcopus ſubſcripſi.
Ego ' Ingvvaldus epiſcopus ſubſcripſi. ' Ingoldus
Ego ' Vvearddrid epiſcopus ſubſcripſi. ' Heardulf
Ego ' Northbertus epiſcopus ſubſcripſi. ' Neolbertus.
Signum Aldulfi epiſcopi Lichfeldenſis.
Ego Aadulf Siddenſis epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Oſmundus London epiſcopus ſubſcripſi.
Ego ' Tudfridus Damocæ epiſcopus ſubſcripſi. ' Tidfidus
Ego ' Forthredus abbas ſubſcripſi. ' Cofredus
Ego ' Vvenbrithius Legorenſis ſubſcripſi. ' Vvenbrithius
Ego ' Ealhmundus epiſcopus Vvitanoenſis ſubſcripſi. ' Ealhmundus
Ego Vvermundus Roffenſis epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Feloigildus abbas ſubſcripſi.
Ego Vvilfredus archidiaconus ſubſcripſi.

ANNO CHRISTI 799.

SYNODUS REIS PACENSIS

Anno Chriſti DCCIC. celebrata.

Ex Hoveden. Gerv. Dorobern. Ingulfi.

HUjus Synodi memoriam exhibet Notitia & Tranſactionis inter Cundhurium Abbatem & Attonem Epiſcopum Frithigeſtren. in Hiſtor. Friſingenſ. tom. 1. pag. 94. relata, in qua legitur: *Id factum eſt ad Rifpach in Synodo* E *in præſentia iſtorum: Waltrik Epiſcopus, Aen Archiepiſcopus, Adalvvinus Epiſcopus, Vvolf Abbas, Herre Abbas &c.* Annum hujus Synodi 799. diemque vicefimum Januarii deſignat Dukerus in Chronico Saliſburgenſi.

CON-

ANNO CHRISTI 799.

CONCILIUM ROMANUM

IN BASILICA SANCTI PETRI

A Leone III. Papa & epiſcopis LVII. Caroli Magni regis hortatu celebratum adverſus Felicem Urgellitanæ civitatis epiſcopum, ejuſque epiſtolam contra Alcuinum ſcriptam, anno Chriſti DCCXCIX. Leonis ejuſdem papæ IV. Caroli regis XXXII.

ANNO CHRISTI 799.

Ex Jacobo Sirmondo.

DAmnata jam pridem fuerat hæreſis Feliciana, A *qua Chriſtum non verum ac proprium Dei Filium, quod fides docet catholica, ſed adoptivum eſſe contendebat in ſynoda Ratisbonenſi anno* DCCXCII. *ubi & auctor ipſe agnitum, ut præ ſe ferebat, errorem deteſtans ejuraverat; neque ibi ſolum, ſed Roma item apud Hadrianum papam, ad quem directus a Carolo rege fuerat per Angilbertum abbatem Centulenſis monaſterii. Poſt hæc vero in patriam reverſus, ad priſtinam inſaniam mox rediit. Quo nomine in ſynodo Francofordenſi, ut ex ejus libris patet, una cum Elipando literarum eſt perſcriptus anno* DCCXCIV. *Et cum ad epiſtolam Alcuini, qua illum, ut meliorem mentem reſumeret, hortabatur, viriliter ideo libello, in quem priſtinæ hæreſis capita omnia convertit, reſpondiſſet, adverſus hunc ejus libellum ſeu epiſtolam coacta eſt Roma ſynodus, in qua & impius liber confractus eſt, & Felix, niſi reſipiſceret, anathema dictum. Hujus ergo ſynodi, quæ hactenus obſcura & ignota latuit, luculentum eſt teſtimonium, tum apud Felicem ipſum in confeſſione fidei, quam ſua iuſſa proferens, tum in excerptis aſſorum ſynodi ejuſdem, quæ reſtant in ſchedis, quibuſdam Pithoeanis, unde olim a nobis deſcripta, publica jam tum luce non indigna videbantur. Sed autem habemus:*

B

C

D

E

EX ACTIONE I.

SYNODI LEONIS PAPÆ III.

ADVERSUS FELICEM URGELLITANUM.

Ex ſchedis Pithoeanis, & conſeſſu ac Felicis, ut

LEo ſanctiſſimus ac ter beatiſſimus ſanctæ catholicæ & apoſtolicæ Romanæ eccleſiæ, & univerſalis papa dixit. *Et poſt pauca.* De peſte illa, quæ per miſerum Felicem ex epiſcopo de nomine adoptionis in Chriſtiæ Dei Filio orta eſt, Concilium facere atque tractare putetis debere. Et olim quidem a prædeceſſore noſtro bonæ memoriæ domno Hadriano papa, & ex auctoritate ſedis apoſtolicæ, ejuſdem regis magni juſſione ſynodali tramite ſub anathematis vinculo putabatur eſſe extincta, nunc magis ac magis crefcendo pullulat. *Et paulo poſt.* Et ut nobis viſum eſt, pejores hæreſes, vel majores blaſphemiæ, quam ante in ejus ſcriptis vel dictis unquam auditſemus, ibidem cognovimus. Affeverans autem Felix, quod Dominum noſtrum, nec Filium Dei verum, nec etiam verum Deum, ſed nuncupativum.

EX ACTIONE II.

Leo epiſcopus dixit: Quis non videat miſerrimum illum & infelicem hæreticum, quia non ſolum hæreſiarcha dudum de adoptione in Filio Dei latrans factus eſt, ſed etiam & ſemel & bis, & tertio perjuratus effectus eſt? In primis namque in Ratisbonenſe Concilio, quod per juſſionem præfulgidi & orthodoxi filii noſtri domni Caroli Magni regis actum eſt, confeſſus eſt ſe ex ipſa hæreſi male diviſe: & in ipſo conſcripſit Concilio, anathematizans qui aufus fuerit dicere Filium Dei dominum noſtrum Jeſum Chriſtum adoptivum ſecundum carnem eſſe. Et iterum, ſub ſanctæ recordationis prædeceſſore noſtro domno Hadriano papa, directus a domno Carolo præfulgido magno rege ipſe miſerrimus hæreticus infelix epiſcopus, doctus ab eodem almo præſule, ferit illum orthodoxum in vinculis libellum, anathematizans & confirmans inter cetera nequaquam Filium Dei adoptivum eſſe, ſicut dixerat, ſed proprium & verum dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium Dei confiteor. Unde & ipſum orthodoxum fuum libellum ſuper ſacroſanctæ Dei myſteria in noſtro patriarchio ponens, juravit ſic tenere & confiteri. Et iterum in confeſſione ſuper corpus beati Petri apoſtoli ipſum ponens orthodoxum ſuum libellum, ſimiliter & illic juravit nequaquam ſe dicere unkere adoptivum, ſed proprium & dilectum Filium Dei tenere & confiteor. Et poſtmodum trangreſſus legem Dei exceſſi, fugiens apud paganos conſentaneos perjuratus effectus eſt. Sed nec illud metuit almum & orthodoxum Concilium, quod in confeſſu domni Caroli præfulgidi & orthodoxi magni regis pro hujuſmodi re geſtum eſt, ſatis reſtæ fidei continere, & anathematizare ſimiliter ille, quia ſi non ex fua iniqua hæreſe reverſus fuerit in veram & catholicam ſacroſanctam ultimam fidem, ſemetipſum anathematizavit.

EX ACTIONE III.

Leo ſanctiſſimus papa dixit: Ipſe enim mundi redemptor nos docuit: *Nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat.* Nunc noſtris ſermonibus commonitionem audiant qui erraverunt, & reverſi concordes nobis noſtram teneant catholicam & apoſtolicam fidem, & ſanctorum patrum ſequantur traditiones. Veneranter procul dubio ſanctæ catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ, quæ eſt caput eccleſiarum Dei, plas atque ſacras definitiones, priſcæ inſiſtant religioni, recognoſcentes reſtituidam fidei traditæ, ſuarum ſpiſ animarum Deo inſpirante ſalutem procurent. *Poſt pauca.* Felici Urgellitanæ eccleſiæ epiſcopo, ſi noluerit declinare ab hæretico dogmate ſuo, in quo aufus eſt Filium Dei ado-

A. XENO CHRISTI 799.

adoptivum afferere, anathema sit, atque ante tri- A bunal Dei omnipotentis condemnatus, seu a fun- ctis & apostolica Dei ecclesia extorris, nostroque consortio alienus. Pii vero qui converti fuerint, & nostræ societati se unicrint in fide, & concordiæ sanctæ catholicæ atque apostolicæ ecclesiæ, perpetuam vitæ atque beatitudinis gaudia mercentur, & eorum audiant divinam: *Venite benedicti Patris mei, &c.*

Matth. 25.

✠ Observatio P. Antonii Pagi ad an. Ch. 799. num. 9. & 10.

Gentilis Remundinus Sedisiensis Episcopus Regis Regum Iesu.

In Concilionum editionis Labbeanæ tertiæ volumen Gentilis Remundinus ex Arbesia Dalmatiæ, quod Baronii temporibus ignotum erat: Hebdomam illud non anno XXIII. Caroli Regis, ut habet Sirmondus Labbeus, sed anno XXII. eiusdem Regis die XXIV. mensis Septembris fuperioris Chalki anni indictione; cum enim Leo III. die XIV. mensis Aprilis hujus anni à Romanis exercatus fuerit, & pulsus in Galliam venerit, unde Romam anno illum XXI. mensis Novembris non redit, & Pelix Urgellitanus Episcopus anno XXII. ejusdem Regis Aquisgrani hæresim abjuraste, ut mox oftendam, Concilium illud Romanum nonnisi sequente hoc anno habitum est, in cujus vicit Concilio Sidem num. XIV. & seqq. Hujus itaque anni initio Leo Papa Concilium Galliæ ad Sedem Sanctæ Petri cum Episcopis LVII. celebrasse adversus Libellum, quem idem Felix Aleujno nuper dicrarat. In eum Libellum *Felix hæresos sapius a se damnatæ capita omnia conjecerat, ideoque a Synodo condemnat est, & ipse Felix, CHRISTI* anathema sit. Hujus Concilii tres *799.* item Pelix memoria in Confessione facit, quam sub hujus anni exitum emisit, postquam ad Ecclesiæ Catholicæ gremium rediit: *Per auctoritatem, inquit, Synodi, quæ nuper in Roma hac Sanctissima præsidente plenissima ac pissima Domino nostro Carolo adversus Epistolam meam, quam sub dictum venerabili Viro Albino Alcuini Turonensis Ecclesiæ sacerdotem, congregata est: In qua Synodo, præsente Leone Apostolico, & cum eo octavi Episcopi numero LVII. reliquorum, & plurimi Presbyteri ac Diaconi cum eis in Dei Basilica Beati Apostoli, per quorum omnium auctoritatem ejus sam dictas sententias nostras, non qualibet, ut dictum est, violentia, sed ratione veritatis, ut ejusmodi, exclusserunt.*

In ea Synodo damnatur.

Extant tamen Excerpta ejusdem Synodi ex tribus principibus Actionibus. In prima Leo Papa ait: *Petrum hæresiarcæ, qui maligne blasphemiæ, quam antea in eius scriptis damnavimus, & nunc anathematizamus. Eidem quoque adhæsisse in secunda dicit Leo Ecclesiæ & simul & hic & tertia perjuratum Felicem esse effectum. In prima vero ait ibidem ejusdem Leo, in Basilicæ Beati Petri Apostoli, ejusdem Felicis sententiam ejus sam dictis Synodalibus, quam ad Francorum Principem Carolum direxerat, & ipse Felix anathematizavit. Tertia demum Actione Felix ipse Urgellitanus Episcopus coram omnibus confitetur, se recte vidit Concilium sibidem num. XIV. & seqq. Hujus itaque anni initio Leo Papa Concilium Galliæ ad Sedem Sanctæ Petri cum Episcopis LVII. celebrasse adversus Libellum, quem idem Felix Aleujno nuper dicrarat. In eum Libellum* *Felix hæresos sapius a se damnatæ capita omnia conjecerat, ideoque a Synodo condemnat est, & ipse Felix, CHRISTI* anathema sit. Hujus Concilii tres *799.* item Pelix memoria in Confessione facit, quam sub hujus anni exitum emisit, postquam ad Ecclesiæ Catholicæ gremium rediit: *Per auctoritatem, inquit, Synodi, quæ nuper in Roma hac Sanctissima præsidente plenissima ac pissima Domino nostro Carolo adversus Epistolam meam, quam sub dictum venerabili Viro Albino Alcuini Turonensis Ecclesiæ sacerdotem, congregata est: In qua Synodo, præsente Leone Apostolico, & cum eo octavi Episcopi numero LVII. reliquorum, & plurimi Presbyteri ac Diaconi cum eis in Dei Basilica Beati Apostoli, per quorum omnium auctoritatem ejus sam dictas sententias nostras, non qualibet, ut dictum est, violentia, sed ratione veritatis, ut ejusmodi, exclusserunt.*

In ea Synodo damnatur.

Extant tamen Excerpta ejusdem Synodi ex tribus principibus Actionibus. In prima Leo Papa ait: *Petrum hæresiarcæ, qui maligne blasphemiæ, quam antea in eius scriptis damnavimus, & nunc anathematizamus. Eidem quoque adhæsisse in secunda dicit Leo Ecclesiæ & simul & hic & tertia perjuratum Felicem esse effectum. In prima vero ait ibidem ejusdem Leo, in Basilicæ Beati Apostoli, ejusdem Felicis sententiam ejus sam dictis Synodalibus, quam ad Francorum Principem Carolum direxerat, & ipse Felix anathematizavit. Tertia demum Actione Felix ipse Urgellitanus Episcopus coram omnibus confitetur, se recte vidit Concilium sibidem num. XIV. & seqq. Hujus itaque anni initio Leo Papa Concilium Galliæ ad Sedem Sanctæ Petri cum Episcopis LVII. celebrasse adversus Libellum, quem idem Felix Aleujno nuper dicrarat. In eum Libellum*

Omnibus notum esse volumus, quia non so- Libr. 4. cap. 18. lum ea quæ super episcoporum & presbyterorum hostium vexationibus, & precibus pro nobis & vobis fieri cognistis, concedere optamus; sed quidquid pro sanctæ Dei ecclesiæ & sacerdotum, sive totius populi, & vestra utilitate inveneritis, concedere paratissimi sumus: & modo ista sicut petistis concedimus: & quando vita comite, Deo auxiliante, ad generale placitum venerimus, sicut petistis, consultu omnium fidelium nostrorum hæc firmare laudabiliter, nobisque, atque futuris temporibus irrefragabiliter manendā firmissime domino adnitente cupimus. Modo ea quæ generalia sunt, & omnibus convenienti ordinibus, statuere, ac cunctis sanctæ Dei ecclesiæ, nostrisque fidelibus, ob Dei omnipotentis amorem, & recordationem tradere parati sumus: & ad præsens synodalem nostrum conventum, ac generale placitum, ubi plures episcopi & comites convenerint, ista sicut potuistis firma bimus.

CAP. III.

Decretum domni Caroli regis Francorum, ut servi Dei neque in hostem pergant, neque armaturam hujusce.

Carolus gratia Dei rex, regnique Francorum Libr. 6. cap. 80. rector, & devotus sanctæ ecclesiæ defensor atque adjutor in omnibus, apostolicæ sedis hortatu, omniumque fidelium nostrorum, & maxime episcoporum, ac reliquorum sacerdotum consultu, servis Dei per omnia omnibus armaturam portare, vel pergere ad hostem, excetitum & in hostem pergere, omnino prohibemus, nisi illis tantummodo, qui propter divinum ministerium, missarum scilicet solemnia adimpienda, & sanctorum patrocinia portanda, ad hoc electi sunt: id est unum vel duos episcopi cum capellanis presbyteris princeps fecum habeat, & unusquisque præfectus unum presbyterum, qui innumeris peccata confitentibus judicare, & indicare pœnitentiam possit.

CAP. IV.

De hoste & pugna, atque armis sacerdotibus prohibitis.

Secunda vice propter amplioremobservantiam Libr. 7. cap. 4. apostolica auctoritate, & multorum sanctorum episcoporum admonitione inftructi, sanctorum quæ canonum regulis edocti, consultu videlicet omnium nobilium nostrorum, nec non episcopis congentes, posteriisque nostris exemplum dantes, volumus ut nullus sacerdos in hostem pergat, nisi duo vel tres tantum episcopi electione ceterorum propter benedictionem & prædicationem, populique reconciliationem; & cum illis electi sacerdotes, qui bene scient populis pœnitentiat dare, millas celebrare, de infirmis curam habere, sacratique oleiconsacrata precibus unctionem impendere, & hoc maxime providere, ne sine viatico quis de sæculo recedat. Hi vero necarma habeant, nec ad pugnam pergant, nec effusiones sanguinum vel agitatores faciat; sed tantum sanctorum pignora & sacra ministeria ferant, & A orationibus pro viribus insistant: ut populus qui pugnare debet, auxiliante domino, victor existat, & non sit sacerdos sicut populus. Reliqui vero qui ad ecclesias suas remanent, suos homines bene armatos nobiscum, aut cum quibus jusserimus, dirigant, & ipsi pro nobis & cuncto exercitu nostro die, hiemisq, oblationes, eleemosynas faciant, orantes Deum exitum prosciamus in itinere quo pergimus, victoriaque Deo administante exitum habeamus. Quam & reliqui sacerdotes, qui sacerdotes secum pugnare permisserunt, nec prævalebant in bello, nec victores existerunt, quia non erat differentia inter laicos & sacerdotes, quibus pugnare non est licitum. Hæc vero Galliarum, Spaniarum, Longobardorum, nonnullaque aliæ gentes, & reges earum scire possunt, quia propter præditum nefandissimum Francorum exercitum, nec patrias retinuerunt. Quam fovens caveotes, malumus cum pascis & licitis, domino operferenne, victores esiffere, quam cum multis & illicitis terga, quod absit, vertere, & cum prædictis gentibus perire. Qualis enim victoria datur, ubi sacerdotes una hora dominica pertam ministeria, & Christianis dominicum porrigunt corpus pro suarum animarum redemptione, & poli Christianos, quibus hoc ministrare debuerant, aut pagauos, quibus Christum prædicare, propriis sacrilegue manibus necant; Matth. 5. præcipue dicente eis domino: *Vos estis sal terræ: quod si sal evanuerit, in quo condietur? ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.* Et dum hæc ita se habeant, elegimus potius, domino adminiculante, nobisque illis & cunctis eorum ecclesiis opem ferente, nec ecclesiarum rebus minuente, ut gradus eorum & sanctorum canonum decreta custodiant, quam illi aut nobis imperantibus, aut consentientibus, quæ non faciant, aut gradibus careant, aut pereant, & nos simul, quod absit, cum eis & victoria careamus vel peramus. Quinniam peccatis exigentibus timemus, si talia & tam illicita aut imperemus, aut agere consentiamus, ut una cum eis pereamus: quia non solum qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus atque placitis eos iure in conspectu Dei & sanctorum ejus. Si vero ista veraciter ex utraque parte fuerint custodita, credimus quia coriunt ante nos omnes pagane gentes, & crimus victores; insuper & bene agentes, domino auxiliante, vitam pollidebimus sempiternam.

B

C

D

E

CAP. V.

De his qui putaverunt idcirco præceptum fuisse, non ire ad pugnam sacerdotes, ne honor eis minueretur.

Quis instigante antiquo hoste audivimus quod- Libr. 7. cap. 5. dam nos fuspectos habere, propterea quod concessimus episcopis & sacerdotibus, ac reliquis Dei servis, ut in hostes, nisi duo aut tres ex ceteris electi, & sacerdotes similiter perpauci absque electi, non irent, sicut in prioribus notitiis continetur capitularibus, nec ad pugnam propterarent, nec arma ferrent, nec homines tam Christianos, quam paganos necarent, nec agitatores sanguinum fierent, vel quidquam contra canones faterent, quod honorem sacerdotum, & res ecclesiarum auferre vel minuere eis voluissemus: quod nullatenus facere velle vel facere volentibus consentire, omnes scire cupimus. Sed quantum in nobis eorum amplius suam nomen servarit, & Deo serverit, tanto eum plus honorare, & cæteris habere volumus. Et ut hæc certius credantur, & per futuras tempora conserventur, præcipimus ut nullus res ecclesiæ nisi precario possideat, & posseatum ipse precarie sintie fuerint, faciant poteftative speculatores ecclesiarum utrum elegerint. aut ut ipsas res recipiant, aut posteri eorum res precarias habere debeant. Terminant. Ita tamen ut ipsi proprias & utiles res ejusdem ecclesiæ, de quarum jure esse videntur, legaliter tradant; & sic a rectoribus earumdem ecclesiarum precaria in concambio fiant, canonice renoventur. Novimus ergo multa regna & reges eorum propterea cecidisse, quia ecclesias spoliaverunt, privilegia eorum vastaverunt, abluerant, & pugnantibus dederant. Quapropter nec fortes in bello, nec in fide stabiles fuerunt, nec victores extiterant, sed terga multi volentia & plures interfecti vertentes, regnaque & regiones, & quod pejus est, regna cælestis prædicrunt, atque propria hereditatibus caruerunt. Nec hædemus carent. Quæ omnia vitantes, nec talia facere, nec consentire, nec infantibus aut fœccelioribus nostris exemplum dare volumus, sed quantum valemus & possumus, adjuvante Leonis papæ, & omnium episcoporum, quorum consilio sui hoc egimus, spiritu nostro spiritui, per Deum & omnium sanctorum meritis prohibemus, contestamurque, ne talia faciant, vel facere volentibus consentiant: sed adjutores & defensores, atque sublimatores ecclesiarum, & cunctorum servorum Dei, pro viribus existant, ne in forum, in quam prædicti reges & regna ceciderunt, eadant, aut in profundum, quod absit, infemi demergantur. Et ut hæc devotius per futura tempora conserventur, præcipientes jubemus, ut nullus tam nostris quam baiuriis temporibus, a nobis vel successoribus nostris, ullo unquam tempore, absque consensu & voluntate episcoporum, in quorum parochiis esse noscuntur, res ecclesiarum petere aut invadere, vel vastare, aut quocumque ingenio alienare præsumat. Quod si quis fecerit, tam nostris, quam & successorum nostrorum temporibus, parentis cujuslibet fuerit, a nobis atque successoribus nostris, postrisque judicibus vel comitibus, sient sacrilegus & homicida, vel fur sacrilegus, legaliter ponatur, & ab episcopis nostris anathematizetur: ita ut mortuus etiam sepultura, & cunctis Dei ecclesiæ præcibus & oblationibus careat, nec eleemosynam suam quisquam recipiat. Quod autem maximum sacrilegium fit res ecclesiæ auferre, invadere, alienare, vastare, vel fubripi, maxime omnes scripturæ divinæ testantur, & beatus Symmachus papa synodali decretis canonibus feriendo dicit. Iniquum est, inquit, & sacrilegii instar, ut quæ vel pro salute, vel pro requie animarum suarum unusquisque venerabili ecclesiæ pauperum causis constituit, aut certe reliquerit, ab his quibus matime fervati conveneat, auferri, aut in aliud transferi. Et mota sanctorum canonum decreta, & sanctorum patrum edicta hæc eadem teftantur, quæ ferutari & seire cupientibus perfecile patent.

A

B

C

D

E

TITULUS III.

DE PURGATIONE SACERDOTUM.

CAP. I.

Quid de presbyteris criminosis, de quibus approbatio non est, agendum sit.

Lib. 5. c. 137. ET hoc vobiscum magno studio pertractandum est, quid de illis presbyteris criminosis, unde approbatio non est, & semper negant, faciendum sit. Nam hoc saepissime a nobis & a propositoribus atque antecessoribus nostris ventilatum est, sed non ad liquidum hactenus definitum. Unde ad consultandum patrem nostrum Leonem papam sacerdotes nostros mittimus, & quidquid ab eo vel a suis perceperimus, vobis una cum illis quos mittimus renuntiare non tardabimus. Vos interdum vicissim tractate attentius, quid ex his vobiscum consiliaturus unus cum praedictis sandi patris infatigabilibus, ut murmur cesset populi, & nos his satisfacientes illaesi domino auxiliante ab utrisque maneamus. Sequitur contextio memorata.

CAP. II.

Decretum Caroli regis, ex consultu Leonis papae, de purgatione sacerdotum.

Lib. 5. c. 14. Omnibus vobis visu aut auditu notum esse non dubitamus, quod saepissime, suadente antiquo hoste, sacerdotalibus crimina diversis generibus, sed quoniam qualiter ea eis ab his rationabiliter examinatis & satisfactio fiat, licet tempore bonae memoriae domni genitoris nostri Pippini, sive postea temporibus, a sanctis patribus, & a reliquis bonae devotionis hominibus saepissime ventilatum fuerit, nos tamen pleniter & ad liquidum definitum reperire minime quivimus. Nostris quippe temporibus ad ipsum a sanctis episcopis & reliquis sacerdotibus, & caeteris ecclesiastice dignitatis ministris, nostris in regnis, seu in aliis degentibus, multotiens una cum eis agentibus, saepissime propter multas & nimias reclamationes, quae ex hoc ad nos ex diversis partibus venerunt, ventilatum est. Sed qualiter consultu domni & patris nostri Leonis apostolici, ceterorumque Romanae ecclesiae episcoporum, & reliquorum sacerdotum, sive orientalium & Graecorum patriarcharum, & multorum sanctorum episcoporum & sacerdotum, nec non & nostrorum episcoporum omnium ceterorumque sacerdotum & Levitarum auctoritate & consensu, atque reliquorum fidelium, & cunctorum consiliariorum nostrorum consultu definitum est, vobis omnibus utriusque ordinis ministris scire volumus. Statutum est namque ratione & necessitate ac auctoritate praedicta, ut quotiescumque ejusmodi sacerdoti crimen imponitur, & ipse accusator talis fuerit, ut recipi debeat (quia quales ad accusationem sacerdotum admitti debeant, in canonibus pleniter expressum est) si autem, us dictum est, ille accusator qui canonice est recipiendus, eum cum legitimo numero verorum & bonorum testium approbare in conspectu episcoporum poterit, tunc canonice dijudicetur; & si culpabilis inventus fuerit, canonice damnetur. Si vero eum suprascripto praecaum approbare ipse accusator minime potuerit, & hoc canonice definitur. Ipse ergo sacerdos, si suspicionis aut incredibilis suo episcopo, aut reliquis suis consacerdotibus, sive bonis & justis de suo populo vel de sua plebe hominibus fuerit, ne in crimine aut in praedicta suspicione remaneat, cum tribus aut quinque vel septem bonis ac vicinis sacerdotibus, exemplo Leonis papae, vel eo amplius, si suo episcopo visum fuerit, aut necesse propter tumultum populi id esse prospexerit, & cum aliis bonis & justis hominibus se sacramento coram populo super quatuor evangelia dato purgatum ecclesiae reddat. Si quis autem fere delederat, quales testes ad accusationem sacerdotum recipi debeant, & quid de accusatore faciendum sit, pleniter in canonibus reperire poterit.

CAP. III.

Ut presbyteri criminosi ad synodum venientes in medium colloquatur.

Lib. 5. c. 28. Presbyteros criminosos canonice ad synodum venientes jubemus juxta decreta papae Innocentii cap. XXVIII. in medio collocari, discutisque objectionibus, quae ipsis presbyteris impingunturi, si convicti potuerint, a sacerdotali removeantur officio; quia qui sancti non sunt, sanctia tractare non possunt: atque alieni efficiantur a ministerio quod vivendo illicite polluerunt; & si convicti non potuerint, secundum anteriora capitulorum, quae Leonis papae, & multorum episcoporum statutum, cum aliis presbyteris & fidelibus, justisque hominibus satisfaciant episcopo suo, & populo.

CAP. IV.

De purgatione sacerdotum, qualiter Pontificalis secunda vice a domno Carolo, cum aliis tractata, atque posita est.

Lib. 5. c. 186. Omnibus vobis tam praelentibus quam & futuris scire optamus, quia ideo consultu sedis apostolicae & omnium nostrorum episcoporum ac reliquorum sacerdotum, atque maxime cunctorum fidelium nostrorum, ejusdem purgatione criminatorum sacerdotum tanta tribuimus, earumque cum testibus, sicut in anteriori capitulari nostro continetur, fieri decrevimus: quoniam ineffabilem eandem cautelam a beato Gregorio papae esse definitam. Nam cum Wormatiae generalem conventum habuissemus, allata est nobis a Rivulo Magnutiacensi metropolitano epistola beati Gregorii papae, in qua inter cetera continebantur haec: De presbytero vero, vel quoliber sacerdote a populo accusato, si certi non fuerint testes, qui crimini illato approbent veritatem, jurjurandum erit in medio. Illum testem proferas de innocentia sue puritate, cui nocla & aperta sunt omnia, sicque maneat in proprio gradu. Ita vero omnia, quis vires nostras excedunt, in judicio episcoporum juxta canonicam sanctionem definienda relinquimus, ut haec quando orta fuerint ita definire fatagant, ut nec secundum saeculum justum reprehensibilem, nec penes Deum, quod absit, damnabilem, sed aeterne beatitudinis, ipso auxiliante qui omnia infirma praestat, praemia consequantur.

TITULUS IV.

DE CHOREPISCOPIS.

CAP. I.

Leonis III. papae de chorepiscopis consulti responsum. Episcoporum Francia decretum, ut chorepiscopi de ministerio episcopali nihil praesumant, & ut in posterum non fiant.

Capitular. lib. 5. c. 187. OMnibus sanctae Dei ecclesiae fidelibus & nostris nostrum esse volumus, quia non parva quaestio de chorepiscoporum superstitione ad nos non semel aut bis vel ter venerit, sed fere plissime nostris auribus molestiam intulerit. Ipsa enim quaestio non solum inter clericos, sed etiam inter laicos saepissime versabatur. Dicebant ergo presbyteri, diaconi, & subdiaconi, a regularibus episcopis ordinati, non eos esse presbyteros, vel diaconos, aut subdiaconos, qui a chorepiscopis videbantur quasi sacrati, nec sacerdotale eos debere peragere officium, nisi forsitan a canonice ordinatis episcopis consummati. Sumentes quoque de canonica auctoritate sanctionem, affirmabant a chorepiscopis ordinatos, vulneratum potius quam episcopalister sanctificatum per illam munus impositionem habere caput. Ubi autem vulnus infirmum est, medicina est adhibenda, quo possit recipere sanitatem. Similiter & laici dicebant, quod talium ministrorum vel sacerdotum, id est qui a chorepiscopis erant quasi ordinati, officia audire nollent; nec eorum infantes majores vel minores, aut familiam eorum per manus impositionem confignari vel confirmari ullquam vellent, ne magis vulnus quam benedictionem acciperent. Quod jurgium cum enucleatius discutere voluissemus, placuit nobis ex hoc apostolicam sedem consulere, jubente canonica auctoritate, atque dicente: Si majores causse in medio fuerint devolutae, ad sedem apostolicam, ut sancta synodus statuit, & beatus Gregorius papa, incundatur referatur. Quapropter Arnonem archiepiscopum ad Leonem apostolicum misimus, ut inter cetera quae ex eorum ore & hoc interrogaret: ut quidquid super his definiendum esset apostolica auctoritate a nostris episcopis regaliter fuspiceret. Qui nobis verbis & scriptis ab eo renuntiatum hanc modi necesse fuit definire, quia chorepiscopi a nostris praedecessoribus, & a multis sanctis episcopis, atque synodalibus sanctionibus eos esse prohibitos atque damnatos: & ideo non esse necesse ventilare, sed definita tenere. Dixit enim nullum fore presbyterum, vel diaconum, aut subdiaconum ab eis ordinatum, nec ecclesiam ab eis dedicatam, nec virginem confecratam, nec quemquam confirmatum, neque quidquam quod de episcopali ministerio praesumpsere effe peractum: sed quidquid ex his ab eis illicite erat praesumptum, omnia a canonice ordinatis episcopis debere rite peragere, & in meliorem statum reformare: quia quod non ordinabiter gestum, ratio non finit ut videatur iteratum. Praedictos autem chorepiscopos omnes praecepit damnare, & in exilio detrudi. Ista vero omnes maxime regoi nobis a Deo commisti episcopi cum eodem Arnone, permittente: praefato apostolico mitius tractantes, jam dictos villanos episcopos inter presbyteros fluturerunt, ita ut amplius nihil de episcopali ministerio praesumerent, nec ipli desinerent

A a quoquam fierent, qui gradus sui periculum vitare vellet. Decretum namque est in illa synodo, quam Regisuithrunc pio eadem vel pro aliis causiis apostolica auctoritate praefato praetexto habuissimus, nihil ex praedictis a quoquam eorum agere nec facere volentibus contentire, sed quidquid ab eis episcopaliter praesumptum est, a canonice ordinatis episcopis peragi debere, nec ullum ufquam de episcopali ministerio a chorepiscopis aliquid acceptisse, quia nihil in dante erat, quod aliquis horum accipere potuisset, quamvis quod non habuit quis aperit, dare non potuit. Nam episcopi non erant, qui nec ad quamdam civitatis episcopalem sedem titulati erant, quae ab his, qui a tribus episcopis ordinati. Ideo de episcopali ministerio nihil agere potuerunt. & idcirco non offenditur gestum, quod praefati agere putaverunt, quia quod non habuerunt, habere minime valuerunt. Ideo namque nulla causa permittit, ut videatur iteratum, quod de cauiis memoratis a canonice ordinatis episcopis cognoscitur regulariter peractum. Unde & cum saepe quaestio de male accepto honore nascatur, quia ambigat nequoquam esse tribunendum quod non docetur fuisse collatum?. Scimus autem & in antiquis patrum legimus decretis, posse vera ac justa legitimi episcopi benedictione asseri omne vitium quod a vitiolo fuerat injectum.

Vide quae de ista synodo & duobus pallio nostra pag. 1172. & Rotulum.

Lib. 7. c. 418. ultorum

CAP. II.

Ut nullus chorepiscopus per impositionem manus Spiritum sanctum tradat, aut confirmationem perficiat.

Placuit, sicut Leonis papae, & omnium epis. Lib. 7. c. 418 coporum nostrorum, atque reliquorum fidelium generali & synodali consultu decrevimus, ut nullus chorepiscopus per manus impositionem spiritum sanctum tradere, aut sacerdotes vel Levitas, aut subdiaconos sacrare, vel virgines velare, aut sanctum chrisma confecere, vel ecclesias aut altaria sacrare, aut benedictionem in publica missa populis tribuere praesumat: quae omnia summis pontificibus, id est, catholicis episcopis dicimus, & non non chorepiscopis vel presbyteris, quorum formam juxta sanctorum canonum decreta chorepiscopi gerunt. Si autem ii aliquid ex his agere tentaverint, irrita erunt quae ab iis gerentur, & ipli omni ecclesiastico honore fundatus priventur.

CAP. III.

De his qui a chorepiscopis sunt ordinati presbyteri, diaconi vel subdiaconi.

Ut hi qui a chorepiscopis presbyteri, vel dia- Lib. 5. c. 328. coni, vel subdiaconi sunt ordinati, nullatenus in presbyteratus, diaconatus, vel subdiaconatus officio ministrare praesumant. Similiter homines, qui imperitia videntur ab eis esse confirmati, vel virgines seu ecclesiae sacratae, aut chrisma confectum, five altaria dedicata, pro confirmatis, vel sacratis, aut dedicatis minime habeantur, quia quae illi non habuerunt dare non potuerunt: quoniam ex his eis quidquam agere non licet, quae omnia summis pontificibus debentur, & non chorepiscopis, qui nec summi pontifices vel episcopi fuerunt, nec deinceps ulquam fieri pollunt. Nullum enim ex his, ex his aliquid unquam fecisse legimus vel scimus; ad

quorum exemplam & formam presbyteros vel chorepiſcopos, antequam ipſi chorepiſcopi prohibiti eſſent, ſuiſſe agnoverunt. Hæc vero omnia a cathedralibus epiſcopis, qui a compro-vincialibus epiſcopis, aut præſentia, aut judicio metropolitani conſecrari ſibi noſcuntur, agenda ſunt, & non a presbyteris, vel chorepiſcopis, qui ambo unius formæ eſſe videntur. Quæ tabeis aut propter imperitiam, aut propter præſumptionem acta, ut prædictum eſt, ab imperitis eſſe putantur, a cathedralibus tamen epiſcopis reformanda vel peragenda ſunt: quia quæ illi in his agere cognitarum imperfecta remanſerunt, & ut jam præſtitarum eſt, quod illi non habuerunt, date non potuerunt. Epiſcopi namque non ſuerunt, quia nec a tribus epiſcopis, nec B ad aliquam epiſcopalem cathedram ordinati fuerunt; & ideo ex his nihil agere potuerunt. Et ne alicui talis ordinatio, vel confirmatio, aut conſecratio, reiteratio eſſe videatur, attendat illud quod ſcripſum eſt: Quod non oſtenditur geſſum, ratio non ſtatuit ut videatur iteratum.

CAP. IV.

De chorepiſcopis, ne deinceps ſiant:

Lib. 6. c. 118. PLacuit ne chorepiſcopi a quibuſdam deinceps fiant, quoniam hactenus a multis in locis ſanctorum patrum, & maxime apoſtolicorum decretis ſuiſque quicquibus ac deſectationibus inhærentes C factí ſunt. *Iidcirco & olim perſtabe, &* noſtro a ſancta apoſtolicæ ſede tempore ſunt prohibiti, & ne deinceps a quoquam tam ordinante, quam ordinari cupiente, talis præſumptio aſſumatur, a cunctis noſtri regni epiſcopis eſt in ſynodo canonice prohibitum.

Sunt de aliis de chorepiſcopis capitula, libro 6. capite 284. & libro 7. capite 370. & 318. quæ propterea hoc loco præterminimus, quia non ubi continentur. Adhuc eſt etiam poſtea de iiſdem in concilio Pariſienſi ſub Ludovico Pio, & in concilio Meldenſi ſub Carolo Calvo, & in aliis.

TITULUS V.

DE ECCLESIIS ET ECCLESIASTICIS HOMINIBUS.

CAP. I.

De eccleſiarum ſervorumque Dei oppreſſionibus, & de aliis ſceleribus nefandis ob quæ regna perculſa ſunt, ut penitus evacuantur.

Lib. 7. c. 105. PRohibemus omnino ſub pœna facrilegii generaliter omnibus, cunctarum eccleſiarum rerum invaſionem, vaſtationes, alienationes, ſacerdotumque & reliquorum ſervorum Dei oppreſſiones, vexationes, aquæ cunctorum generum injurias, nec non & cunctis urriuſque ſexus hominibus adulteria, fornicationes, ſodomiticaſque luxurias, atque inceſta, vel cuncta illicita conjugia, homicidia injuſta, perjuria, falſa teſtimonia, & cuncta illicita, pro quibus non ſolum regna vel.reges, ſed etiam homines in eis commanentes perire cognovimus. Sed quia Deo auxiliante per merita & interceſſionem ſanctorum ſervorumque Dei, quos ſublimare & honorare ſuravimus atque curamus, hactenus non ſolum noſtri regna & ſeditiones acquiſivimus, & victorias multas habuimus, deinceps ſummopere eadem providendum eſt, ne pro prædictis illicitis & ingeſtibus luxuriæ ſuis, quod abſit, careamus. Nam multas regiones, quæ rerum eccleſiarum invaſiones, vaſtationes, alienationes, vexationeſque, & ſacerdotum reliquumque ſervorum Dei oppreſſiones, vel quaſcunque injurias, quæ jam dicta illicita, & adulteria, vel fodomiticam luxuriam, vel commixtionem meretricum feſtare horum, nec in bello æculari forte, nec in fide ſtabiles perſtiterunt. Et qualiter dominus talium criminum patratoribus ſuiſtitit, ſive in bello per hereticos, & alios populos, venire & ſævire permiſit, cuncta ea rum geſta legentibus liquet. Et niſi nos ab his caveamus, ſimilia nobis ſupervenire non dubitamus, quia videre eſt. Quia his hominibus, Quapropter ſciat unuſquiſque nobis ſubjectus, qui in uno ex his repertus atque convictus fuerit, & honores ſi habet omnes perdere, & in exterrem ſi uſque ad mortem emendationem, atque per publices ponitentiæ ſatisfactionem retrudi, & ab omnium fidelium conſortio fieri alienum. Valde enim cavenda eſt illa foveа, in quam alios cecidiſſe cognovimus.

CAP. II.

EPISTOLA

CAROLI IMPERATORIS

AD PIPPINUM FILIUM REGEM ITALIÆ.

De pace eccleſiarum Dei, & illis ſervientium.

Carolus ſereniſſimus Auguſtus a Deo coronatus, magnus, pacificus imperator, Romanorum gubernans imperium, ac per miſericordiam Dei rex Francorum & Langobardorum, dilectiſſimo filio noſtro Pippino gloriſa regi ſimpiternam in domino ſalutem.

Lib. 5. cap. 6. clemati notus.

PErvenit ad aures noſtras, quod aliqui duces, & eorum juniores, caſtaldii, vicarii, centenarii, ſeu reliqui miniſteriales, falconarii, venatores, & ceteri per ſingula territoria habitantes vel diſcurrentes, manſionatores & paraveda accipiant, non ſolum ſuper liberos homines, ſed etiam in eccleſias Dei, monaſteria videlicet virorum ac puellarum, & xenodochia, atque diverſas plebes, & ſuper reliquos ſervientes eccleſiarum Dei, in eorum opera, id eſt in vineis, & campis, ſeu pratis, nec non & in eorum adſtitiis illos faciant operari, & carnaticos, & vinum contra omnem juſtitiam ab eis exigere non ceſſant, & multas oppreſſiones patiantur ipſæ eccleſiæ Dei, vel ſervientes earum. Ideoque, carriſſime fili, has litteras ad tuam dilectionem diximus, ut hanc cauſſam diligenter ac prudenter inquirere facias, & ſi veritas eſt quod ita fa-cimus illi, deinceps omnimodis emendare & corrigere ſtudeas: quatenus in diebus noſtris ac tuis pax eccleſiarum Dei, ſive illarum ſervientium, in omnibus conſervetur, & ut merces copioſa nobis ac tibi exinde jugiter accreſcat. Audivimus etiam, quod ſpeculatores capitula quæ in lege ſcribi juſſimus, per aliqua loca aliqui ex noſtris ac reſtris dicant, quod nos nequaquam illis hanc cauſſam ad notitiam per noſmetipſos conditam habeamus: & ideo nolunt eis obedire, nec conſentire, neque pro lege tenere. Tu autem noſti, quomodo vel qualiter tecum locuti fuimus de ipſis capitulis. Et ideo admonemus tuam amabilem dilectionem, ut per univerſum regnum tibi a Deo commiſſum ea nota faciat, & obedire atque

que implere præcipiat. De epiſcopis & ſacerdo- A tibus occiſis, ſicut ſtatutum habemus, & de reliquis quibuslibet cauſſis. Venantiamen de presbyteris videtur nobis, ut ſi liber natus eſt presbyter, tripla compoſitione ſecundum tuam legem fiat compoſitus: & ſi plagatus fuerit, ſecundum qualitatem plagarum vel diſciplinæ tripla compoſitione componatur qui hoc perpetraverit. Sitamen presbyter ſervus natus fuerit, ſecundum illius nativitatem tripla compoſitione ſolvatur in plagis & cauſſis. Et de diaconibus ſimiliter fiat. His expletis bene vale ſemper in domino, fili dilectiſſime.

CAP. III.

Qualiter ex fallis aut manſis, vel quarris, manſipera & reliqua ſervitia exigantur vel ejiantur.

Lib. 6. c. 111. PRo nimia reclamatione quæ ad nos venit de hominibus eccleſiaſticis, ſeu ſiſcalinis, qui non erant adjumati, quando in Cenomannico fuimus, viſum eſt nobis una cum conſultu fidelium noſtrorum ſtatuere, ut quicumque de prædictis hominibus quartam facti renes, cum ſuis animalibus ſeniori ſuo pleniter unum diem cum ſuo ſtatro in campo dominico aret; & poſtea nullum ſervitium & manuale in ipſa hebdomada a ſeniore ſuo requiratur. Et qui tanta animalia non habet, ut in uno die hoc expleve valeat, perficiat prædictum opus in duobus diebus. Et qui ſolummodo ita invalida, ut per ſe non poſſit arare, quatuor animalia habet, cum eis ſocietatis ſibi-ilia aret uno die in campo ſenioris, & uno die poſtmodum in ipſa hebdomada opera manuum faciat. Qui nihil ex his facere poteſt, neque animalia habet, per tres dies ſeniori ſuo a mane uſque ad veſperam operetur, & ſenior ſuus ei amplius non requirat. Diverſis namque modis hæc agebantur; a quibuſdam tota hebdomada operabatur, a quibuſdam ſemidia, & a quibuſdam duobus diebus. Idcirco hæc ſtatuimus, ut nec familia ſe a prædictis operibus ſubtrahere poſſit, neque a ſeniori-bus amplius eis requiratur. Et qui minus quarte optimum de terra habet, ſecundum æſtimationem ſuæ cellurii opera faciat.

Hæc ab Adalardo comite palatii noſtri ad eorum ſatisfactionem una cum aliis fidelibus noſtris præcipi noſtra vice & publice annuntiari juſſimus.

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

a Caroli magni falſella capitula.] Non eſt hæc verus *edictus*, ſed noſtra. Seligimus ergo, atque in unum *compoſuimus*, quæ de præſens ſimilia a Carolo magno conſtituta ſparſim apud Benedictum Levitam, & alios diſſita leguntur. Et quia hæc a Carolo patrum adhuc regi, patrum jam imperatore decreta conſtabant, nec idem temporis erat omnium, ac ſingulorum hæc incertum, huic potius ejus nomini, qui ejus imperii nutibus præceſſit, affiguanda conſuimus.

DE SYNODIS SEU CONVENTIBUS PUBLICIS A CAROLO MAGNO POST ADEPTUM imperium celebratis, & de capitularibus quæ in iiſdem edita feruntur.

Difficile eſt in re obſcura dicere: ſed lucem nobis ſimulæ venit codex Mentenſis, qui unus omnium, quos vidimus, plura ceteris Caroli Auguſti capitularia continet, eademque per ſingulos imperii ejus annos digeſta ſuis ex-itum locis aſſignat; nil quod loci notam in quibuſdam non habet, primumque capitulare, quod ad Italiam penitus ſpectat, penitus omittit. Hoc igitur excepto, reliqua in hunc modum exprimemus.

Concil. General. Tom. IX.

CAPITULA CAROLI AUGUSTI PER ANNOS imperii digeſta.

Anno I. Rom. Capitula *a* ad Longobardorum legem adjecta.

Anno II. *Sine loco.* Capitula miſſis dominicis data.

Anno III. Aquiſgrani. Capitula quæ in lege Salica addi juſſit. Item, De lege Ripuariense & alia diverſa.

Anno IV. Ad Salz. Capitula VIII. Item, Admonitio ad presbyteros.

Anno V. Ad Theodonis villam. Capitula in-tra eccleſiam XVI. Ad omnes generaliter XXIII.

Anno VI. Ad Niumaga, infra quadrageſimam. Capitula XVIII.

Anno VII. In Aquis palatio. Capitula VII. *Memoratorium*, &c.

Anno VIII. In Aquis palatio. Capitulare triplex.

Anno IX. in Aquis palatio. Capitula XXVII. *De eccleſiis non bene*, &c.

Anno X. in Aquis palatio. Capitula XVIII. *De clamatoribus*, &c.

Anno XI. *Sine loco*. Capitularia duo interrogationis. Item capitula VII. Cur exercitus deſeratur.

Anno XII. Bononiæ in litore maris. Capitula XI. *Quicumque liber*, &c. Capitula XVIII. *Pro juſticiis faciendis*.

Anno XIII. Aquiſgrani. Capitula XXVIII. *Ut unuſquiſque archiepiſcopus*.

Horum partem habet edito Bavarica conſtitutionum Carolo magno, ſed nullo digeſtum ordine, multoque paſſim mendis depravatum, quibus cætuis optimus codex ſancti Vincentii Mentenſis quo paſſimum eſt ſummus. Et his proxo capitularibus illa dumtaxat, quæ nunc ſunt excitſandis, *integra ſubjectimus*: ex reliquis quæ mixta erant, ea ſolum a nobis excerpta ſunt, quæ ad eccleſiam vila pertinere.

CAROLI MAGNI IMPERATORIS

CAPITULA ECCLESIASTICA.

Excerpta ex variis capitularibus per diverſos ejus imperii annos & loca conſtitutis.

I.

De epiſcopis & aliis ſacerdotibus. En capitulis, quæ miſſis anno II. data ſunt, cap. 2.

DE epiſcopis & reliquis ſacerdotibus, ſi fecundum canonicam inſtitutionem vivant, & ſi canones bene intelligant & adimpleant.

II.

De abbatibus. Ex iiſdem cap. 1.

De abbatibus, utrum ſecundum regulam & canonice vivant: & ſi regulam aut canones bene intelligant.

III.

De monaſteriis virorum. Ex iiſdem cap. 4.

De monaſteriis virorum ubi monachi ſunt, ſi ſecundum regulam vivant, ubi promiſſa eſt.

De monaſteriis puellarum. Ex iiſdem cap. 5.

De monaſteriis puellarum, utrum ſecundum regulam an canonice vivant, & de clauſtris earum.

V.

De nonis & decimis, & de caſtitia eccleſiarum: Ex iiſdem capite 19.

De decimis & nonis, atque cæſtitia eccleſiarum Dei, ut omnes dare & omnimodæ ſtudeant.

VI.

De concordia epiſcoporum atque abbatum, & comitum ſeu voſſorum dominatorum & de juſtitia. Ex iiſdem cap. 20.

Ut diligenter inquirant inter epiſcopos, abbates, ſive comites, vel abbatiſſas atque vaſſos noſtros, qualem concordiam & amicitiam adinvicem habeant per ſingulas miniſteria, aut ſi aliqua diſcordia inter ipſos eſſe viderint, & omnem veritatem in eorum ſacramento nobis exinde renuntiare non negligant. Inſuper totum undecumque neceſſe fuerit, tam de juſtitiis noſtris, quam & pro juſtitiis eccleſiarum Dei, viduarum, orphanorum, pupillorum, & ceterorum hominum inquirant & perficiant, & quodcunque ad emendandum invenerint, emendare ſtudeant, inquantum melius poterunt, & quod per ſe emendare non potuerint, in præſentiam noſtram adduci faciant.

VII.

De homicidiis clericorum. Ex capitulis anno III. ad legem Salicam additis cap. 1.

Lib.3.c.13. Qui ſubdiaconum occiderit, CCC. ſolidos componat: qui diaconum, CCCC. qui preſbyterum, DC. qui epiſcopum, DCCC. qui monachum, CCCC. ſolidos culpabilis judicetur.

VIII.

De cuſtodia ad eccleſiam. Ex iiſdem cap. 3.

Lib.1.c.140. Si quis ad eccleſiam confugium fecerit, in atrio ipſius eccleſiæ parem habeat, nec ſit ei neceſſe eccleſiam ingredi: & nullus eum inde per vim abſtrahere præſumat, ſed liceat ei conferri quod fecit, & inde per manus bonorum hominum ad diſcuſſionem in publicum perducatur.

IX.

De his qui ad caſtam Dei res ſuas tradere voluerunt. Ex iiſdem cap. 6.

Lib.1.c.141. Qui res ſuas pro anima ſua ad caſam Dei tradere voluerit, domi traditionem faciat coram teſtibus legitimis, & quæ hæreditas in hoſte facta ſunt traditiones, de quibus nulla eſt queſtio, ſtabiles permaneant. Si vero aliquis alii res ſuas tradiderit, & in hoſtem profectus fuerit, & ille cui res tradite ſunt interim mortuus fuerit, qui res ſuas tradidit, & cum reverſus fuerit, adhibitis teſtibus, coram quibus traditio facta eſt, res ſuas recipiat. Si autem & ipſe mortuus fuerit, heredes ejus legitimi res traditas recipiant.

X.

De eccleſiis emendandis. Ex aliis capitulis eodem anno III. datis. De cauſſis admonendis cap.

Append. 1. cap. 18. De eccleſiis emendandis, ut ubi uno in loco plures fuerint quam neceſſe ſit, deſtruantur quæ neceſſariæ non ſunt, & alibi conſtruantur.

XI.

De ordinatione preſbyterorum. Ex iiſdem cap. 2.

Lib.1.c.141. Ut preſbyteri non ordinentur priuſquam examinentur & ut excommunicatio paſſim, & ſine cauſſa non fiat.

XII.

De conſenſione filiorum hominis. Ex iiſdem cap. 11.

Lib.1.c.143. Ut liber homo quilibet in monaſterio regulari conſtituto, vel puellæ, & res ſua ibidem delegaverit, impoſſibilem ſeſtam conſenſum regulam ſuſcipere.

XIII.

Ut omne ſacramentum in eccleſia fiat. Ex aliis eodem anno III. datis. De his quæ ſuperius ſcripta ſunt.

Omne ſacramentum in eccleſia, aut ſupra reli- Lib.1.c.139. quias, juretur, & quod in eccleſia jurandum eſt, vel cum vi. eccleſiis, vel, ſi nec hæc eſſe debent, qualem potuerit invenire, & ſic juret. Sic illum Deus adjuvet, & illi ſancti, quorum iſtæ reliquiæ ſunt, ut veritatem dicat.

XIV.

De iis qui ad uſus illiciros ſanctum chriſma dant vel accipiunt. Ex aliis eodem anno III. additis.

De nuper auditis & compertis c. 1.

De clericis & laicis qui chriſma ad aliquam miſticatem dant & accipiunt: ſi quis preſbyter aut diaconus dare aut accipere præſumpſerit, gradum amittat: ceteri clerici, & nonnanes, diſciplinam corporalem, & ceteris cuſtodiam ſuſtineant; laici qui acceperint, aut alicui dederint, manum perdant.

XV.

De oratoriis conſerratis. Ex iiſdem cap. 10.

Ut qui oratorium conſecratum habet, vel habere voluerit, per copiſſum epiſcopi de ſuis propriis rebus ibidem largiatur: & propterea illi vici canonici non ſint neglecti.

XVI.

De fame, clade, & peſtilentia, ſi evenerit. Ex capitulis ad Theotonem villam anno V. datis ad omnes, cap. 4.

De hoc quod ſi evenerit fames, clades, aut Lib.1.c.138. inæqualitas aeris, vel alia quecumque tribulatio, ut non expectetur edictum noſtrum, ſed ſtatim Dei miſericordia deprecetur in loco. Et in præſenti anno de famis inopia, ut ſuos quiſque adjuvet, & ſuam non nimis annonam care vendat; & ſe famis imperium noſtrum vendatur aliquid alimoniæ.

XVII.

De liberis hominibus qui ad monaſteria converti voluerint. Ex iiſdem cap. 16.

De liberis hominibus qui ad ſervitium Dei ſe Lib.1.c.135. tradere volunt, ut prius hoc non faciant, quam a nobis licentiam poſtulent. Hoc ideo, quia audivimus aliquos illis non bene cauſſa devotionis, quam exercitum, ſeu aliam funcționem regalem fugiendo, quoſdam vero cupiditatis cauſſa ab hir qui res illorum concupiſcunt circumventos audivimus. Et hoc ideo fieri non debeat.

XVIII. Lib.1.c.137.

De eccleſiis, ſive ſanctis moviter inventis. Ex iiſdem cap. 18.

De eccleſiis, ſeu ſanctis moviter ſine auctoritate inventis, niſi epiſcopo probante, minime ve- cap.18. nerentur: ſalva etiam & de hoc & de omnibus eccleſiis canonica auctoritate.

XIX.

De miſſis qui per civitates & monaſteria mittuntur. Ex capitulis anno VI. ad Niumagam editis cap. 3.

Lib.1.c.134. Ut prædicti miſſi per ſingulas civitates & monaſteria virorum & puellarum, præcipue quomodo aut qualiter in domibus eccleſiarum & ornamentis eccleſiæ emendatæ vel reſtauratæ eſſe videntur & diligenter inquirant de converſatione ſingulorum, vel quomodo emendatum habeant quod juſſimus de eorum lectione & cantu ceteriſque diſciplinis eccleſiæ pertinentibus.

XX.

De theſaurariis eccleſiaſticis. Ex iiſdem cap. 4.

Ut ſinguli epiſcopi, abbates, ſeu abbatiſſæ, di- Lib.1.c.133. ligenter conſideretur theſauros eccleſiaſticos, ne propter peſtilium aut negligentiam cuſtodum aliquid de gemmis aut de vaſis, reliquo quoque theſauro perditum ſit; quia dictum eſt nobis, quod negotiatores Judæi, nec non & alii gloq

viantur, quod quidquid eis placet poſſint ab eis emere.

XXI.

De mercatis, ut die dominico non ſtant. Ex capitulis anno IX. datis in Aquenſi palatio cap. 18.

De mercatis, ut die dominico non agantur, ſed in diebus quibus homines ad opus dominorum ſuorum debent operari.

XXII.

Quod judicio Dei credendum ſit. Ex iiſdem cap. 19.

Ut omnes judicio Dei credant abſque ulla dubitatione.

XXIII.

Si preſbyter ſanctum chriſma dederit ad judicium ſubvertendum. Ex iiſdem cap. 21.

Si preſbyter chriſma dederit, ab epiſcopo degradetur, & poſtmodum a judice manum perdat, ſi propter judicium fabvertendum hoc fecerit.

XXIV.

De admoniſione ſacerdotum. Ex capitulis anno X. Aquis palatio datis cap. 4.

Lib.1.c.165. Ut ſacerdotes admoneant populum, ut eleemoſynas dent, & orationes faciant propter diverſas plagas, quas affidue pro peccatis patimur.

XXV.

De prædicatione ad plebem. Ex iiſdem cap. 5.

Lib.1.c.165. Ut ipſi ſacerdotes, unuſquiſque ſecundum ordinem ſuum, prædicare, & docere ſtudeat plebem ſibi commiſſam.

XXVI.

De ebrietate. Ex iiſdem cap. 6.

De ebrietate, ut primum omnium ſeniores ſemetipſos exinde vetent, & rorum junioribus exemplum bonæ ſobrietatis offendant.

XXVII.

De admoniione ad omnes. Ex iiſdem cap. 7.

Admonendi ſunt omnes generaliter ſecundum evangelium auctoritatem, ut ſic beceant opera veſtra coram hominibut, ut glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt.

XXVIII.

De eleemoſyna mittenda Hieroſolymam. Ex iiſdem cap. 17.

Append. 1. cap. 11. De eleemoſyna mittenda ad Jeruſalem propter eccleſias Dei reſtaurandas.

XXIX.

Ut malignis nemo conſentiat. Ex iiſdem cap. 18.

Ibid. c. 12. Ut nullus hominibus malignis conſentiat, ſed magis in quantum poteſt reſiſtat, ut pauperes, orphani, viduæ & eccleſiæ Dei pacem habeant.

XXX.

Ut non niſi permiſſione regali brunia, vel gladius homini extraneo a quolibet detur aut vendatur. Ex capitulis anno XII. Bononiæ datis c. 10.

Lib.3.c.93. Conſtitutum eſt, ut neque epiſcopus, neque abbates, aut abbatiſſæ, vel quilibet rector eccleſiæ, bruniam vel gladium, ſine noſtro permiſſu, cuilibet homini extraneo, aut dare, aut venumdare præſumat, niſi tantum vaſſalis ſuis. Et ſi evenerit, ut in qualibet eccleſia, vel ſancto loco, plures brunias habeant quam ad homines rectoris ejuſdem eccleſiæ ſufficiant, tunc precipem idem rector eccleſiæ interroget quid de his fieri præcipiat.

XXXI.

De epiſcopis, abbatibus, comitibus, & potentioribus, ſi exemplum inter ſe habuerint. Ex aliis eodem anno XII. pro juſtitiis faciendis cap. 2.

Lib.3.c.97. Ut epiſcopi, abbates, comites, & potentiores *Conſil. Generat.* Tom. IX.

A quique, ſi cauſſam inter ſe habuerint, ac ſe pacificare nolluerint, ad noſtram jubeantur venire præſentiam, neque illorum contentio aliquibi firmatur. Neque propter hoc pauperes & minus potentium ſuſtitiæ remaneant, neque comes palatii noſtri recentiores cauſſas ſine noſtra juſſione finire præſumat, ſed tantum ad pauperum & minus potentium juſtitias faciendas ibi ſtet eſſe vacandum.

XXXII.

Curanda epiſcopis in viſitatione parochiæ. Ex capitulis, ex lege Salica, Romana, & † Gombata cap. 1.

Ut epiſcopi circumeant parochias ſibi commiſſas, & ibi inquirendum habeant de inceſtu, de patricidiis, fratricidiis, adulteriis, ceſtu, de nodoxitis, & aliis malis que contraria ſunt Deo, quæ in ſacris ſcripturis leguntur, quod ex Chriſtiani devitare debeant. Et in ſtra illorum parochias & eccleſias, quibus neceſſe eſt, emendandi curam habeant. Similiter tam noſtras a nobis in beneficio datas, quam & alienas, ubi reliquiæ preſentes ſe videntur. Et ut monachi per verbum epiſcopi, & per regimen abbatis, & per bona illorum exempla regulariter vivant, prout lora locata ſunt. Et ut presbyteri, & hi qui ſeros monaſteros ſunt, ne venatores habeant: quia jam frequenter juſſimus ne monachi foras monaſterium habitaſſent.

XXXIII.

Ut eccleſiæ pacem habeant. Ex iiſdem cap. 2.

Ut eccleſiæ, viduæ, & pupilli, per bannum regis pacem habeant. Sin aliter, in præſentia noſtra hoc venist ſi fieri poteſt. Sin autem, miſſi noſtri inveſtigent illud, quomodo geſtum ſit, & nobis renuntient.

XXXIV.

De advocatis epiſcoporum & abbatum. Ex iiſdem cap. 14.

Ut epiſcopi & abbates advocatos habeant, & ipſi habeant in illo comitatu propriam hereditatem, & ut ipſi recti & boni ſint, & habeant voluntatem recte & juſte cauſſas perficere.

CAPITULARE EPISCOPORUM. Adito Ann. vii. dedit retroact. De his vide quæ ſupra annotavimus

HÆC SUNT CAPITULA EX DIVINARUM ſcripturarum ſcriptis, quæ electi ſacerdotes cuſtodienda atque adimplenda conſuerunt.

I.

Ut aſſidue orent pro domno imperatore.

UT cuncti ſacerdotes preteibus aſſiduis pro vita & imperio domni imperatoris & filiorum ac filiarum ſuæ orent.

II.

Ut orent pro epiſcopo ſuo.

Ut unuſquiſque ſacerdos quotidianis aſſiſtat orationibus pro pontifice, cujus gubernator regimine.

III.

De cura eccleſiæ & ſacrarum reliquiarum.

Ut unuſquiſque ſacerdos eccleſiam ſuam cum omni diligentia edifices & reliquias ſanctorum cum ſummo ſtudio vigiliarum nocti & divinis officiis conſervet.

IV.

Ut evangelium Chriſti populo prædicet.

Ut omnibus ſeſtis & diebus dominicis unuſquiſque ſacerdos evangelium Chriſti populo prædicet.

V.

Quanam populo præsipue insistenda sint.

Ut unusquisque sacerdos orationem dominicam & symbolum populo sibi commisso curiose instruet, ac totius religionis studium, & Christianitatis cultum eorum mentibus ostendat.

VI.

De decimis a populo dandis.

Ut unusquisque sacerdos cunctos sibi pertinentes erudiat, ut sciant quanos fines a laicis inter pellatione tenentur, jure perpetuo possideat. Si vero inde ereptionem fuerit, aut diligens inquisitio: & si eum qui repetit juste quærere patuerit, adhibitis veracibus & nobilibus testibus quod repetit confirmando vindicet.

VII.

Quomodo dividenda sint decimæ.

Ut & ipsi sacerdotes populi suscipiant decimas, & nominatim eorum quicumque dederint scripta habeant, & secundum auctoritatem canonicam eorum tertiam partem dividant, & ad ornamentum ecclesiæ primam eligant partem: secundam autem ad usum pauperum, vel peregrinorum, per eorum manus misericorditer cum omni humilitate dispensent: tertiam vero partem sibimetipsis sosi sacerdotes reserventur.

VIII.

Ut officia divina competentibus horis non prætermittantur.

Ut omnes sacerdotes horis competentibus diei & noctis suarum fonent signa ecclesiarum, & sacrata Deo celebrent officia, & populos erudiant, quomodo aut quibus Deus adorandus est horis,

IX.

Ut missas extra ecclesiam non celebrent.

Ut nullus sacerdos in domibus, vel in aliis locis, nisi in ecclesiis dedicatis, celebrare missas audeat.

X.

Ut comptus baptismi tempora serventur.

Ut a cunctis sacerdotibus jux & tempus baptismatis temporibus congruis secundum canonicam institutionem cautissime obseretur,

XI.

Ut infirmi quibus tempore baptizentur.

Ut omnes sacerdotes unusquisque horis omnibus indigentibus baptismum infirmitatis causa diligentissime tribuant.

XII.

Ut pro baptismo & aliis spiritalibus pretium non exigant.

Ut nullus presbyter facium officium, sive baptismatis sacramentum, aut aliquid donorum spiritalium, pro aliquo pretio vendere præsumat, ne vendentes & ementes in templo columbas imitentur: ut pro his qui adepti sunt gratiam divinam non pretia concupiscant terrena, sed potius regni cælestis gloriam proæreentur accipere.

XIII.

Ut in qua ordinatus fuit ecclesia permaneat.

Ut nullus presbyter a sede propria sanctæ ecclesiæ, sub cujus titulo ordinatus fuit, ambitionis causa ad alienam pergat ecclesiam, sed in eadem devotus usque ad vitæ permaneat exitum,

XIV.

Ut clericatum, si fieri in aliis careant.

Ut nullus ex laicorum numero clericatui vitium nutriat, nec alios sogat per suam jussionem inebriari.

XV.

Ut cum extraneis mulieribus non habitent.

Ut nullus sacerdos extraneam mulierem habeat in domibus habitantem, nec in sua domo, in qua habitat, ullam mulierem unquam permittat habitare.

XVI.

Ut fidejussores non sint, & sacularia judicia non audeant.

Nulli sacerdotum liceat fidejussorem esse, neque derelicta propria lege ad sæcularia judicia audeat accedere.

XVII.

De possessione XXX. annorum.

Ut qui possessionem ecclesiæ, vel parochiam, per 30 annorum spatium absque interpellatione tenuerit, jure perpetuo possideat. Si vero inde ereptionem fuerit, aut diligens inquisitio: & si eum qui repetit juste quærere patuerit, adhibitis veracibus & nobilibus testibus quod repetit confirmando vindicet.

XVIII.

Ut arma non gerant, nec lites moveant.

Nemo ex sacerdotum numero arma pugnantium unquam portet, nec litem contra proximum ullam excitet.

XIX.

Ut tabernas non ingrediantur.

Ut nullus presbyterorum edendi aut bibendi caussa ingrediatur tabernas.

XX.

Ut a juramento abstineant.

Ut nullus sacerdos quidquam cum juramento jurec, sed simpliciter cum puritate & veritate omnia dicat.

XXI.

Ut pœnitentiam confitentibus, & vitiorum infirmis tribuant.

Ut cunctis sacerdotes omnibus, illis confitentibus eorum crimina, dignam pœnitentiam cum summa vigilatia ipsa indicent: & omnibus infirmis ante exitum vitæ viaticum & communionem corporis Christi misericorditer tribuant.

XXII.

De nullius infirmorum.

Ut secundum definitionem sanctorum patrum, si quis infirmatur, a sacerdotibus oleo sanctificato cum orationibus diligenter ungatur.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

* * * Hoc loco in mſ. Palatino Bibl. Vatic. subjunguntur alia diversa capitula non edita a pag. 13. ad pag. 18. Principium: *In primis de Antrilionensi Sco. Fixas: successionem fecerunt.* Sed pag. 16. post capitulum XIX. ita notatur: *Hæc fuit decretum ad Aquis in verris anno imperii domni Caroli Augusti, quando synodus ibi magna fuit.* Quod ad capitula ibidem sequentia pertinet exillonabat V. C. Lucas Holstenius : iis enim finitis subjungitur: *In quarto ad Isaiæ &c.* ut paulo post occurret. De his vero omnibus si ita visum fuerit plura dicemus in poris.

CAPITULA EXCERPTA DE CANONE.

UT per singulos annos synodus bis fiat. II. Quibus ad sacerdotium vel sacros ordines, secundum quod in canone legimus, venire non potest.

III. Ut nequoquam inter duos metropolitanos provincia dividatur.

IV. Ne in una civitate duo sint episcopi, & de vicinitis eorum.

V. Quod non oporteat ordinationes episcoporum diu differre.

VI. De ordinatis episcopis, nec receptis.

VII. Quod non oporteat absolute quoslibet ordinare.

VIII. De servo, si ingeniente domino suo fuerit ordinatus.

IX. Quod non liceat clericum in duabus civitatibus ministrare, nec abbates plurima monasteria aut cellas habere.

X. Ne de uno loco ad alium transeat episcopus sine decreto episcoporum, velut clericus sine jussione episcopi sui.

XI. De peregrinis episcopis & clericis.

XII. De litteris peregrinorum, & clericis sine litteris ambulantibus.

XIII. Qualis, vel pro qualibus culpis quis secundum canonicam institutionem degradetur de officio sacerdotali.

XIV. De expulso ab ecclesia, & excommunicatione vel damnato ab officio.

XV. De ordine ecclesiastico, & officio militiæ, & reliquiis sanctorum, & oratoriis villaribus.

XVI. De altaribus non consecrandis nisi lapideis.

XVII. De confirmatione cum chrismate.

XVIII. De baptismo.

XIX. De pascha & die dominico, & reliquis festivitatibus.

XX. De jejuniis & quadragesima, vel litaniis.

XXI. Ut festivitates præclaræ non nisi in civitatibus aut in viis publicis teneantur.

XXII. De ordine officio.

XXIII. Ut omnes fideles communicent, & ad missas expectent finalem deprecationem.

De presbyteris, diaconibus, & reliquis ex clero, ex decretis & canone sancti Silvestri, & XXXIV. episcoporum.

Ferit hos gradus in gremio synodi, ut non presbyter adversus episcopum, non diaconus adversus presbyterum, non subdiaconus adversus diaconum, non acolytus adversus subdiaconum, non exorcista adversus acolytum, non lector adversum exorcistam, nec ostiarios adversus lectorem det accusationem aliquam. Et non dannabitur præsul sine LXXII. testibus: neque præsul summus a quoquam judicabitur, quoniam scriptum est: *Non est discipulus super magistrum.* Presbyter autem nisi in XLIV. testimoniis non damnabitur: diaconus autem in cardine constitutus urbis Romæ nisi XXVII. testibus non condemnabitur. subdiaconus, acolytus, exorcista, lector nisi sint scriptum est in VII. testimoniis filius habentibus & suorum, & omnino Christum prædicantibus. Sic datur mystica veritas.

ANNO CHRISTI 804.

CAROLI MAGNI IMPERATORIS CAPITULARE " QUARTO IMPERII ANNO DATUM AD SALZ.

I.

De ordinatione ecclesiarum.

A spicio mala, vel a quibus nulla opinio mala oriatur. Foris vero peculium vel res monasteriis fua abbas cum episcopi sui licentia & consilio ordinet qui præsideat, non monachum, nisi alium fidelem. Quæcumque vero facularem vel concupiscentiam mundanarum rerum omnibus modis devitent: quia avaritia vel concupiscentia hujus mundi omnibus est evitanda Christianis, maxime tamen his qui mundo & concupiscentiis abrenantisse videntur. Lites & contentiones nequaquam neque infra neque foris monasterio movere præsumant. Qui autem præsumpserint, graviffima disciplina regulari coripiantur, ut taliter ceteri metum habeant talia perpetrandi. Ebrietatem & comeffationem omnino fugiant, B quia inde libidinis maxime pullulant, omnibus notum eft. Nam pervenit ad aures noftras opio perniciosiffima, in fornicatione & abominatione & immunditia multos jam in monasteriis esse deprehensos, maxime conjurationes & contrarbat, quod sine horrore magno dici non poteft, ut inde maximam ipsi falutis omnibus Christianis oriri crederent, ideft de vita & exftirpate monachorum, in tantum ut aliquos ex monachis ſodomitas esse audirum. Unde etiam rogamus & contestamur ut certissime amplius ex his diebus omni studio fugiant, ex his malis conscrvare deant, ut nunquam amplius tale quid ad noftras aures perveniat. Et hoc omnibus notum ſit, quia nullatenus injuſta mala in nullo loco amplius in toto noſtro conſentiendo permanent, quanto minus inter eos quos caſtitatis & sanctimoniæ emendatioris esſe cupimus. Certe amplius quid tale ad aures noſtras pervenerit, non ſolum in eos, ſed etiam & in ceteros, qui talia conſentiunt, talem ultionem facimus, ut nullus Chriſtianus, qui hoc audierit, nullatenus talle quid perpetrare amplius præſumpſerit.

XVIII.

Ut monasteria puellarum firmiter observata sint.

Monaſteria puellarum firmiter obſervata ſint, & nequaquam vagare ſinantur, ſed cum omni diligentia conſervantur, neque litigationes vel contentiones inter ſe movere præſumant, neque in nullo magiſtris & abbatiſſis inobedientes vel contrariæ fieri audeant. Ubi autem regulares ſunt, optimo jeruſalem regulam obſervent. Non fornicatione deditæ, non ebrietati, non cupiditati ſervientes, ſed omnimodis ſuſte & ſobrie vivant. Et ut in clauſtris vel monaſteriis earum vir nullus intret, ſed neque ad miſſam tantum, & ſtatim exeat. Et ut nemo alterius filiam ſuam in congregationem ſanctimonialium recipiat abſque notitia vel conſideratione epiſcopi, ad cujus dioceſim pertinet, locus ille; & ut ipſe diligenter exquirat qualiter in ſancto Dei ſervitio permanere cupiat, & C ſtabiliatem ibidem firmare vel profeſſionem. Ancille autem aliorum hominum vel tales femiom, quæ ſecundum morem converſationis in ſancta congregatione vivere nolunt, omnes pariter de congregatione ejiciantur.

XIX.

Ut episcopi & alii clerici canes ad venandum aut accipores non habeant:

Ut epiſcopi, abbates, presbyteri, diaconi, nullusque ex omni clero canes ad venandum, aut accipores, falcones, ſeu ſparvarios habere præſumant; ſed plenitter ſe unuſquiſque in ordine ſuo canonice vel regulariter cuſtodians. Qui autem præſumpſerit, ſciat unuſquiſque honorem ſuum perdere. Ceteri vero tale exinde

damnom patiantur ut reliqui metum habeant A talia ſibi uſurpare.

ANNO CHRISTI 802.

XX.

Ut abbatiſſæ & ſanctimoniales intra clauſtra ſua maneant, nec egrediantur abſque licentia, & conſilio epiſcopi.

Ut abbatiſſæ una cum ſanctimonialibus ſuis nunquam inter ac diligenter intra clauſtra ſe cuſtodiant, & nullatenus foris clauſtra ire præſumant. Sed abbatiſſæ cum propter aliquas de ſanctimonialibus dirigere, hoc nequaquam abſque licentia & conſilio epiſcopi ſui faciant. Similiter & cum ordinationem aliquam in monaſteriis regere debeant vel aliquas in monaſteriis regendum ſuſcepere, & hoc cum epiſcopi ſui plenitter antea retractent; & quod ſalubrius vel utilius fieri diſponat, epiſcopi ac archiepiſcopo annuntient, & cum ejus conſilio quæ agenda ſunt perficiantur.

XXI.

Ut presbyteri comitum epiſcopis ſuis ſubjecti ſint.

Ut presbyteros ac ceteros canonicos, quos comites ſuis in miniſteriis habent, omnino eos epiſcopis ſuis ſubjectos exhibeant, ut canonica inſtituit; judex & bis epiſcopis ſuis plenitter ſub ſancta diſciplina eos erudire ſint conſentientes, ſicut noſtram gratiam vel ſuos honores habere deſiderant.

XXII.

Ut Canonici plenter vitam canonicam obſervant.

Canonici autem plenitter vitam obſervent canonicam, & in domo epiſcopali vel etiam in monaſterio cum omni diligentia ſecundum canonicam diſciplinam erudiantur. Nequaquam foris vagari ſinantur, ſed ſub omni cuſtodia vivant, non turpii lucri dediti, non fornicarii, non fures, non homicidæ, non raptores, non ſtrigioſi, non bracudi, non elati, non ebrioſi, ſed caſti corde & corpore, humiles, modeſti, ſobrii, manſueti, pacifici, ut filii Dei digni ſint ad ſacros ordines promoveri. Non per vices, neque per villas ad eccleſiam vicini vel terminones ſine epiſcopi vel diſciplina, qui Sarabaiti dicuntur, luxoriando vel fornicando vel etiam cetera iniqua operando quæ conſentiri ab- D ſurdum eſt.

XXIII.

Qualis debeat esse conversatio clericorum qui cum presbyteris degunt.

Presbyteri clericos, quos ſecum habent, ſol-

licite præveideant ut canonice vivant, non inanis jubbus, vel conviviis ſæcularibus, vel cantitiis, vel luxuriofis ullum habeant; ſed caſte & ſobrie vivant.

ANNO CHRISTI 802.

XXIV.

Ne presbyter aut diaconus mulieres in domo ſua habeat.

Si quis autem presbyter aut diaconus poſt hoc in domo ſua ſecum mulieres extra canonicam licentiam habere præſumpſerit, honorem ſimul & hæreditatem priver utiuſque ad noſtram præſentiam.

XXV.

De honore epiſcoporum & presbyterorum. Et de negotiis epiſcopi.

Ut omnes omnino epiſcopos & presbyteros ſuos omni honore ſervitio & voluntate Dei, & B beneficiis nupciis & ſcipſos & ceteros maculare audeant, conjunctionem facere non præſumant antequam epiſcopi presbyteri cum ſeniioribus populi conſanguinitatem conjungentium diligenter exquirant. Et tunc cum honeſtidictione jungantur. Ebrietatem devitent, rapacitatem fugiant, furtum non faciant, lites & contentiones atque blaſphemia ſive in conviviis, ſive in curtibus vitare debeant, ſed cum caritate & concordia vivant.

XLI.

Admonitio de symbolo fidei.

Audite, fratres diſtectiſſimi, pro ſalute veſtra C hunc miſſum ut admoneamus vos quomodo ſecundum Deum juſte & bene vivatis, & hoc ſecundum cum juſtitia & cum miſericordia converſemur. Ammonemus vos in primis ut credatis unum Deum patrem omnipotentem & Filium & Spiritum Sanctum. Hic eſt unus Deus & verus, perfecta Trinitas, & vera unitas. Deus, creator omnium bonorum noſtrorum. Credite filium Dei pro ſalute mundi hominem factum, natum de Spiritu ſancto & virgine Maria. Credite quod pro noſtra ſalute mortem paſſus eſt, & tertia die ſurrexit a mortuis, aſcendit in cœlo, ſedet ad dexteram Dei. Credite eum venturum ad judicandos vivos & mortuos, & tunc reddet unicuique ſecundum opera ſua. Credite unam eccleſiam, id eſt, congregationem bonorum hominum per totum orbem terræ. Et ſcitote quia illi ſoli ſalvi eſſe poterunt, & illi ſoli ad regnum Dei pertinent, qui in illius eccleſiæ fedis & communione & caritate perſeverant.

ANNO CHRISTI 802.

SYNODUS RATISPONENSIS DE COREPISCOPIS.

Ex Pagi ad An. Ch. 803. n. 7.

LAbbeus ſupra pag. 1152. Concilium Ratiſponenſe, cujus mentio lib. 7. Capitularium cap. 187. ad annum circiter 799. refert. Verum ut obſervat Contius hoc an. n. 64. & ſeqq. Carolus anno illo a Bajoaria proceſſ abſuit, ſemeque diocelis illius profectus legitur, hoc ſilicet anno 803. Teſtatur Carolus loco citato cum presbyteros, quam laicos queſtos eſſe de chorepiſcopis, & aſſemalle laicos, quod *ratiam ministrorum vel sacerdotum, ideſt, qui a chorepiſcopis erant quaſi ordinati, officia audire nolentes, nec eorum infantes majores vel minores, aut familiam eorum per manus impoſitionem confignari vel confirmari ufquam vellent, ne magis volunti, quam benedictionem acciperent, &c. Quæpropter Aronomm Concil. General.* Tom. IX.

archiepiſcopum ad Leonem apoſtolicum miſimus, ut inter cetera quæ ſerebat, etiam eum & hoc interrogaret, ut quidquid ſuper iis definiendum eſſet apoſtolica auctoritate, a noſtris epiſcopis regulariter ſopiretur. Pergit Carolus: *Cum eodem Aronne, permittente ſpiritu ſancto, nos locuti ſumus, jam dictos villanos epiſcopos inter presbyteros habuerunt, ita ut nihil amplius de epiſcopali miniſterio præſumerent, nec ipſi ordinem a quoquam ſeperunt, qui gradus ſui periculum minus timet. Decretum namque eſt in illa ſynodo, quam Reginibrus pro eadem, vel pro aliis cauſſis apoſtolica auctoritate præfato præterea habuimus, nihil ex presbyteris a quoquam eorum agere, nec facere voluntibus conſentire &c.* In ſynodo itaque Reginoburgenſi

ANNO CHRISTI 803.

genti tres ſanctiones adverſus chorepiſcopos edi- dit; prima, ut choreepiſcopi de miniſterio epiſcopali nihil præſumerent; altera ut in polle-

A rum choreepiſcopi non fierent; tertia, ut quæ geſta fuerant à choreepiſcopis, habererentur irrita. ℣.

ANNO CHRISTI 803.

CONCILIUM CLOVESHOÆ

ANNO DOMINI DCCCIII. CENULFI REGIS

Menſe VII. ab Athelardo archiepiſcopo Dorobernię, cum duodecim epiſcopis celebratum.

In quo, exuto Lichefeldenſi archiepiſcopo, ſedes Cantuarienſis ex præcepto Leonis papæ III. priſtino ſuo juri reſtituitur.

* eo

ANno dominicæ incarnationis DCCCIII. congregatum eſt ſynodale conciliũm in * quo loco qui dicitur Clovesho. Cui præſidebat Athelardus archiepiſcopus cum duodecim epiſcopis.

Exo. 1. Box ufis ſi- dem Cantuarienſem ſpo. tuit; a Pont. quod fallum eſt. 11.

Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Scimus dilectiſſimi fratres, quod multis in Deum fideliter confidentibus notum & manifeſtum eſt, qui in gentibus Anglorum commorantur, licet in * noſtrum eſt nihil placebile viſum ſit, quod Offa rex Merciorum in diebus Jamberti archiepiſcopi cum maxima fraude, tonatem, unitatem, & fœdus metropoliticanum in Dorobernenſi civitate dividere & ſcindere præſumpſit.

Reſtituitur ei à Gregorio IIII. Ego autem Athelardus archiepiſcopus cum duodecim epiſcopis, ex præcepto domini apoſtolici Leonis papæ, unanimo conſilio totius ſanctæ ſynodi præcipimus in nomine Dei omnipotentis, & omnium ſanctorum illius, & per ejus tremendum judicium, ut nunquam reges, neque epiſcopi, neque principes, neque ullius tyrannicæ poteſtatis homines honorem metropoliticanæ ſedis minuere, vel in aliquantula particula dividere præſumpſerint, ſed per omnia in eo dignitatis honore pleniſſime ſemper permaneat quo in conſtitutione beati Gregorii, & in priviſegiis apoſtolicorum ſuorum ſucceſſorum habetur in Dorobernie civitate, habeatur & cuſtodiatur ubi Chriſti eccleſia eſt, & ubi primum in hac inſula catholica fides ſancuit, & a ſancto Auguſtino ſacrum baptiſmum celebratum eſt, & evangelium Chriſti prædicatum, & inde per gratiam ſancti Spiritus late diffuſum.

Anathema in violato- res. Si quis vero (quod omnino abſit) contra apoſtolica præcepta, & noſtrorum omnium, auſus ſit tunicam Chriſti ſcindere, & unitatem ejus ſanctæ eccleſiæ dividere, ſciat ſe eſſe æternaliter damnandum, niſi ante mortem quod inique contra ſacros canones fecit, eidem eccleſiæ digne ſatisfecerit.

DECRETUM ADELARDI ARCHIEPISCOPI.

De libertate eccleſiarum.

EGo Æthilheardus gratia Dei humilis ſanctæ Dorobernenſis eccleſiæ archiepiſcopus, unanimo conſilio totius ſanctæ ſynodi, congregatiohibus omnium monaſteriorum, quæ olim à fideliſſimo Domino Chriſto perpetuam in libertatem dedita fuerãt, in nomine domini omnipotentis, & per ejus tremendum judicium, præcipio, ſicut & ego mandavi, à domino apoſtolicorum Leone papa percepi, ut nullus deinceps unquam temeB rario auſu ſuper hereditatem domini Iaſcos & ſecuriores ſibi præſumant dominos eligere. Sed ſicut in priviſegiis ab apoſtolica ſede datis habetur, ſeu etiam ut ab apoſtolicis viris in initio ſanctæ eccleſiæ traditum eſt per ſanctos canones, vel etiam à propriis poſſeſſoribus monaſteriorum conſtitutum, & ea regula & obſervantia diſcipline b) p. 1. 2. ſua monaſtica jura ſtudeant obſervare. Si ergo, quod abſit, ipſi hoc noſtrum mandatum, & dominj apoſtolici papæ ſpreverint, & pro nihilo duxerint, ſciant ſe à ſanctæ Dei eccleſiæ communione ſequeſtrator, & in tremendo judicio ante tribunal Chriſti, niſi ante emendare voluerint, rationem reddituros.

Hæc ſunt nomina epiſcoporum ſanctorum & venerabilium abbatum, & presbyterorum, & C diaconorum qui cum totius ſanctæ ſynodi conſenſu pro confirmatione prædictæ rei ſignum ſanctæ crucis Chriſti ſubſcripſerunt.

SUBSCRIPTIONES.

Ego Athelheardus gratia domini archiepiſcopus Dorobernenſis civitatis ſignum ſanctæ crucis ſubſcripſi.

Æthilheah abbas.
Feologeld abbas.
Wulfheard presbyter.
Wernoth presbyter.
Beornmod presbyter.
Wulfred archidiaconus.
Ego Adelhardus Lichefeldenſis eccleſiæ epiſcopus ſignum crucis ſubſcripſi.
Hygberht abbas.
Lulla presbyter.
Monn presbyter.
Wigferth presbyter.
Eadbret presbyter.
Cenhbereht presbyter.
Ego Werenberhtus Legorenſis civitatis epiſcopus ſignum crucis ſubſcripſi.
Ealhmund presbyter abbas.
Beomia presbyter abbas.
Forthred presbyter abbas.
Wigmund presbyter abbas.
E Eadberth presbyter.
Ego Ealdwulf Syddenſis civitatis epiſcopus ſignum ſanctæ crucis ſubſcripſi.
Eadred presbyter abbas.
Dregheim presbyter abbas.
Plegberth presbyter.
Eadwulf presbyter.
Hereberth presbyter.
Ego Danebereht Wegtoarenſis civitatis epiſcopus ſignum crucis ſubſcripſi.

Hyg-

ANNO CHRISTI 803.

Hygberth abbas.
Thineferth abbas.
Pega abbas.
Freothomund abbas presbyter.
Coenferth presbyter.
Ego Wilheard Herefordenſis civitatis epiſcopus ſignum crucis ſubſcripſi.
Cuthred abbas.
Sygol presbyter.
Dygga presbyter.
Monn presbyter.
Heathobald diacones.
Ego Wigberht Scirburnenſis civitatis epiſcopus ſignum crucis ſubſcripſi.
Muda abbas.
Eadberth abbas.
Beorthmund abbas.
Ego Alhmund Wintanæ civitatis epiſcopus ſignum crucis ſubſcripſi.
Cuthberth abbas.
Mannæ abbas.
Cumba abbas.
Lulla abbas.
Nortiheard presbyter.
Ungthe presbyter.
Ego Ealheard Elmhamis eccleſiæ epiſcopus ſignum crucis ſubſcripſi.
Folcberht presbyter.
Frithobert presbyter.
Eadberth presbyter.
Wiffah presbyter.
Hundfrid diaconus.
Ego Fidfrith Damnacæ civitatis epiſcopus ſi-

A gnum crucis ſubſcripſi.
Wilheard abbas.
Lulla abbas.
Ceolhelm presbyter.
Cynulf presbyter.
Tydberth presbyter.
Eadberht .....
Ego Ofmund Lundonenſis civitatis epiſcopus ſignum crucis ſubſcripſi.
Heahſtan abbas.
Plegberht abbas.
Wigheard presbyter.
Tidhun presbyter.
Frithorad presbyter.
Ethelhelm presbyter.
B Ego Wermund Hrofienſis civitatis epiſcopus ſignum crucis ſubſcripſi.
Lullingo presbyter.
Tuda presbyter.
Beagnoth presbyter.
Heathoberht presbyter.
Wigheard presbyter.
Ego Weohthun Seolefegiæ eccleſiæ epiſcopus ſignum crucis ſubſcripſi.
Ceolmund. abbas.
Dudd presbyter.
Eadberht presbyter.
Beorcol presbyter.
Heahfrid.....
Cynebald ....
C Adum eſt celebri loco qui vocatur Cloſerhoos, anno ab incarnatione Chriſti DCCCIII. indictione XI. die IV. Idus Octobris.

ANNO CHRISTI 806.

a CONCILIABULUM CONSTANTINOPOLITANUM I.

ANNO CHRISTI 806.

IN CAUSSA JOSEPHI SACERDOTIS

Cujuſdam, quem Tarſius ſacerdotio amoverat, celebratum anno DCCCVI. tempore Leonis papæ. . .

Cauſſa Concil. * *Conciliabulum.*) De cauſſa hujus Conciliabuli in D vita Theodori Studitæ hæc ſcribuntur: *Joſephum ſequidem illum communis eccleſiæ calculo à Tarſio jure olim ejectum, & manifeſtum ab eo commiſſum crimen* (Theodorus Studita epiſtola ad Joſephum fratrem & archiepiſcopum, cum adulterii impertaviſſet Conſtantini copulatorem nominat) *quod nemini obſcurum eſt: non dubitavit iterum tyrannice & contra canones in eccleſiam revolare, atque ademptum illi ſacerdotium reſtituere.* Et paulo infra: *Patriarcharum vel egregiorum* (Nicephorus is erat Tarſio ſucceſſor) *omnibus enim machinis oppugnans, ut vel invitus votantes qui obſequerentur, & ſacerdotium redderet Joſepho: Quod ille ſane, vi tandem & aspe adductus, præſtitit; veritus, opinor, ne atrocius quidpiam infames ille molireter.* Theodorus epiſtola vigeſimaquinta ad Leonem

Synodus à Theodoro ſtium appellatus. Ecmus.

appellat *ſynodum hæreticorum & adulterantium*, quia epiſcopi in eo congregati adulterium Conſtantini cum Theodore comprobaverant, & Joſephum adulterii copulatorem amplexi fuerant. *Cum enim*, inquit epiſtola vigeſimaquinta, *ſaltim eſt convenisse ille pronos, & noſce qui nomine appellem, ex carcere petid tempus redierunt. Cumque viderem vos eſſe congregatos, qui adulterium ante ſuſcepisse, & adulterii copulatorem amplexi fuerant, venit mihi in mentem illius dicti prophetici: Sapiens in illo tempore ſilebit, ignonim tempus malum eſt, &c.* Hoc tempore adulteranti ſynodum habitam fuiſſe, indicat epiſtola vigeſima quinta, quam poſt hanc ſynodum celebratam, ſecundo anno elapſo ſcripſit Theodorus allegata epiſtola aperte verbis teſtatur. Vide Baronium anno 806. num. 13. & 14.

Ter. 20. Tempus Concilii.

ANNO CHRISTI 807.

CONCILIUM SALISBURGENSE

ANNO CHRISTI 807.

Ab Annone Archiepiſcopo celebratum.

Ex Pagi ad An. Ch. 807. n. 11.

ANno Chriſti 807. *celebratum eſt Salisburgenſe* E *iis quadrifariam, more inſtitutoque majorum, dividendis. Alborum ſummam Brunonem* tib. 6. *Rer. Boicarum nam. 6. ſic deſcribit:* Cum ſe con-

ANNO CHRISTI 899. gregasset synodus episcoporum, abbatum, cerorumque clericorum Bojoariæ Provinciæ ad Metropolim Salisburgensem, & ibidem non pacua utilitatis fuæ pertraxasset, moverunt iidem episcopi, Anno archiepiscopus, Atto, Adalvinus, Emricus, Hatto, quæstionem de decima fidelium populorum, quæ affertur ad ecclesias; lectis inde capitulis ex canonum auctoritate, quid inde agi debuisset, invenerunt quatuor portiones fieri, unam episcopo, alteram clericis, tertiam pauperibus, quartam fabricis ecclesiæ. Tum confirmarunt ibi omnes abbates, qui presentes aderant huic decreto, feandum canonum, & reddiderunt, portiones episcoporum episcoporum, quæ illos contigissent, id est Meginhart, Wolf, Joannes, Wolfdrego, Wolfganhart, Kerich, Hepfido, & ceteri, unusquisque suo episcopo, ea ratione, ut alterius cuiuslibet nulla inter illos discordia deinceps semper maneret. Act. VII. Kal. Febr. an. VII. imperante Karolo glorioso Augusto, post Conflatum ejus, *illo annus VII. referto ad Conflatum ejus, aliqui dicendum fuisset anno* VII. *imperii ejus post Conflatum ejus septimo. Anno primus Salisburgensis Archiepiscopus fuit, Atto quintus episcopus Frisingensis, Adalvinus quintus episcopus Ratisponensis, Emricus sive Einricus Sabionensis episcopus quintus, Hatto episcopus Laureacensis.* ☙

ANNO CHRISTI 899.

a CONCILIABULUM CONSTANTINOPOLITANUM II.

CONTRA THEODORUM ET PLATONEM,

Eorumque focios congregatum, anno domini DCCCIX. tempore Leonis papæ.

Monachorum nodus appellatus.

[a] *Cunciliabulum.*) Hoc concilium Theodorus in epistola ad Bapropianum prodiitorum carnificinam & mercholyzodum nominat: idque non immerito: nam postquam episcopi ibidem congregati Platonem sanctissimum catenis vinctum in judicium deduxissent, atque adversum ecclesiam catholicam *suos* errores averfantem anathematis sententia perstrinxissent, fcelestissimum protulerunt decretum, ut conjugium Constantini cum Theodote, veritate adhuc legitima conjuge, quam in monasterium detrusisset, ex dispensatione legitimum duci deberet. Addiderunt in gratiam imperatoris nefarium & plane pudendam sententiam, hanc nimirum: Leges divinas adversus reges nihil posse; martyres non esse pro-

Decretum conciliabuli.

B minandos, si qui Joannem " vel Chrysostomum imitari, pro veritate & justitia sanguinem effundisset: episcopos in omnibus canonibus dispensandi potestatem habere. Plura in hac adulterantium synodo decreta recenset Theodorus in epistolis supra extantibus, quas ab exilio scripsit ad Leonem papam. De tempore hujus conciliabuli hæc Theophanes: *Tunc Nicephorus imperator occasione persepta, cum episcopos & presbyteros congregasset, synodum adversus illos celebrari præcepit, per quam a monasterio & urbe dejecti,* (Theodorum & Platonem intelligit) *exilio fuit destinati, mensi Januario, indictione secunda,* anno minimum domini DCCC. Leonis I. Caroli nono, & Nicephori orientalis imperatoris octavo.

[b] Spatia inscitiæ.

ANNO CHRISTI 899. 1) Hæc annus 911. de quo infra.

POSTERIOR THEODOTI PATR.

ON Μιχαὴλ ὁ Ῥαῒλ(ὰ)ϐ, ἐκϐὰν ἐκ' ἀδελφῆ Θεοκτίστ. [a] πφοτσκληθέντων, & Λέων, σφδϐείου τοῦ Νικηφόρ πατφιάρχ. ἐκ' τῶν λοι χ' ὁμοφφονησάντων Θεόδωρ ὁ Στουδίτ. [b] ἐτασκέως, ὁ Σπουδαῖλεως, ἀφχιμανδ τῆ ἀθεσίνεια. Ἰϐδιάζε τ Ἀσυζάτιον ἀπὸ Ἀπόλλωνος Ὁμολογίας ὑπάφχου κφτοῦγετου. Τῆς ἔφεσίας γὰφ ἀπλεῖος ἐπιπλεΘέντος, μικφὰς & ἀδίου χεφτικοπηγικοῦ ὃς τῆ Χεσῖ μεγάλη σκλησία Κωνσταντινοπόλεως ἐτοίκτου σωδόν. & Νικηφόρ τὸν ὁσιώτ. ἱοὺς καθηλε, πεφιοφίσας αὐτὸν μονσηφίφ ἐν Θεόδωφα ἀπεχωφησεν, Κασσιτεφὰς & Φλαβίανὸ ἐπιπλεχόμενον. & τὸς ἁγίας ἐκείνες κατηφεμάλησεν, τὰς ἀφοτσκληθέντας ἐπ' ἀνεθέμωτι καθυπέϐαλεν. ἐκμιδσίας, ὀξοδίας, λιμῶ, φυλακαῖς & πανποίαις ἰδέαις ϑανάτ., ὁ ἀὐτὸς κατακλύσεσ. ἐπ πολὺν αἰῶνα, & πατὰν αἰῶνας ὁ ἀληθφός.

Quem quidem Michael Rangabe, sororis ejus Procopiæ maritus, sibi adivit: & Leo, concinnatus a Nicephoro patriarcha. Eo imperante erat confessor Theodorus Studites. " Hoc in Syrametho nomen erat, imperium arripuit: & Judaicæ ac Manichææ superstitioni receptum pervicaciter enim injuste arrepto, profanum & impium, Christianorumque acsufarteem in magna Christi ecclesia. Constantino poli congregavit patriarcha depositoque tacho Nicephoro, & exilii causa in monasterium suum relegato, Theodotum in ipsius locum farrogavit, qui Cassitera & Flavianus cognominabatur: falsique imaginibus adorandis & adorantes anathemati subjecit: & proferipitionibus, exilii, fame, carceribus, variisque mortis generibus eos absumpsit, pedibus trahens & cervices calcans impius.

[a] Hæc annus 911. de quo infra.

[b] Spatia inscitiæ.

CONCILIUM AQUISGRANENSE,

In quo agitata est quæstio de processione Spiritus sancti, decretaque legatio ad Leonem III. papam, celebratum mense Novembri, anno Christi DCCC IX. Leonis eadem papæ XIV. Caroli magni imperatoris IX. regis XLII.

DE *hac synodo conservant omnes, quæstionisque* C *tionis, hoc est ex collatione cum papa Roma e legati habita, quam, ut olim a Smaragdo abbate descripta est, ex annalibus ecclesiasticis hoc loco subjicimus.*

anstorem tradunt Joannem quemdam monachum Hierosolymitanum. Sic enim inter ceteros refertur Ado Viennensis in chronico. Synodus, *inquit*, magna Grani aquis congregatur an. incarnationis domini DCCC IX. in qua synodo de processione Spiritus sancti quæstio agitatur, utrum recte procedat a Patre, ita procedat a Filio. Hanc quæstionem Joannes monachus Hierosolymitanus moverat, cum regula & fides ecclesiastica firmet Spiritum sanctum a Patre & Filio procedere, non creatum, non genitum, sed Patri & Filio coæternum & consubstantialem. Nomen autem processionis a Patre & Filio in Apocalypsi ita aperte est positum: *Et ostendit mihi* (haud dubium quin angelus) *flumen aquæ vivæ, splendidum tamquam crystallum, procedens de sede Dei & agni.* In eadem etiam synodo quæstum est & vestitarum de statu ecclesiarum, & ordine singularum, cujusque conversationis etiam clerici esse debent. *Hæc ille ceteris aliquanto uberius, nisi quod legationis non meminit, quam alii commemorant, ut Regino abbas: Anno, inquit*, DCCC IX. imperator de Ardnenna Aquas reversus mense Novembrio concilium de processione Spiritus sancti habuit. Quam quæstionem Joannes quidam monachus Hierosolymitis primo commovit. Cujus definiendæ causa Bernarius episcopus Warmatiensis, & Adalardus abbas monasterii Corbeiæ, Romam ad Leonem papam missi erant. Agitatum est etiam in eodem concilio de statu ecclesiarum, & conversatione eorum qui in eis Deo servire dicuntur. Nec aliquid tamen definitum est, propter teram, ut videbatur, magnitudinem. *Legatis autem mandatus erat Jesse tridem episcopus Ambianensis, ut constet ex vita Caroli magni, (quamquam ibi depravetum ejus nomen est) atque ex aliis ipsius lega-*

Apr. 11.

DUÆ SYNODI CONSTANTINOPOLITANÆ,

" ** *Ex libello synodico.*

PRIOR NICEPHORI.

1) Anni Rom. de qua fupra.

CUm autem Christi amantissimus Nicephorus, Irenæ pullum in imperio successisset: Turcus dux & patricius, qui Irenem imperatricem amabat, imperatori se manifesto opposuit: sed, absque sanguine Deus impetum ejus contregit, Josephus presbyterus & œconomus magnæ ecclesiæ Constantinopolitanæ medium fese interponente. Quam ob causam beatissimus Nicephorus, qui sancto Tarasio successerat, divinum de sanctum partiretur synodum de consensu imperatoris Byzantii congregavit: & per dispensationem, Josephum, quem defunctus Tarasius, propter conciliatas incestas nuptias Constantini imp. filii Irenes deposuerat, in presbyterum recepit: unde quidam, qui a Christi ecclesia per simplicitatem abrupti fuerant, rursus sunt uniti. Mortuo vero in bello Bulgarico Nicephoro, Bilue ejus Staurakius in imperio successit.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ τῦ φιλογενέσ. Εἰρήνης τῆ βασιλίσσης διαδεξαμένης τὴν ἀσεϐεστάτου, αὐτάνεξ Τύρκος στρατηγὸς & πατρίκιος, Εἰρήνη ϑηλύτε ἦν & βασιλέως ἀντιτασσόμενος ἰσφάν τῆ αὐτοκρότει. Ἀλλὰ χωρὶς αἵματος Θεὸς τὴν ὁρμὴν αὐτῦ διεκρόϐωσεν, Ἰωσὴφ πφεσϐυτέφου & οἰκονόμου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως μεσιτεύσαντος. διὸ ἰδὼν αὐτὸν, ὁ τηλικμάκαριος Νικηφόρος πατριάρχης Τάρασιος ὁ ἐν ἁγίοις διαδεξάμενος, ϑείᾳ & ἱερᾷ κανόνι συνόδου συνόντος τὸ βασιλέως & Βιζαντίου συνκλήτου· & οἰκονομικῶς Ἰωσὴφ ἐδέξατο τὸν πφεσϐύτεφον· ὑπὸ Ταρασίου πατριάρχ καπελθόντ. χφόνῳ μοιχοβλίσεως Κωνσταντίνου τοῦ Εἰρήνης τῆ αὐτοκράτοφος. ὅϑεν ἀφελὼς τῆς Χεσῖ ἐκκλησίας τοὺς ἀποχφήσαντας πάλιν ἐκδέχονται. Τελευτήσαντος δὲ

ὃν πολὺν ϐιβλιογφαφίαν Νικηφόφ, τῶν ϐασιλέων ὁ ὑὸς αὐτῦ Σταυφάκιος διεδέξατο.

ANNO CHRISTI 809.

fubtiliore pertingere poteft, & id ideo, aut ita fenex eft, credere nolunt, & fenus eft non paterit. Sunt enim multa, e quibus iftud unum eft, facrum fidei altiora myfteria, fubtiliorafque facramenta, ad quorum indagationem pertingere multi valent; multi vero, aut ætatis quanitate, aut intelligentiæ qualitate præpediti non valent. Et ideo, ut prædiximus, qui potuerit & noluerit, falvus effe non poterit. Missi. Si ergo ita eft, *immo* quia ita eft, quare ergo quod non credere non licet, & non tacendo docere licet, cur non licet cantare, vel cantando docere? Papa. Licet inquam, licet docere fapientes, & cantando docere. Sed illicitæ in prohibitis, nec feribendo, nec cantando licet inferere. Missi. Quia ergo utrifque notum eft, quod ideo avobis, ut & ipfi fymbolum cantando vel fcribendo inferatur, illicitum docatur vel dicatur, quia illi qui idem fymbolum condiderunt non indiderunt, ut ceteri, & fequentes principales fynodi, Chalcedonenfis fcilicet quarta, Conftantinopolitana quoque quinta & fexta, ut novum altra fymbolum a quoquam qualibet neceffitate, feu falvandi homines devotione, condere, & in veteribus tollendo, addendo, mutandoque quidquam inferre prohibuerunt, non eft ibi diutius immorandum. Sed hoc quæro, hoc ut docatur rogo: quia id credere bonum eft, bonum hodie licuit ad credendum ita ad cantandum tunc eft, fi in locis infertum fuiffet. Papa. Bonum certe, & valde bonum, utpote tam fidei facramentum magnum, & quod non licet non credere, quibufdam ad hoc valet pertingere. Missi. Numquid non bene idem tunc auctores fecifient, fi quotuor tantum addendo fyllabas, tam pernecceffarium fidei facramentum candidis demceps lectoribus perfpicuum redderetur? Papa. Sicut non audeo dicere non bene fecifle, fi fecifient, quia procul dubio fi cut ceteri quæ vel omiferunt, fcientes utique, & non tam humana, quam divina illuminati fapientia fecerunt, ita quoque non audeo dicere iftud eos nobis minus intelleviffe; perpendiffe cur dimiferint, vel cur dimiffum, ne altera mitteretur, ficut & ceteræ pofuerunt. Tu & tui videte quid fentiatis de vobis. Nam & ego me illis non dico præferam, fed etiam illud abfit mihi ut cuoquare præfumam. Missi. Abfit etiam, inquit pater. Deo noftro propterea, illud a nobis, ut nos quidquam horum cogitemus vel dicamus, vel fuperbia inflati, vel in divinis rebus humanæ laudis cupidine provocati, ac fi noftrum illis non tantum præferre, aut verum etiam coæquare præfumamus: fed tantum fecundum hujus temporis qualitatem, & imbecillitatem fratrum noftrorum caritate compatientes, illud quærimus, in eo laboramus, ut, quia finis mundi appropinquat, in quo ficut prædicta funt tempora periculofa, etiam ideo in ecclefiarum maxime fratribus noftris profectu valeramus. Quo ergo fideles in domino in facramento fidei reddere ftudeamus; & idcirco quia præfatum fymbolum a quibufdam ita cantari reperimus, & quod id ecclefiaftice congruere fidei, ficut fentimus, atque per hoc nunc jam plurimos doctos, & fine fine ufque in finem fæculi de tanto myfterio, fi ita teneatur, inftruendos effe cognovimus, qui nequaquam inftruendi effent, nifi cantaretur: melius nobis vifum eft eandem auctores inferuere, quam ratenus indoctos relinquere. Si enim fcirent quemnitas tua, quanta fenfa nobis miffa id fcientium, quia cantatur, qui fimiliter fcirent effeno fili cantaretur, fortaffe negligentiam vitarent, & id tuo etiam

ANNO CHRISTI 809.

confenfu ut cantaretur acquiefcerent. Papa. Ita certum eftimito. Verumtamen, quæro, refponde mihi: Num univerfa hujufmodi fidei myftica facramenta, quæ fymbolo non continentur, fine quibus quifque, qui ad hoc pertingere poteft, catholicus effe non poteft, fymbolis inferenda & propter compendium minus intelligentium, ut cuique libuerit, addenda funt? Missi. Nequaquam; quia non æque omnia neceffaria funt. Papa. Erit omnis error plurimus hinc, hinc familia, quæ nifi a capientibus credantur, catholici effe non poffunt. Missi. Dubitæ aliquid, non fine fimplicitas, fallitque hujufmodi fymbolo deeffe? Papa. Nempe dabo, & abundanter dabo. Missi. Da primo unum, & fi neceffe fuerit, adde alterum. Papa. Quia antiqua quæque contemnere quolibet modo utrumque partium quarumve falute quod quæritur, (atque utinam quoties aliquid hujufmodi in majoribus feu in minoribus ecclefiafticis vel catholicis relatoribus queritur, in pro omnia pacifice fine perverfa intentione quæreretur) ne quid forte de tam reverendis myfteriis temere loquamur, deinde conficendandi locus, & dubitans quifquid de his dixeris dubitanter. *Et nos ftamus dilatione congrua data, ait* Papa: Numquid magis falutare eft credere, periculofumve non credere, Spiritum fanctum a Filio fcire a Patre procedere, an Spiritum Filium non dicere a fapientia Deo, veritatem Deum a veritate Deo genitum effe, & tamen utrumque unum fapientiam, unam veritatem effentialiter Deum effe, cum tamen conflet id a fanctis patribus eidem fymbolo indictum non effe? Si ergo hæc duo, ficuti fapientes decet, in tam familiari difputatione & hoc valent, ne confidentia fenfuum & cognofcatis, cui priores catholicos patres, qui hoc unde agitur vel fymbolis non inferuerunt, vel inferere quemadmodum cetera, ut fupra diximus eft, pro nihilo habuerunt, non ftatim ignoratis, non futura negligenti providentia præteriffe, & præternifum ne mitteretur prohibuiffe, a coæternandis teftimoniis libentiffime quiefcimus: Scicndum vero, non fcire quidquam fcientiæ divinitatis, verum etiam fecundum myfterium dominicæ incarnationis, tanta, Deo auctore, & ex eorumdem patrum auctoritate dicimus & tali, quam non fcientiam ignorantia, non futura negligenti providentia præteriffe, fatisfacere, fed etiam ftultos valent opprimere. Missi. Non inquam neceffe eft in eo laborare, an neficiamus quod fcimus: quia quidquid extra eft fcimus, non Deo auctore fcimus, aut fcire poffumus, fi non fcimus. Papa. Hoc eft inquit, quod miramur, qui fine profectuofo labore poteftis quiefcere, laboratis & quiefcatis. Missi. Non ideo laboramus ne quiefcamus, fed ne propter inertiam ipfi laboris præmium amittamus, & falva diligentiore inquifitione, declinatoque pernaci contentione, adhuc majus æftimamus lucrum, quod per hoc in corde quærentium acquiritur, quam detrimentum in eo ferti illorum qui addiderunt, ac fi per contumaciam contemptumve patrum conftitutionum exifterent. Aliud eft enim per arrogantium tranfiliendo bona contemnere, aliud bona per benevolentiam meliora effecire. Papa. Illud quoque erit in quibufdam ut agatur bonum eft, non tamen ideo ubique agendum eft. Qua de re multa id ita effe probantia addi poterant teftimonia: fed res per fe admodum patet, quanto melius fit, ut quifque quodlibet bonum ita ut eft utile reddere ftudeat: ut pars. fi fecut id ipfum bonum nucleus, effecere nititur, hoc primo

ANNO CHRISTI 809.

mo caveat, hoc magnopere perpendat, ne & ita ut ultra quam debuit remanendum præfumendo, & illud quod per fe falubre erat reddat noxium corrumpendo. Nifi quis forte afferere velit de præfenti unde agitur, vel fimilibus capitulis, quæ fine periculo fua docere licet & difcere, ut ordo decendi licitus dimittatur, & ibi deferatur, ubi nunquam deinceps docens aut difcens innocens, fed femper fane in tranfgreffionis crimine merito culpabilis teneatur judicetur. Quod ne fortaffe, fi non dedigneris audire, non immerito tangit: qui hic quod hactenus in ecclefia Dei, ut fupra dictum fepius fcire, & fine cogitatione deficiti infpicnter potuit docere, jam deinceps non dico ftultus dicere, fed nec ipfe lapfus fine prævaricatione poffit cantare, cantandove ut ante quemquam docere, & dum multis alio quam debetis tramite prodeffe eligitis, nullum in hac dumtaxat parte dimittis, cui fe vos fecutur ferit non nocetis. Nam de eo quod fupra dicuiftis, non æque judicandus vel habendus fit ille, qui tale aliquid devote fructum quærendo agerer, illo qui hoc contumaci juffione præfumeret. Hæc defenfio, vel, fi dici licet, tergiverfatio, non huc refpicit, non iftud intendit: quia non idem patres difcernendo vel decreverunt, nec fanxerunt, ut ipfum bonum non fequuntur, non malevolus, fed tantummodo nullus. Missi. Numquid non a te id ipfum fymbolum eft data in ecclefia canendi licentia? Numquid a nobis huc ufus ille cantandi procefit? Hinc etenim illuc mos idem cantandi, non a nobis huc advenit: & quomodo illum ufque hodie cantamus? Papa: Ego fcentiam dedi cantandi; non autem cantando quidpiam addendi, minuendi, feu mutandi: & ut expreffius aliquid, quia vos cogitis, loquar, quamdiu vobis in hoc fatis fuit, quomodo in hujufmodi cantando vel celebrando facrofanctis myfteriis fanctæ Romanæ tenet eccleſia, nequaquam aut nobis in talibus laborare, aut aliis laborandi occafionem neceffe fuit ingerere. Quod vero afferitis ideo vos ita cantare, quoniam alios in illis partibus vobis priores audiftis cantaffe, quid ad nos? Nobis non id ipfum non cantare, aut legimus, & legendo docere, nec tamen legendo aut docendo addere quidpiam eidem fymbolo infertum, non licuit hactenus. Quæ vero prædicta fymbolis fidei tantum non non quodammodi ecclefiæ cognofcimus, non, ut fæpe dictum eft, inferre præfumimus, fed locis temporibufve opportunis quibufque competit manifeftare curamus. Missi. Ergo, ut video, illud a veftra paternitate decernitur, ut primo illud, & quo quæftio agitur, de fupra fato fymbolo tollatur, & tunc demum a quolibet licite ac libere, ficve cantando, five tradendo, difcatur & docetur. Papa. Ita procul dubio a noftra parte decernimus: ita quoque a veftra affentiatur, a nobis omnimodis laudetur. Missi. Quamquam ergo, ut fupra ipfe dixiffi, pro ambarum partium quæritur falute quod quæritur, fubtilis his quæ dixiffi, ratio non eft ut idem fymbolum canteur. Papa. Bonum fane. Quod tamen non imperando, fed ut prius permittendo dicimus: quia illud ficuti tunc ita & nunc, fi fincere agatur, utile indigentibus effe poffe non ignoramus. Missi. Quia vero, ut dicitis, & verum dicitis, bonum eft cantare id ipfum fymbolum: numquid eatim fi fermo plenus refta fenfus a medio tollatur, illum ferentes ab omnibus ac fi contra fidem fit condemnabi-

ANNO CHRISTI 809.

lis? Quæ ergo abfit conſilium, ne idipſum ad aliquod trahleat exitium? Papa. Si prius quam ita cantaretur interrogatus eſſem, ne interceretur utique reſpondiſſem. At nunc, quod tamen non affirmando, ſed vobiſcum pariter tractando dico, quantum menti occurrit, ita mihi videtur poſſe utrumque fieri: ut paulatim in palatio, quia in noſtra ſancta eccleſia non cantatur, cantandi conſuetudo ejuſdem ſymboli interminetur: ſimulque ut, quod id ipſum ut cantaretur non quælibet imperantis auctoritas, ſed potius audientibi id fecerat novitas; ſi dimittatur a nobis, dimittetur ab omnibus: & ita fortaſſe quantum eſſe poteſt, non incongrue utrumque fieri poſſit: ut quod jam nunc a quibuſque prius neſcientibus recte creditur credatur, & cantandi conſuetudo fine cujuſque fidei læſione tollatur.

Nota Severini Binii.

a *Conciliam.*] De tempore & cauſſa hujus Concilii notanda Francorum annos hoc ſcribunt: *Imperante de Tempus & cauſſa Concilii.*
ordinente ejuſdemque temporibus mortuo Nicomedis Comitibus Hiſtoricis. Non difputamus, an (quod audiis aliquibus hiſtoricis. Nam tempora Galliæ & Hiſpaniæ indultus) ſymbolum Nicænum & Conſtantinopolitanum cantare licuerit, ubi Spiritus Sanctus a Filio quoque, ſed non habet hoc vocis *Filioque* bene audium eſſet, & in ecclefia Romana a legatis quoque Romanis militat, deinde non verum eccleſiaſticis nonnunquam in Zonaragii ad Cacolum epiſtola, ut ipſi ajunt ubi ſcholaſtici ſunt inſcriptores nocuia.

b *Reris quæ habitæ eſt de ſymbolo fidei.*] &c. Apud Baronium extat anno Sup. cum. 34. ubique ad num. 81. inclusive: ſe autem ſe habet: *Legiti a praditiſſe magis*, &c. ut legas.

Poſt hæc autem Leo papa cultos antiquitatis, ab eis *Filioque* ubique excluſo, appoſitio fidei formulæ vindex adſurgens, non ſolum verbis diffenſo & propterea do, quid velit fieri, parefcit; fed indelebile monumentum reliquit ſuæ ſententiæ, quo poſteris innotuiſſet in ecclefia Romana ſtare nihil addendum. *Siquidem in baſilica ſancti Petri*, inquit, *ut aliis aſſentiar, ut aliquis aſſentiar, duos tabulas argenteas ad confeſſionem ejuſdem ſancti Petri affigendas curavit, in quarum altera ſymbolum Latine ſcripum legebatur, ſine illa additione, quam aliquibus abhinc aliquo quamve illarum ſyllabarum additionemve *Filioque*, ſed illud in ſuis poſtremo cantatur, ut ſuperius premaſſe. Et memini hanc tabularum apud Anaſtaſium in vita Leonis, dum agens de baſilicis Petri poſtea dicit: *Hanc hæc ait, quæ ſuperius de ornamentis ejuſdem ecclefiæ ſcribit, ſic nonnulla præmiſit: *Hic vero, inquit, pro omnia Occaſionis erroribus fidei ſuæ adhæ ſupra ſcripta argentea duas, ſcripto novitiæ ſymbolo, unum quidem literis Græcis, alterum Latinis, fideiter dextera locavique ſuper ingreſſum corporis, in quibus ſymbolum nonnulla quantum, quæ non ſunt ſuper hoc libri.*

Quando autem, &c. qua occaſione illa verba, *Filioque*, iidem auctoritate Romani pontifices in ſymbolum in Romana eccleſia ſint ruropea, alia poſteriori cauſſa, ſuo loco dicturi ſumus, ac quando patres ratpone ſit idem ſymbolum in eadem eccleſia cani, qui ritu ſuo loco tradimus. Vindicias ſtrabo quoque hujus loquitur cruſti, Vindicias ſuum hanc cantandi ſymbolum a tempore damnatæ hæreſeos hæreſis in Gallia usque Germania frequentatum; ac quo eadem ratione factum, ut Conſtantinopolitanum poſtea quoque, tum Nicænum in eccleſia cantetur, quod ſolent Conſtantinopolitanum ſymbolum videretur modulis muſicis. Sed cur non poſtea, quod hoc plenius ſit, atque quod de Spiritus ſancti divinitate habeat magis expreſſum ſententiam.

Observatio Philippi Labbe, S. J.

Teſtimonia ſanctorum patrum, quorum in principio hujuſce auctionis ſit mentio, rele Holſtenio ſubſignatur in Variorum ed. ſpiritus collationi. In ed. vero ſecretiſſime regione Succonum exire republica Carolo imperatoris ad Leonem III. de proceſſione Spiritus ſancti ex *Filio* per diſtinctiones (Bernardum, Iſſue & Adalardum)

ANNO CHRISTI 809.

directa, quæ & Emaragdus abbas edidit, & nuper in lucem emisit Andr. Quercetanus. Hæc ad Leonem III. papam urbis Romæ directa, & a Zmaragdo abbate edita qui & collationem cum papa eodem Romæ habitam a legatis ea missis Caroli magni Bernario abbate Jesse episcopis & Adalhardo abbate Corbeiæ confectipsit relatam a Baronio in annales ecclesiasticos & a Sirmondo como II. Concilium Galliæ ad annum Christi 809.

EPISTOLA CAROLI IMPERATOR. AD LEONEM III. PAPAM URBIS ROMÆ

QUæstio quæ de Spiritus sancti processione est noper exorta, jamdudum est diligentissime a sanctis patribus ventilata. Sed quia jam dilu a qu ærentibus negligebat, ideo; non quelvit quali antiquitus ventilata, sed quali quedam his temporibus nobis subito emersit oc culta, quod divinitus spiratum fideliter credens non dubito. Crebris etenim quæstionum lctibus præsens ecclesia tunditur, ut doctrinis catholicis erudita, fanxque fidei confessionibus elimata, in æternum quandoque hæreticæ fallaciorum peregra virere non possimus valeat feliciter regnatura. Sed quia, ut præfatus sum, hæc quæstio diu a quærentibus indiscussa jacebat, volumi omnipotens Deus in eandem facilitate, volotu contraverte pastorum, ut negligentiæ torpore fobiato exercitationis sanctæ brachio calleltem valeant perfodere thesaurum. Sermonis etenim dominici facundo lapidus dicentis: Scripturarum postores debent proficindere campum, ne exiguitatis fatoris inique femenque malignum formofi tritici valeat. oppimere fructum: aut volans palfim volucris hæretica femen catholicum a cordibus rapiat parvulorum: horridaque spinarum, emerfio domini nitidam posfit fuffocare fegetem. Lectionis etenim facræ cognitio imbecillis baculum, nervofis arma invictis, a hoftium fubdolas fortiter premit insidias, & victoribus meritas feliciter promittit coronas. Ergo procul a pastoribus negligentiæ torpor recedat, procul a mentis acumine inertia damnosa recedat, molliisque lafciva corporis membra relinquat, & ad alius fopor mollifque somnus in rigidas fuccofasque lectionis emergat exercitias, ut ecclefiæ agor opinus, doctorumque femine fatus, valleat centenos omnipotenti reddere fructus. Jam nunc adgrediar de Spiritus sancti processione. Quod Spiritus Patris fit in Filio, idemque Spiritus & Patris fit & Filii, Efaias teftatur, ubi vox Patris ait ad Filium: *Spiritus meus eft in te, & verba mea qua posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore feminis tui amodo & ufque in fempiternum.* Item in Efaia fcripcum eft: *Ifti obruverunt filii eorum, & videruntfacies fuas mendacio. Transformati, nunc ex eis non perit, & Spiritus Dei congregavit eos.* Ecce apoftolos prifci fæculi intellexerunt, quos Spiritus Chrifti in Hierofolem congregavit, ubi de adventu mirum falvatorem. Legitur quod Patris fit Spiritus, ipfe dominus apoftolos ait: *Non enim vos eftis qui loquimini, fed Spiritus patris veftri, qui loquitur in vobis.* Et quod idem Spiritus Filii fit, Paulus teftatur dicens: *Si quis autem Spiritum Chrifti non habet, hic non eft ejus.* Item in epiftola ad Galatas ait: *Quoniam autem eftis filii Dei misit Deus Spiritum filii fui in corda noftra clamantem, abba pater.* Beatus quoque Petrus in epiftola fua ait: *Reportantes finem fidei veftræ, falutem animarum. De qua falute exquifierunt atque fcrutati funt prophetæ, qui de futura ira in vobis gratia prophetaverunt, fcrutantes in quod vel quale tempus fignificaret qui in eis erat Spiritus Chrifti, pranuntians eas quæ in Chriflo funt paffiones & pofteriores gloria.* Et dominus in euangelio ait: *Cum venerit paracletus Spiritus veritatis, qui a Patre procedit.* Ubi fuum effe Spiritum docuit, quia ipfe eft veritas & a Patre & eum dixit procedere. Quod Spiritum fanctum deditPater apoftolis, in epiftola ad Corinthios fecunda fcripcum eft: *Ait enim interpretes: Qui autem conjungit meretrici unus corpus eft. Erunt, inquit, duo in carne una. Qui autem adhæret domino unus fpiritus eft.* Item in epiftola ad Theffalonicenfes prima. *Deus autem veritatis, ait, non Deus in immunditiis, fed in fanctificationem. Itaque qui hæc fpernit, non hominem fpernit, fed Deum; qui etiam dedit Spiritum fanctum in nobis.* Et quod eundem Spiritum fanctum dederit Deus Filius, in epiftola Joannis fcripcum eft: *In hoc intelligimus quoniam in eo manemus, & ipfe in nobis, quoniam de Spiritu fuo dedit nobis.* Quod Spiritum fanctum dederit Pater in difcipulos in epiftola ad Titum fcripcum eft: *Cum autem benignitas & humanitas apparuit Tit. 3. falvatoris noftri, non ex operibus juftitiæ, quæ fecimus nos, fed fecundum fuam mifericordiam falvos nos fecit per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus fancti, quem effudit in nos abunde per Jefum Chriftum falvatorem noftrum.* Quod & eundem Spiritum fanctum effudit Filius in apoftolos fcribitur apoftolorum : ajunt enim apoftoli inter cetera : *Hunc Jefum refufcitavit Deus, cujus ad. 2. nos omnes fcifi fumus. Dextera igitur Dei exaltatus & Spiritu fancto promiffo accepto a Patre effudit hunc quem vos videtis & auditis.* Item quod una fit a Patre & Filio Spiritus fancti effufio Joele teftante didicimus : ait enim vox Patris fimul & Filii : *Effundam de Spiritu meo fuper omnem Joel. 2. carnem, & prophetabunt filii veftri, & filiæ veftræ : Senes veftri fomnia fomniabunt, & juvenes veftri vifiones videbunt : fed & fuper fervos meos, & fuper ancillas meas in diebus illis effundam de Spiritu meo, & dabo prodigia in cælo & in terra.* Quod Spiritus fanctus oris fit Patris in palmo rigiferm fecundo legitur : *Verbo cæli firmati fant, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Et quod os fit Filii, in Efaia fcripcum eft: aic enim idem prophera de filio : *percutiet Ifa. 11. terram virga oris fui, & Spiritu labiorum fuorum interficiet impium.* Cui fententiæ concordans Paulus in epiftola ad Theffalonicenfes ait : *Et tunc 2. Theff. 2. revelabitur ille iniquus, quem dominus Jefus interficiet Spiritu oris fui, & deftruet illuftratione adventus fui.* Quod Spiritus a Patre procedat, ipfe dominus teftatur dicens. *Spiritus qui a Patre procedit, ille me clarificabit;* & cetera talia plena in euangeliis inveniuntur teftimonia. Et quod idem Spiritus procedat a Filio, fiber Joh ore dominico facratus teftis eft : ubi hæc inter cetera ait : *Et cadite adulationem in terra vere veris ejus, & famum de ore illius procedentem.* Hoc in loco ex Patris Filius eft intelligendus. Sonus vero de ore illius procedens Spiritus fanctus, quia Filio procedens cum fonitu fuper apoftolos in igne defcenden apparuit, ficut apoftolorum teftantur actus, ubi fcribitur: *Dum ad. 2. complerentur dies pentecoftes, erant omnes pariter in eodem loco & factus eft repente de cælo fonus tamquam advenientis Spiritus vehidiffimi, & replevit totam domum ubi erant federantes. Et apparuerunt illis dispertita lingua tamquam ignis, & federunt fuper fingulos eorum, & repleti funt omnes Spiritu fancto.* Beatus autem Gregorius hunc fu-

ANNO CHRISTI 809.

ANNO CHRISTI 809.

DUM anno XLV. inclyti & orthodoxi domini & principis noſtri Caroli imperatoris, ſub die VI. Idus Majas, æra DCCCLI. unanimitatis noſtræ conventus in Arelatenſium urbe, in baſilica ſancti Stephani martyris primi aggregatus conſiſteret, atque unuſquiſque noſtrorum ex more, ſecundum ordinationis ſuæ tempus, in locis debitis reſideret, rerum omnium domino prius devotiſſima gratiarum jura perſolvimus, pro eo quod nos & alterne vilionis contritis ſolari permiſit, & alterne pacis oſculo confovendos ſtatuit: diffuſis cordibus, ſimulque & vocibus, precum murmura effundentes, ut ſicut nos alterutrum oſculorum impenſione lætificos efficit, ita ſereniſſimum ac religioſiſſimum prædictum dominum noſtrum, Carolum imperatorem, cujus juſſu fraternitatis noſtræ cœtus eſt adunatus, fidei ſuæ conſervatione ſtabiliat, & prærogatione juſtitiæ ditet, & parem ei locupletem reddat, impenſione miſericordiæ ſuſciat, virium fortitudine roboret, commiſſa ſibi regni gubernacula diſcreto moderamine tenere concedat, ut commiſſos ſibi populos benigne regat, æque diſponat, & jure pictatis modificet. His devotione promptiſſima actis, cœpit unitonis noſtræ numeroſitas de rebus ſpiritalibus motus collatione inter ſe pene diffundere, atque evenium rei expectatione manifeſtiſſima præſtolari. Igitur cum hæc attentius agerentur, venerabiles miſſi glorioſiſſimi ac piiſſimi domini noſtri, Joannes Arelatenſis eccleſiæ archiepiſcopus, nec non & Nibridius Narbonenſis ſedis archiepiſcopus, a ſurgentes ſteterunt in medio conciſii, & dixerunt: Sanctiſſimi & venerandiſſimi ſacerdotes, glorioſus etenim ac ſereniſſimus dominus noſter ſerenitiſſimi amoris Chriſti igne ſuccenſus, & ſanctæ admonitionis ope perfunctus, ut pote verus Chriſti diſcipulus & imitator, eccleſiæ Dei ſtatum vigili inſtantia roborare diſponit, ſanctis Dei ſui baſilicis fele munificum exhibere, malignos contra ſe obſervatione agentibus animi liberalitate gratiſſima ac piæ miſerationis inſtantia ignoſcere conſuevit, ut qui in diverſis ſanctæ vitæ ſtudiis ſefe exercendo præpollet, atque omnibus Dei facerdotibus obſecrans & obteſtans, ut eccleſias quas regendas ſuſceperunt, pia prædicatione inſtruant, moribus ſanctis exornent, ac beatæ vitæ exemplis ædificent. Quotiens quoniam pro tot tantiſque beneficiis, quæ multimoda devotione eccleſiæ Dei, vel gentibus præſtogare ſtudet, quid illi unanimitas noſtra condigne reſpondeat, invenire non prævalet; id ſalutari providentia, quæ ſemper eſt utilis, (immo ſemper eſt utile quod veram perimet ad ſalutem) decernit atque juſtituit, ut tam per omnes civitates ac loca, in quibus fedes epiſcoporum eſſe noſcuntur, quam etiam per eorumdem epiſcoporum diœceſes, cunctis diebus, quibus idem dominus noſter in hac vita ſuperſtes exiſtetit, pro eo, vel pro cunctis ejus filiis vel filiabus, ſacrificiorum Deo hibamias dedicentur, pia orationum vota ſolvantur, ac cum gentilorum actione ſuperno numini commendentur, ut deſideravis in eis bona quotidie multiplicentur, adverſantium conamina virtutis divinæ dextera confringantur, indulgentia & gratia eis a ſua miſericordia conferatur, ut ſuæ potentiæ defenſione protecti, antiqui hoſtis deciplam evadant, & caritatis mutuæ ac vitæ longævitate pollentes adite mereantur poſt tranſitum fideres mansiones. Qui cum ſequenti die in eadem eccleſia ſancti ac beatiſſimi Stephani martyris debitis in fedibus locarentur, inter cetera, quæ ſubterfius diſcreto capitulorum ordine ſunt digeſta, non aliunde primum cœpimus habere ſermonem, quam de noſtræ fidei puritate. Et quia initiandis ad beatam vitam hominibus hæc prima ſemper eſt via ſalutis, prævia quoque noſtris & inſtitutis pariter & præceptis, qua per veram credulitatem in omni terrarum orbe diffuſa expandatur, noſtræ collationis eloquiis pr adicetur, prædicata veraciter teneatur, retenta in generalibus noſtri pectoris illibata ſervetur.

(*a*) Iſte temporis Character in hanc Synodum ſine dubio progreſſa temporis introſtat, cum in Synodis in Francia per hæc tempora habitis hæc temporaria nota nunquam uſurpata fuerit. Pagius ad An. Ch. 813. n. 14.

ANNO CHRISTI DCCXI. ANNO CHRISTI DCCXI.

A tum dicimus: Filium a Patre, non factum, ſed genitum aſſerimus: Spiritum vero ſanctum, nec creatum, nec genitum, ſed procedentem ex Patre & Filio profitemur. Ipſum autem dominum ſuum Chriſtum, Dei Filium, & creatorem omnium, ex ſubſtantia Patris ante ſæcula genitum, deſcendiſſe ultimo tempore pro redemptione mundi a Patre, qui nunquam deſiit eſſe cum Patre. Incarnatus eſt enim ex Spiritu ſancto, & ſancta gloriosa Dei genitrice Maria, & factus ex ipſa ſolus idem dominus Jeſus Chriſtus, unus de ſancta trinitate, animam & carnem, perfectum ſine peccato ſuſcipiens hominem, manens quod erat, aſſumens quod non erat, æqualis Patri ſecundum divinitatem, minor Patre ſecundum humanitatem, habens in una perſona duarum naturarum proprietatem, (naturæ enim in illo duæ, Deus & homo: non enim duo filii, & dii duo, ſed idem una perſona in utraque natura) perfectus paſſionem & mortem pro noſtra ſalute, non in virtute divinitatis, ſed in infirmitate humanitatis. Deſcendit ad inferos, ut ſanctos qui ibidem tenebantur erueret; devictoque mortis imperio reſurrexit: aſſumptus deinde in cælos, venturus eſt in finem ad judicium vivorum & mortuorum. Cujus morte & ſanguine mundati peccatorum remiſſionem conſecuti ſumus, reſuſcitandi ab eo in die noviſſimo, in ea qua nunc vivimus carne, & in ea qua ſurrexit idem dominus forma, percepturi ab ipſo alii pro juſtitiæ meritis vitam æternam, alii pro peccatis ſuppicii æterni ſententiam. Hæc eſt catholicæ eccleſiæ fides, hanc confeſſionem ſervamus atque tenemus. Quam quiſquis firmiſſime cuſtoderit, perpetuam ſalutem habebit. Sanctæ enim fidei myſterium oris noſtri confeſſione paudentes, ad capitula quæ ad diſciplinam eccleſiaſticam moreſque male errantium componendos neceſſaria ſunt, unanimitatis noſtræ articulum flectere, & quæ opportuna ſunt diſcretis capitulis definire oportet.

II.

Ut pro exceſlentiſſimo atque glorioſiſſimo domino noſtro Carolo rege, ſeu liberis ejus, omnes epiſcopi, presbyteri, ſeu abbates, & monachi in unum collecti, inquantum extremitas noſtra prævaler, pſalmodiam, miſſarum ſolennia, atque litaniarum officia, omnipotenti Deo devotiſſime exolvere decrevimus.

III.

De baptiſmo, & myſterio ſanctæ fidei, unuſquiſque archiepiſcopus ſuos ſuffraganeos diligenter ſtudioſeque admoneat; quatenus per ſtudium ſacræ lectionis imbuti, & de myſterio ſanctæ fidei, & de ſacramento baptiſmatis, unuſquiſque illorum in propria

ANNO CHRISTI 813.

parochia perfecte studioseque presbyteros, A de universum populum docere & instruere non negligat: quia ignorantia mater cunctorum est errorum, & maximein sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt. Sacerdotes enim legere sanctas scripturas admonet Paulus apostolus, dicens ad Timotheum: *Attende lectioni, exhortationi, doctrinæ.* Sciant igitur sacerdotes scripturas sanctas & canones, ut omne opus eorum in prædicatione & doctrina consistat, atque ædificent cunctos, tam fidei scientia, quam operum discipulina.

Ibid. pr. Innocentii. Conc. Tolet. IV. capite 31.

1. Tim. 4.

IV.

Ut laici presbyteros absque judicio proprii episcopi non ejiciant de ecclesiis, nec alios immittere præsumant: quia quando presbyteri ab episcopis in parochiis ordinantur, necesse est ut ab ipsis episcopis diligenter instructi ecclesias sibi deputatas accipiant; ne per ignorantiam, quod absit, etiam in ipsis divinis sacramentis offendant: quia a sanctis patribus institutum est, ut quando ad concilium venerint, rationem episcopo suo reddant, qualiter susceperum officium, vel baptismum celebrent.

Ibid. pr. Quæ regulæ observet. Concil. cit. IV. capite 26.

C

V.

Addit. 3. cap. 62.

Ut laici omnino a presbyteris non audeant munera exigere propter commendationem ecclesiæ: quia propter cupiditatem plerumque a laicis talibus presbyteris ecclesiæ dantur, qui ad peragendum sacerdotale officium sunt indigni.

VI.

Providendum necesse est unicuique episcopo, qualiter canonici vivere debeant, nec non & monachi, ut secundum ordinem canonicum vel regularem vivere studeant, ut ait apostolus: *Unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat.*

1. Cor. 7.

D

VII.

Ut in monasteria puellarum non nisi probatæ vitæ & ætatis provectæ viri ad quasumque curam necessitates, vel ministrationes permittantur intrare: ad faciendas vero missas qui ingressi fuerint, statim exacto ministerio regredi festinabunt. Alias autem nec clericus nec monachus juvenis ad puellarum congregationem habebit accessum, nisi aut paterna aut germana necessitudo probetur admittere.

VIII.

Ut non amplius suscipiantur in monasterio canonicorum atque monachorum, seu etiam puellarum, nisi quantum ratio permittit, & in eodem monasterio absque necessariarum rerum penuria degere possunt.

Cap. 1. de Inhumanis. Monast. Conc. tempore Arnulfi cap. 13.

E

1 Forte, *Abrahæ*. Num id & Genes. duodecim posthac, & Paulus, qui parem habet. *Herdinius*.

ANNO CHRISTI 813.

IX.

Ut unusquisque de propriis laboribus decimas & primitias Deo offerat, sicut scriptum est: *Decimas & primitias tuas non tardabis offerre domino Deo tuo.*

Exod. 22. Deut. 12.

X.

Providimus enim pro ædificatione omnium ecclesiarum, & pro utilitate totius populi, ut non solum in civitatibus, sed etiam in omnibus parochiis, presbyteri ad populum verbum faciant, & ut bene vivere studeant, & populo sibi commisso prædicare non negligant.

B

XI.

De incestis conjunctionibus, sicut a sanctis patribus inflitutum est, nihil prorsus veniæ reservamus, nisi cum adulterium separatione sanaverint. Incestos vero, nullo conjugii nomine deputandos, quos etiam designare funestum est, hos esse censemus: Si quis relictam fratris, quæ prene prius soror extiterat, carnali conjunctione violaverit: si quis fratrem germanum uxorem acceperit, si quis novercam duxerit, si quis consobrinæ suæ fe fociet, si quis relictæ vel fi Addit. 3. cap. 59. liæ avunculi miscuerit, aut patris filiæ vel privignæ suæ concubitu polluatur: vel si quid est hujusmodi, quod & hic annotare longum est, & in exitii barathrum negligentem quemlibet immergit.

C

XII.

Addit. 3. cap. 60.

De pacis bono atque concordia, ut ab omnibus omnino indisrupta teneatur, inter episcopos & comites, inter clericos & monachos, & omnem populum Christianum, ut bastas apostolus docuit, dicens: *Sollicitudinem servare festinantes in unitate spiritus in vinculo pacis.* Et ideireo quidquid illud est, quod nos ad veræ pacis studium, & caritatis perfectionem provocat, totis viribus nostris sectandum est: quidquid nos ab illa disjungit, ut venenum mortiferum, a nobis cavendum est.

Ephes. 4. Coloss. 3.

D

XIII.

Ut comites, judices, seu reliquus populus, obedientes sint episcopo, & invicem consentiant ad justitias faciendas, & munera pro judicio non recipiant, nec falsos testes, ne per hoc pervertant judicia justorum: quia scriptum est: *Justitia elevat gentem, justitia vero miseros facit populos*, & psalmista: *Beati qui custodiunt judicium, & faciunt justitiam in omni tempore.*

Deut. 16. Prov. 14. Psal. 105.

E

XIV.

Ut unusquisque tempore famis, aut cujuslibet necessitatis, ad se pertinentes pro viribus suis gubernare studeat, quia scriptum est: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* & iterum: *Date & dabitur vobis: dimittite, & dimittetur vobis.*

Matth. 5. Luc. 6.

F

XV.

Ut pondera vel mensuræ ubique æquales sint & justa, sicut scriptum est: *Æquus modius, & æquus sextarius.* & iterum: *Pondus & pondus, mensura & mensura, utrumque abominabile est apud Deum.*

Levit. 19. Deut. 25.

XVI.

Ne in dominicis diebus publica mercata, neque causationis disceptationesque exercentur & penitus a rurali & servili opere cessetur: his solummodo peractis, quæ ad Dei cultum & servitium pertinere noscuntur.

XVII.

Ut unusquisque episcopus semel in anno circumeat parochiam suam. Noverint sibi curam populorum & pauperum in protegendis ac defendendis impositam. Ideoque dum conspiciunt judices ac potentes pauperum oppressores exiliere, prius eos sacerdotali admonitione redarguant; & si contemptserint emendari, eorum insolentia regis auribus intimetur, ut quos sacerdotalis admonitio non flectit ad justitiam, regalis potestas ab improbitate coerceat.

Addit. 3. cap. 59.

G

XVIII.

Ut presbyteri sub sigillo custodiant chrisma, & nulli sub prætextu medicinæ, vel cujuslibet rei donare præsumant. Genuesnum sacramenti est, & non ab alis nisi a sacerdotibus contingi debet. Quod si fecerint, honore privetur.

Capitular. libr. 1. cap. 46.

H

XIX.

Ut parentes filios suos, & patrini eos, quos de fonte lavacri fuscipiunt, erudire summopere studeant; illi, quia eos genuerunt, & eis a domino dati sunt: isti, quia pro eis fidejussores exiftunt.

XX.

Ut ecclesiæ antiquitus constitutæ nec decimis, nec alia ulla possessione priventur.

Capitular. libr. 1. cap. 47.

XXI.

Ut de fepeliendis in basilicis mortuis illa constitutio fervetur, quæ ab antiquis patribus constituta est.

XXII.

Ut placita publica & fæcularia, neque in atriis basilicarum, neque in ipsis basilicis fiant, dicente domino: *Domus mea domus orationis vocabitur.*

Matth. 21.

I

XXIII.

Ne comites, vel vicarii, seu judices, vel

A centenarii, sub mala occasione vel ingenio res pauperum emant, nec per vim tollant, aut quolibet argumento subripiant: sed si cui aliquid possessionum ordinandum, aut vendendum fit, id in publico coram comite, & judicibus, & nobilibus civitatis facere debebit.

XXIV.

Ut unusquisque episcopus in sua parochia presbyteros vel diacones diligenter inquirat, & fugitivos omnes clericos ad loca sua redire jubeat, & propria episcopis, aut rectoribus quærentibus reddat.

B

XXV.

Ut si quis beneficium de rebus ecclesiæ habet, ad recta ejusdem ecclesiæ restauranda, vel ad ipsas ecclesias ædificandas omnino adjuvet.

XXVI.

Ut qui publico crimine convicti sunt, rei publicæ judicentur & publicam pœnitentiam agant secundum canones.

Hæc igitur sub brevitate, quæ emendatione digna perspeximus, quam brevissime annotavimus, & domino imperatori præfentanda decrevimus, posfentes ejus clementiam, ut si quid hic minus est, ejus prudentia fupplebitur: si quid fecus quam se ratio habet, ejus judicio emendetur: si quid rationabiliter taxatum est, ejus adjutorio divina opitulante clementia perficiatur.

C

D

E

F

G

H

I

Nota Jacobi Sirmondi S. J.

1 *Concilium Arelatense IV.*] De hoc & quatuor sequentibus Concilis Regum Francorum in choreios anni *Concilia quoque iussu eius, Caroli imperatoris, super scripturas ecclesiasticas corrigenda per totum Gallicum ab episcopis celebrata fuisse : quorum unum Moguntiaci, alterum Remis, tertium Turonis, quartum Cabilloni, quintum Arelati congregatum est.* Eodemque modo se numerat in annalibus Eginhartus, & a Regione, aliisque recentioribus. In summa Conciliorum primo loco ponimus est Arelatense, tum Turonense, Cabilonense, Moguntinum, & Rhemense. Si tempora spectanda est ratio, Arelatense & Rhemense Mari certisi annum præfixere, Moguntinum fusti, reliqua duo nonam nullum habere: quamquam omnia per octavum habita fuisse dubium non est.

Notæ Severini Binii.

a *Concilium.*] De loco, causa, & tempore hujus Lugd. conc. & sequentium quatuor Concilionum, annales Francorum & scriptus illa habent : *Nam hoc eodem anno quinque concilia quæ Carolus... quæ iussu ejus super sacra scripturarum corrigenda per totum Gallicum ab episcopis celebrata est.* Quorum unum *Moguntiaci, alterum Remis, tertium Turonis, quartum Cabilonni, quintum Arelati congregatum est.* Et *concilium istud, quæ in singulis fortasse locis, ad ecclesiasticorum emendationem in illo conventu habita, qui nisse videtur, in capitularibus circularibus imperator patrii, quam fieri in archivo palatii exemplaria illarum habebatur.*

a CON-

ANNO CHRISTI 813.

CONCILIUM MOGUNTIACUM

CAROLI MAGNI IMPERATORIS JUSSU

In claustro basilicæ sancti Albani celebranum sub die v. Idus Junias, indictione VI. anno Christi DCCCXIII. Leonis III. papæ XVIII. Caroli ejusdem regis & imperatoris XLV.

TITULI CANONUM.

I. *De fide catholica firmiter tenenda.*
II. *De subsidiis in Deum.*
III. *De caritate ab omnibus conservanda.*
IV. *De sacramento baptismi uniformiter celebrando.*
V. *De pace, & concordia, & unanimitate.*
VI. *De orphanis & exhæredatis subveniendo.*
VII. *Ut res pauperum, vel minus potentium, mala occasione non emantur.*
VIII. *De potestate episcoporum pro rebus ecclesiasticis, ac de convenientia episcoporum cum laicis.*
IX. *De vita canonicorum.*
X. *Item de vita clericorum.*
XI. *De vita monachorum.*
XII. *Ne monachi placita seculeria adeant.*
XIII. *De sacris virginibus.*
XIV. *De negotiis sæcularis clericis & monachis interdictis.*
XV. *De imitatione apostolica.*
XVI. *De eo, quid sit relinquere mundum.*
XVII. *De armis amittendis.*
XVIII. *De fillis virtutibus, & variis vitiis dilectionendis.*
XIX. *Ut in monasteria nimis multi homines non mittantur.*
XX. *De variis monasteriorum vel adificiis providendis.*
XXI. *De episcopi sicuti qualiter canonici, qui sunt cum abbatibus, vivant.*
XXII. *De clericis vagis.*
XXIII. *De clericis iniuste suspensis.*
XXIV. *De clericis adunationis illicitis.*
XXV. *De presbiteris sanctis assidue in ecclesia stat.*
XXVI. *Presbyteri eunuchi ad missarum solemnia introitum habeant ad monasteria puellarum.*
XXVII. *De presbyteri chorizontes sufficiant.*
XXVIII. *Ut presbyteri assidue utantur orariis.*
XXIX. *Ne laici presbyteros ejiciant de ecclesiis, vobre in ecclesiasticum ordinem absque episcopi consensu.*
XXX. *Ne laici a presbyteris munera exigant.*
XXXI. *De fugitivis clericis.*
XXXII. *Quid sit litania, & quid exomologesis.*
XXXIII. *De litania majori.*
XXXIV. *De quatuor temporibus observandis.*
XXXV. *De indictis jejuniis.*
XXXVI. *De fellivitatibus anni.*
XXXVII. *De dominicis diebus cum veneratione observandis.*
XXXVIII. *De decimis, ut detur.*
XXXIX. *Ut ecclesiæ pacem habeant.*
XL. *Ut in ecclesiasticis placitis seculeria non fiant.*
XLI. *Ut antiqua ecclesiæ bonorum sumi habeant.*
XLII. *De beneficiis ecclesiasticis, ut qui hæc habent, ad ecclesiarum restaurationem adjuvent, & nomen ad decimam vrdant.*
XLIII. *Ne presbyter falsa missam cantet.*
XLIV. *De oblatione & pace in ecclesia facienda.*
XLV. *De symbolum & orationem dominicam omnes discant.*
XLVI. *De malum ebriotatis omnino vitetur.*
XLVII. *De fornicationis fictiis infrenendis.*
XLVIII. *De continua luxuriosum circa ecclesias non cantetur.*
XLIX. *De fabsintrodutis mulieribus.*
L. *De præpositis, vel advocatis, sive vicedominis.*
LI. *Ne corpora sanctorum transferantur de loco ad locum.*
LII. *Qui mortui in ecclesia sepeliantur.*
LIII. *De incestuosis.*
LIV. *Ne proprius filius de baptismo suscipiatur, & ne filiola vel commater uxor ducatur.*
LV. *De damnatis nuptiis.*

PRÆFATIO.

B

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Gloriosissimo & Christianissimo imperatori Carolo augusto, vere religionis rectori, & defensori fidei Dei ecclesiæ, una cum prole sua, ejusque fidelibus, vita & salus, honor & benedictio, cum victoria sine fine manfura. Almificæ reverentiæ vestræ pontificatuus nos humillimi famuli ac missi vestri, Hildebaldus scilicet sacri palatii archiepiscopus, Richolfus & Arno archiepiscopi, seu Bernharius, una cum reliquis coepiscopis, atque abbatibus, & cetero clero, quia reminus concubantem jussionem vestram in civitatem Mguntiam; ibique pariter adunati primitus cum litaniis triduanum celebravimus jejunium, divinum supplicter postulantes clementiam, quatenus sancta gratia fua conventum & actionem ipsius fynodi fibi acceptabilem facere dignaretur, & Christianæ populo proficientem ad salutem & vitam perpetuam, vobisque ad æternum honorem & gloriam. Tum vero confedentes in claustro basilicæ sancti Albani martyris Christi, confonis voce gratias egimus Deo Patri omnipotenti, qui fuplicet postulatæ tam piæ & devotum in fervitio Dei concessit habere rectorem, qui fuis temporibus facre fapientiæ fontem aperiens, vyes Christi fibi indefinenter sanctis retiat alimentis, ac divinis instruat disciplinis, Christianumque populum indefesso labore amplificare conatur, hilariterque Christi honorat ecclesias, ac de fastor diri draconis nutrimenta animas fludet eripere, & ad fignum sanctæ matris ecclesiæ revocare, atque ad gaudia paradisi, & ad regna cælestia omnes communiter invitare, sanctæ fapientiæ fua devotiffimoque ftudio cecerros reges transcendens. Iocipientes igitur in nomine domini communi consensu & voluntate tractare pariter de statu vere religionis, ac de utilitate & honore Christianæ plebis, conservitio nobis, de nostro communi collegio clericorum, seu laicorum, tres facere tormas, ficut & fecimus. In prima autem turma confederunt episcopi cum quibusdam notariis, legentes atque tractantes sanctum euangelium, nec non epistolas & actus apostolorum, canones quoque ac diversa landorum patrum opuscula, pallorialemque librum Gregorii, cum ceteris sacris dogmatibus; diligenti studio perquirentes, quibus modis statum ecclesiæ Dei, & Christianæ plebis profectum

ANNO CHRISTI 813.

cum fana doctrina & exemplis justitiæ inconfusum, largiente gratia Dei, perficere & conservare potuiffent. In alia vero turma confederunt abbates ac probati monachi, regulam sancti Benedicti legentes, atque tractantes diligenter, qualiter monachorum vitam in meliorem statum, atque augmentum cum Dei gratia perducere potuiffent. In tertia denique turma fedentunt comites & judices in mundanis legibus decertantes, vulgi justitias perquirentes, omnimodæ adventientium causas diligenter examinantes, modis quibus poterant justitias terminantes. In his itaque omnibus primo decrevimus, unicuique personæ vel sexui congruum honorem impendere, secundum dictum beati Petri primi fummi pontificis ecclesiæ, ubi ait: *Omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, regem honorificate. Servi, fubditi estote in omni timore domini, non tantum bonis, & modestis, sed etiam discolis. Hæc est enim gratia in Christo Iesu dominus noster.* Hinc Paulus ad Timotheum scripsit dicens: *Attende tibi & doctrinæ, insta in illis. Hoc enim faciens, & teipsum salvum facies, & eos qui te audiunt. Seniorem ne increpaveris, sed obsecra ut patrem, juvenes ut fratres, anus ut matres, juvenculas ut sorores in omni castitate.* Infuper etiam congruum nobis esse videbatur, ut facerdotes ecclesiæ Dei juxta legitimo & inconvulso honorarentur, de quibus dominus ait: *Qui vos audit, me audit, & qui vos recipit, me recipit: recipit qui autem me recipit, recipit eum qui me misit.* & apostolus ad Hebræos: *Obedite* inquit, *præpositis vestris, & subjacete eis. Ipsi enim pervigilant, quasi rationem reddituri pro animabus vestris.* Nam de reverentia ecclesiarum dicit dominus: *Domum mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus.* De his tamen omnibus valde indigemus veltro adjutorio, atque fana doctrina, quæ & nos jugiter admoneat, atque clementer erudiat, quatenus ea, quæ paucis fubter prefatinximus capitulis, a vestra auctoritate firmentur, & tamen vestra pietas ita dignum esse judicaverit; & quidquid in eis emendatione dignum reperitur, veltra magnifica imperialis dignitas jubeat emendare: ut ita emendata, a nobis omnibus & cunctis Christianæ plebi, ac posteris noltris proficiant ad vitam & salutem, & ad gloriam femipiternam; robisque inde merces, honor, & laus, & beneditio ac beatitudo permaneat in omnes æternitates sæculi.

A

B

C

D

E

CANONES

I.

Initium enim actionis noltræ de fide esse decrevimus, quæ bonorum omnium est fundamentum, & quia *sine fide*, ut dicit apostolus, *impossibile est placere Deo.* Fides ramen indiget opere, quia fides sine operibus mortua est. Ideo bonitas Gregorius: Ille, inquit, vere credit, qui exercet operando quod credit. Quapropter de vera fide omnes omnino Christianos alterutrum inter se jugiter admonere & docere oportet. Maxime tamen omnini facerdotes in eo certamine laborare decet, ut firmiter ab omnibus teneatur.

II.

Spes vero in Deum firmiter a cunctis

ANNO CHRISTI 813.

A Christianis tenenda est. Unde psalmista commemorat: *Sperate in eo omni congregatio populi, & reliqua.* & iterum: *Spera in domino, & fac bonitatem.* & iterum: *Sperantes autem in domino misericordia circumdabit.* & apostolus: *Spe enim salvi facti sumus.*

Ann. Hinc. Pfal. 61. Pfal. 36. Pfal. 31. Rom. 8.

III.

Caritas Deus est, ut ait Joannes apostolus: *Qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo.* Item Paulus apostolus: *Finis* inquit, *præcepti est caritas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.* Caritatem ergo qui habet, omnia bona habet. Quam ideo commemoravimus, quia volumus ut firmiter ab omnibus atque catholicis conservetur. Augustinus quoque in sermone de laude caritatis dicit: Si ergo non vacat omnes paginas perscrutari, omnium scripturarum secreta penetrare, tene caritatem, ubi pendet omnia: ibi tenebis quod ibi didiceris. Ille itaque tenet & quod patet, & quod latet in divinis sermonibus, qui caritatem tenet in moribus.

1. Joan. 4.

1. Timoth. 1.

IV.

Sacramenta itaque baptismatis volumus, ut ficut sancta vestra fuit admonitio, ita concorditer atque uniformiter in singulis parochiis, secundum Romanum ordinem inter nos celebrentur, jugiterque conferventur: id est scrutinium ad ordinem baptismatis, ficut in decretis Leonis papæ fub duobus continetur capitulis. In capitulo XI. Duo temppora, id est pascha & pentecosten, ad baptizandum a Romano pontifice legitima præfixa funt. Item capitulo XII. Non interdicta licentia, qua in baptismo tribuendo quolibet tempore periclitantibus subvenitur. Et Siricius: Si in qualibet necessitate opus fuerit facere unde baptismatis, omni voluntas celeritate faciendi.

Ad capitula Leonis papæ.

Ad Himerium epis. 2.

V.

Ut pax & concordia sit atque unanimitas in populo Christiano, quia unum Deum patrem habemus in cælis, & unam matrem ecclesiam, unam fidem, unum baptisma. Ideo in una pace & unanimitate concorditer vivere debemus, fi ad unam & veram hereditatem regni cælestis cupimus pervenire: quia non est diffensionis Deus, sed pacis, ut ipse ait: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.*

Addit. tit. cap. 13.

Matth. 5.

VI.

Propter istius itaque pacis concordiam conservandam, placuit nobis de orphanis & pauperibus, qui debent vel indebite dicuntur amissile hereditatem paterni vel materni juris ad se legibus pertinentem; fi aliqubi inventi fuerint, quos patres vel matres propter traditiones illorum exheredes fecerunt, aliorum fcilicet fuafionibus aut petitionibus, vel aliquo ingenio, omnino volumus atque decrevimus emendari, quantum ad nos vel ad no-

Capitulis. libro 1. c. 31.

ANNO CHRISTI 813.

nostram pertinet potestatem, juxta volun-
tatem Dei, & vestram sanctam admonitio-
nem & considerationem. Quod si forte ex-
tra officium nostrum alicubi inventum fue-
rit, admonere vestram elementiam audea-
mus, ut emendetur.

VII.

Propter provisionis paupertum, pro qui-
bus curam habere debemus, placuit nobis,
ut nec episcopi, nec abbates, nec comites,
nec vicarii, nec judices, nullusque omnino
sub mala occasione, vel malo ingenio, res
pauperum, vel minus potentum, nec eme-
re, nec vi tollere audeat: Sed si quis ex eis
aliquid comparare voluerit, in publico pla-
cito, coram idoneis testibus, & cum ratione
hoc faciat. Ubicumque autem aliter inven-
tum fuerit factum, hoc omnino emendetur
per justionem vestram.

VIII.

Capitular. Lib. 5. c. 114. Ut episcopi potestatem habeant res eccle-
siasticas providere, regere, gubernare, at-
que dispensare secundum canonum auctori-
tatem, volumus: & ut laici in eorum mi-
nisterio obediant episcopis ad regendas eccle-
sias Dei, viduas & orphanos defensandos, & C
ut obedientes sint eis ad eorum Christianita-
tem servandam. Et episcopi consentientes
sint comitibus & judicibus ad justitias facien-
das: & ut nullatenus per aliquorum mendа-
cium, vel falsum testimonium, neque per
perjurium, aut per praemium, lex justa in
aliquo depravetur.

IX.

Ibidc. c. 115. In omnibus igitur, quantum humana per-
mittit fragilitas, decrevimus, ut canonici
clerici canonice vivant, observantes divinae
scripturae doctrinam, & documenta sanctо-
rum patrum, & nihil sine licentia episcopi
sui vel magistri eorum compositе agere pre-
sumant in unoquoque episcopatu: & ut si-
mul manducent & dormiant, ubi his facul-
tas id faciendi fuppetit, vel qui de rebus ec-
clesiasticis stipendia accipiunt, & in suo clau-
stro maneant, & singulis diebus mane primo
ad lectionem veniant, & audiant quid eis
imperetur. Ad mensam vero similiter le-
ctionem audiant, & obedientiam secundum
canones suis magistris exhibeant.

X.

Diferetionem igitur esse volumus atque D
decrevimus inter eos, qui dicuntur saeculum
reliquisse, & adhuc saeculum sectantur. Pla-
cuit igitur sancto concilio, ut ita discernan-
tur, sicut in regula clericorum dictum est.
His igitur lege patrum cavetur, ut a vulgari
vita seculi, a mundi voluptatibus fese ab-
stineant; non spectaculis, non pompis inter-
sint, conviviis inhonestis & turpia fugiant.
Tamen Hieronymus in epistola ad Nepotia-
num dicit: Omnium Christianorum domos
quasi propriis amare debemus, ut consolato-
res nos in maeroribus suis potius, quam con-
vivas in prosperis noverint. Item Isidorus:
Clerici tamen convivia privata non tantum
pudica, sed & sobria colant: usuris nequa-
quam incumbant, neque turpium occupatio-
nes lucrorum, fraudisque cujusquam stu-
dium appetant. Amatores pecuniae, quasi
materiam cunctorum criminum, fugiant;
saecularia officia, negotiaque abjiciant: ho-
norum gradus per ambitionem non subeant:
pro beneficiis medicinae Dei munera non acci-
piant: dolos & conjurationes caveant: odium,
aemulationem, obtrectationem, atque invi-
diam fugiant. Non vagis oculis, non infreni
lingua aut petulanti, tumidoque gestu ince-
dant: sed pudorem ac verecundiam mentis
simplici habitu inesse fuque ostendant, obscе-
nitatem etiam verborum, sicut & operum,
penitus excerentur. viduarum ac virginum vi-
sitationes frequentissimas fugiant: contuber-
nia feminarum nullatenus appetant. castimo-
niam quoque inviolati corporis perpetuo con-
servare studeant. Seniores quoque debitam
exhibeant reverentiam; neque in loquendi
studio se attollant. Postremo in doctrina,
in lectionibus, in psalmis, hymnis & canti-
cis, exercitio jugi incumbant. Tales enim de-
bent esse, qui divinis cultibus se mancipandos
studeat exhibere: scilicet ut dum scientiae
operam dant, doctrinae gratiam populis admi-
nistrent.

XI.

Abbates autem consilium ita cum mo-
nachis suis pleniter vivere, sicut ipsi qui in
praesenti synodo aderant palam nobis omni-
bus promiserunt: id est, secundum doctri-
nam sanctae regulae Benedicti, quantum hu-
mana permittit fragilitas. Ac deinde decre-
vimus, sicut sancta regula dicit, ut monas-
terium, ubi fieri potest, per decanos ordine-
tur: quia illi praepositi saepe in elationem in-
cidunt, & in luxuriam diaboli.

XII.

Hoc tamen omnino volumus, ut monachi
ad saecularia placita nullatenus veniant, ne-
que ipse abbas sine consilio episcopi sui: &
cum necessitas exigit, tunc per justionem &
consilium episcopi illuc vadat, nequaquam
tamen contentiones, aut lites aliquas ibi mo-
vere praesumat: sed quidquid quaerendum
vel etiam respondendum sit, per advocatos
suos hoc faciat. Abbates & monachi usque
ad interrogationem silentium habeant: &
cum interrogantur, cum humilitate & re-
verentia respondeant: alias querelas omnino
non devirent. In eorum claustro permanent;
nullusque ex eis foras vadat; nisi per neces-
sitatem ab abbate mittatur in obedientiam.
Nec foris manducent, neque bibant, sine
permissione abbatis, nec ad convivia saecula-
ria vadant.

ANNO CHRISTI 813.

XIII.

Abbatissas cum sanctimonialibus omnino
recte & juste vivere censemus. Quae vero
professionem sanctae regulae Benedicti fece-
runt, regulariter vivant. Sin autem, cano-
nice vivant pleniter, & sub diligenti cura cu-
stodiam habeant, & in claustris permaneant,
neque foras exitum habeant. Sed & ipse ab-
batissae in monasteriis sedeant, nec foras va-
dant sine licentia & consilio episcopi sui.

XIV.

Exp. 1. Ne clerici vel monachi &c. Ministri autem altaris domini, vel mona-
chi, nobis placuit, ut a negotiis saecularibus
omnino abhineant. Multa tunt ergo negotia
saecularia: de his tamen pauca perstrinximus,
ad quae pertinet omnis libido, non solum in
immunditia carnis, sed etiam in omni concu-
piscentia carnali. Quidquid plus justo appe-
tit homo, turpe lucrum est. munera injusta
accipere, vel etiam dare, pro aliquo saecu-
lari questu pro aliquem conducere, con-
tentiones lites vel rixas amare, in placitis fe-
cularibus disputare, excepta defensione or-
phanorum aut viduarum; conductores aut
procuratores esse saecularium rerum: tur-
pis verbi vel facti jocularorem esse; vel jo-
cum saecularem diligere, aleas amare, or-
namentum pecuniosum propositi suo quae-
rere, in deliciis vivere velle, gulam & ebrie-
tatem sequi, pondera injusta vel mensuras
habere, negotium injustum exercere. Nec
tamen justum negotium est contradicendum
propter necessitates diversas; quia legimus
sanctos apostolos negotiatos esse, & in regu-
la sancti Benedicti praecipitur praevidere,
per quorum manus negotium monasterii tran-
seat. Canes & aves sequi ad venandum, in
omnibus quibuslibet sit cauffis superfluum
esse. Ecce talia, & his similia ministris al-
taris domini, nec non & monachis, omni-
no contradicimus. de quibus dicit apostolus:
2. Tim. 2. *Nemo militans Deo implicat se negotiis saecu-
laribus.*

XV.

Philipp. 3. Apostolus dicit: *Imitatores mei estote, & ob-
servate eos, qui ita ambulant, sicut habe-
tis formam nostram: non eos observantes qui
sunt inimici crucis Christi, quorum finis inte-
ritus, quorum Deus venter est, & gloria in
confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nо-
stra autem conversatio in coelis est.* Sicut Hie-
ronymus in epistolam ad Galatas ait: Aemu-
lantur autem bene, qui cura videant vel
audiant esse in aliquibus gratias, dona vir-
tutesque, ipsi tales esse desiderant, & fidem,
vitam, atque indufriam eorum, per quae
illa meruerunt, nituntur imitari, ut possint
eis quoque quae bona aemulatione digna funt
consequi, magis quarentes spiritalia quam
carnalia, ut perseverandi gradu ad finem bo-
ni operis pervenire possint. Augustinus in
primo libro de agone Christianorum hanc

A sententiam interpretans dicit: Imitatores mei
estote: sicut & ego Christi. Quare intelli-
gendum est, etiam ipsum apostolum in fe-
meripso triumphasse de potestatibus hujus
mundi, sicut de domino dixerat, cujus se
imitatorem esse profitetur. Imitemur ergo
& nos illum, sicut hortatur, & castigemus
corpus nostrum, & in servitutem redigа-
mus, si mundum volumus vincere. Ali-
quando quidem suo exemplo Christi nos fe-
ri imitatores jubet dicendo: *Imitatores mei* 1. Cor. 11.
estote, sicut & ego Christi. Aliquando qui-
dem de se retiens, ad ipsius imitationem
Dei extendit, dicens: *Estote ergo imitatores* Ephes. 5.
Dei, sicut filii carissimi. Jam vero demon-
ftraos quia nihil ita hanc imitationem pariat,
quam si ita vivat aliquis, ut bonum ejus
in commune proficiat, atque universis uti-
liora provideat, adjunxit: *Ambulate in cari-
tate.* Ideo cum dixiffet, imitatores Dei es-
ftote, continuo de caritate differuit, qua
haec praecipue virtus homines Deo proximos
facit.

XVI.

Saeculum autem reliquere, est, sicut
C Gregorius dicit, faculi voluptatibus contra-
re. Hinc Paulus admonet: dicens: *Qui 1. Cor. 6.
emunt, tamquam non possidentes: & qui utun-
tur hoc mundo, tamquam non utantur.* Et
Gregorius in libro pastorum: Ut videlicet
sic vobis suppetant, & exterius serviant,
quatenus a supernae dilectionis studio animum
non reflectant.

XVII.

Nos autem qui reliquimus saeculum, id
modis omnibus observare volumus, ut arma
spiritalia habeamus, saecularia dimittamus.
laicis vero, qui apud nos sunt, arma porta-
re non praejudicemus: quia antiquus mos est,
& ad nos usque pervenit.

XVIII.

Dominus dicit in euangelio: *Attendite* Matth. 7.
D *a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vesti-
mentis ovium, intrinseсus autem sunt lupi ra-
paces.* Hinc Hieronymus in commentario
Matthaei dicit: De omnibus quidem intelli-
gi potest, qui aliud habitu ac sermone pro-
mittunt, aliud opere demonstrant. Item in
alio loco: *Non omnis qui dicit mihi, Domine,* Matth. 7.
Domine, intrabit in regnum coelorum. Nec
his quidem accommodanda fides est, qui cum
pollent integritate fidei, turpiter vivunt, &
doctrinae integritatem operibus destruunt.
Utrumque enim Dei servis necessarium est,
ut opus sermone, & sermo operibus com-
proberur. Et Beda in tractatu in euangelium
Lucae dicit: Ipse enim finis est, ut mihi du-
plici animo faciamus. Si veram, inquit, & E
non fictam vis habere justitiam, quae verbis
ostentas, etiam factis compensare curato. Et
apostolus. *Dilectio sine simulatione, odientes* Rom. 12.
malum, adhaerentes bono.

ANNO CHRISTI 813.

XIX.

Ut plures non mitrantur in monasteria canonicorum vel monachorum, aut etiam puellarum, quam sufferri possit.

XX.

Capitular. lib. 1. c. 77. Deinde dignum ac necessarium est, ut missi per quæque loca directi, simul cum episcopis uniuscujusque diœceseos, perspiciant locum monasteriorum, canonicorum pariter & monachorum, similiterque puellarum, si in apto & congruo loco sint posita, ubi commodum necessarium possit acquiri, quod ad utilitatem pertinet monasterii, sicut in sancta regula dicitur: monasterium autem ita debet constitui, ut omnia necessaria intra monasterium exerceantur; ut non sit necessitas monachis vel clericis vagandi foras, quia omnino non expedit animabus eorum. Similiter quoque ædificia monasteriorum supradicti missi, & cum eis episcopi, per diversa loca prævideant, si apta sint, & congruentes sanctæ professioni eorum: vel si claustrum firmum habeant, in quo salvari possint animæ in eis commorantium sub disciplina canonica vel regulari. ubi autem aliter inventum fuerit, hoc omnimodis episcopus loci ipsius faciat emendari: ita ut cœdignum professioni eorum custodiam habeant canonici, vel monachi, atque nonnanes, ne detur eis occasio malefaciendi quod absit.

XXI.

Capitular. lib. 1. c. 36. Præcipimus ut unusquisque episcopus sciat per singula monasteria, quantos quisque abbas canonicos in monasterio suo habeat: & hoc omnino ambo pariter provideant, ut si monachi fieri voluerint, regulariter vivant: si nautem, canonice vivant omnino.

XXII.

De clericis vagis, seu de acephalis, id est, de his qui sunt sine capite, neque in fervitio domini nostri, neque sub episcopo, neque sub abbate, sed sine canonica vel regulari vita degentes, ut in libro officiorum secundo, capitulo tertio, de eis dicitur. Hos neque inter laicos secularium officiorum studia, neque inter clericos religio tenet divina, sed solutos atque oberrantes sola turpis vita conspectitur & vaga: quique dum nullum metuunt, explendæ voluptatis suæ licentiam sectantur, quasi animalia bruta, libertate ac desiderio suo feruntur, habentes signum religionis, non religionis officium, hippocentauris similes, nec equi, nec homines. Tales omnino, ubicumque inventi fuerint, præcipimus ut episcopi sine ulla mora eos sub custodia constringant canonica, & nullatenus eos amplius ita errabundos & vagos secundum sua desideria voluptatum suarum vivere permittant. Sin autem episcopis fuis canonice obedire noluerint, excommunicentur usque ad judicium archiepiscopi regionis illius.

Tit. Lotharius.

A Si autem nec ille eos corrigere voluerit, tunc omnino sub vinculis constringantur, usque ad synodum, ut ibi eis judicetur, utrum ad judicium domini nostri, aut ad istam magnam synodum adferantur sub custodia.

XXIII.

De clericis vero hoc statuimus, ut hi qui hactenus inventi sunt, sive in canonico, sive in monachico ordine, consurati sine eorum voluntate, si liberi sunt, ut ita permaneant: & deinceps cavendum, ut nullus tondeatur sine legitima ætate, & spontanea voluntate, vel cum licentia domini sui.

Greg. c. 2. Apollinar. & similia. Vitar. de ab.

B

XXIV.

De clericis adeuntibus imperatorem hoc placet omnibus modis observare, quod de eis in sacris canonibus constitutum.

XXV.

De officio prædicationis, si forte episcopus non fuerit in domo sua, aut infirmus est, aut alia aliqua causa exigente non valuerit, nunquam tamen desit diebus dominicis, aut festivitatibus, qui verbum Dei prædicet, juxta quod intelligere vulgus possit.

XXVI.

Ut presbyteris per monasteria puellarum opportuno tempore liceat missarum solennia celebrare, & iterum ad peccatrices ecclesias redire.

XXVII.

Presbyteri sub sigillo custodiant christma, & nulli sub prætextu medicinæ, vel maleficii, donare inde præsumant. Quod si fecerint, honore priventur.

Capitular. lib. 1. c. 48.

XXVIII.

Presbyteri sine intermissione utantur oratoriis proper differentiam sacerdotii dignitatis.

Ibid. & c. 49.

XXIX.

Ut laici presbyteros non ejiciant de ecclesiis, neque constituant, sine consensu episcoporum suorum.

Ibid. & c. 48. Capitular. lib. 1. c. 49.

XXX.

Ut laici omnino munera injusta non exigant a presbyteris propter commendationem ecclesiæ cuiquam presbytero.

Ibid. & c. 49.

XXXI.

Ut unusquisque episcopus in sua parochia diligenter presbyteros vel clericos inquirat unde sint, & si aliquem fugitivum inventit, ad suum episcopum redire faciat.

Ibid. & c. 49.

E

XXXII.

Litaniæ autem Græco nomine appellantur, quæ Latine dicuntur rogationes. Inter litanias autem & exomologeses hoc differt, quod exomologeses pro sola peccatorum confessione agantur: litaniæ vero indicantur propter rogandum Deum, & impetrandum in aliquo misericordiam ejus. Sed nunc jam utrumque vocabulum sub una designatione habetur.

Pla-

ANNO CHRISTI 813.

XXXIII.

Placuit nobis, ut litania major observanda sit a cunctis Christianis diebus tribus, sicut legendo reperimus, & sicut sancti patres nostri instituerunt, non equitando, nec pretiosis vestibus indutí, sed discalceati, cinere & cilicio induti, nisi infirmitas impederit.

Ibid. c. 48. Capitular. lib. 3. in. 82.

A

XXXIV.

Constituimus ut quatuor tempora anni ab omnibus cum jejunio observentur, id est, in mense Martio hebdomada prima: & feria IV. & VI. & sabbato veniant omnes ad ecclesiam, hora nona cum litaniis ad missarum solennia.

Ibid. c. 84. Concilii Mogunt.

Similiter in mense Junio hebdomada secunda, feria IV. & VI. & sabbato jejunetur usque ad horam nonam, & a carne ab omnibus abstineatur. Similiter in mense Septembrio hebdomada tertia, & in mense Decembrio hebdomada, quæ fuerit plena ante vigiliam natalis domini, sicut est in Romana ecclesia traditum.

XXXV.

Ibid. c. 85. Quod si quis indictum jejunium superbiendo contempserit, & observare cum ceteris Christianis noluerit, in Gangrensi Concilio præcipitur ut anathematizetur, nisi emendare se studeat.

Conc. Gangrens. c. 19. C

XXXVI.

Festos dies in anno celebrare sanctimus. Hoc est diem dominicum pascha, cum omni honore & sobrietate venerari, simili modo totam hebdomadam illam observari decrevimus. Diem ascensionis domini pleniter celebrare. Item pentecosten similiter ut in pascha. In natali apostolorum Petri & Pauli diem unum, nativitatem sancti Joannis Baptistæ, assumptionem sanctæ Mariæ, dedicationem sancti Michaelis, natalem S. Remigii, S. Martini, S. Andreæ. In natali domini dies quatuor, octavas domini, epiphaniam domini, purificationem sanctæ Mariæ. Et illas festivitates martyrum, vel confessorum observare decernimus, quorum in unaquaque parochia sanctæ corpora requiescunt. Similiter etiam dedicationem templi.

Cyprianus. lib. 1. c. 11. Capitular. lib. 1. c. 88.

XXXVII.

Omnes dies dominicos cum omni veneratione decrevimus observari, & a servili opere abstinere: & ut mercatus in eis minime fit, nec placitum, ubi aliquis ad mortem vel ad pœnam judicetur.

XXXVIII.

Ibid. c. 89. Admonemus atque præcipimus, ut decimas Deo omnino dari non negligatur, quas Deus ipse sibi dari constituit: quia timendum est, ut quisquis Deo debitum fuum abstrahit, ne forte Deus per peccatum fuum auferat ei necessaria fua.

XXXIX.

Ibid. c. 90. Reum confugientem ad ecclesiam nemo abstrahere audeat, nec inde donare ad pœ-

ANNO CHRISTI 813.

L.

Omnibus igitur episcopis, abbatibus, cunctoque clero omnino præcipimus vicedominos, præpositos, advocatos, sive defensores bonos habere, non malos, non crudeles, non cupidos, non perjuros, non falsitatem amantes, sed Deum timentes, & in omnibus justitiam diligentes. De judicibus autem, vel centenariis, atque tribunis, seu vicariis, dignum esse censemus, ut si mali fuerint, de ministerio suo abjiciantur.

LI.

De confect. 1. Corpora sanctorum. B

Deinceps vero corpora sanctorum de loco ad locum nullus præsumat transferre, sine consilio principis, vel episcoporum, & sanctæ synodi licentia.

LII.

13 & 8. Nullus mortuus

Nullus mortuus infra ecclesiam sepeliatur, nisi episcopi, aut abbates, aut digni presbyteri, vel fideles laici.

LIII.

Capitular. lib. 5. c. 48.

Ut episcopi inceptuosos pariter investigare studeant omnino præcipimus. Et si pœnitere noluerint, de ecclesia expellantur, donec ad pœnitentiam revertantur.

LIV.

Ibid. c. 25. C

Contradicimus quoque, ut in quarta generatione nullus amplius conjugio copuletur: ubi autem post interdictum factum inventum fuerit, separetur.

LV.

Ibid. c. 120.

I Nullus igitur proprium filium vel filiam de fonte baptismatis suscipiat: nec filiolam, nec commatrem ducat uxorem; nec filiolam cujus filium, aut filiam ad confirmationem duxerit. Ubi autem factum fuerit, separentur.

LVI.

Ibid. c. 101. D

Si quis uxorem viduam duxerit, & postea cum filiastra sua fornicatus fuerit, seu duabus sororibus nupserit; aut si qua duobus fratribus nupserit, seu cum patre & filio, tales copulationes anathematizari & disjungi præcipimus, nec unquam amplius conjugio copulari, sed sub magna districtione fieri.

ANNO CHRISTI 813.

Facta est autem hæc synodus in civitate Moguntia, in claustro basilicæ sancti Albani martyris, anno domini DCCCXIII. & imperii domini Caroli imperatoris anno XIII. Indictione VI. v. Idus Junii. ubi indicerunt episcopi triginta, abbates vero viginti quinque.

NOTÆ SEVERINI BINII.

1 *Concilium*. 2) Hæc synodus Moguntina loco & occasione eadem, qua præcedentes, celebrata fuit, & Richolphi archiepiscopi Moguntini & Caroli magni anno Junii anno Christi DCCCXIII. in claustro basilicæ sancti Albani post tridanum jejunium celebrata. Ita de litaniis, quarum temporibus, clericorum callitudine & corruptione a bellicis nugacis & ætatis hujus hominibus sicite concessis pluria utiliter, pie ac sanctæ constituta fuerunt. Acta synodalia consuli cum manuscripto exemplari, quod ex amplissima sacræ Cæsareæ majestatis bibliotheca Viennensi ad me deferri curavit reverendissimus D. Joannes Palfavius, Hildesheimi qui hoc loco nominatur archiepiscopus sacra pallia, videtur fuisse olim, qui in testamento Caroli apud Reginhanum nominatur & Hildesheimensem loco Hildebaldum Coloniensis archiepiscopus, cui successit Hadebaldus, qui cum Haribaldo, Ebbone Rhemensi, & Herrone Trevirensi, Concilio ad Theodonis villam post hæc tempora celebratæ, sub Ludovico imperatore præsuit interfuit. Vide quæ in præfatione concilium annotavi. Cards & witnesses Acta ecclesiastica Hildesheimensia Ebbonis Remensis episcopi

2 *Moguntiacum*. 3 Sic dictum a Moguntia, quæ antehac Nicolao Serario in hib. fuit Mogunt. ob urbis Galliæ Germaniæ, ab antiquissimis scriptoribus *Magetobrigam* & Mogontiacum : situatior nomine *Mogontiæ*, vulgo *Mentz*, appellata ; cujus etymologiam nominis Serarius quidam a Magog Japhet filio Pelcaxor a magis ex loco per Trebasum expulsis : a Magetro Trojano illi deducunt. Claudius Dreuius Germaniæ Augustæ provinciæ, Tiberii fratre, inquit Suetonius, urbem pacatis antea auxit nativitatem Christi candidissimo videret ejus locum quum nunc est fisa : aliquoties deflruda, sæpe reflaurata fuit. Lingua utitur Germanica : Inter plurima urbis ornamenta, quæ delectabit Suetonius, pulcherrimam Moguntiæ primum inveterum, præcipuum hoc est, quod archiepiscopus Moguntinus urbis a sede apostolica electoralem dignitatem primarium consecutus, convocandi & reliquos congregandi auctoritatem & potestatem habet. Quadraginta tres archiepiscopi electores fuere. Bonifacius Germanorum martyr & apostolus, primus archiepiscopatum a sede apostolica imperavit. Fuere ac Magontiæ urbis fœnus (ut vulgata ementaria habet fabula) ad Romanum pontificatum erecta, infra suo loco dicidam.

Card. & witnesses ibid.

ANNO CHRISTI 813.

X. *De officio pastorum.*

XI. *De omnium prælatorum subditorumque disciplina.*

XII. *De ratione pœnitentiæ.*

XIII. *De officio principalibus virtis.*

XIV. *Ut episcopi divina lectioni incumbant.*

XV. *De prædicatione episcoporum.*

XVI. *Ut episcopi & presbyteri confitentium peccata recte discutiant.*

XVII. *Ut episcopi & abbates ante se joca turpia fieri non permittant.*

XVIII. *Quod miseribi Dei a comessationibus & vinolentiis abstinere debeant.*

XIX. *Ut episcopi & judices judicia discernant.*

XX. *Ut presbyteri de minori titulo ad majorem non transeant.*

XXI. *Ut deponatur presbyter qui ecclesiam pretio acquisivit.*

XXII. *Cum sacerdotibus femine non habitent, nisi quæ prædicta Nicæna synodus.*

XXIII. *De vita & conversatione abbatum.*

XXIV. *De episcopis & vicedominis constituendis.*

XXV. *Ut monachi & canonici confiderent qualiter Deo militare valeant.*

XXVI. *Ut monachi & canonici tabernas cibi potusque causa non introeant.*

XXVII. *Ut in monasteriis pueri æquo non sustipiantur.*

XXVIII. *De fugiendæ cupiditate & avaritia.*

XXIX. *Ut monachi ad placita non eant.*

XXX. *Ut clerici & monachi negotiis sæcularibus se non implicent.*

XXXI. *Ut diffentio fervetur inter pœnitentes.*

XXXII. *Ut turpia lucri & usuras non exercent.*

XXXIII. *Ut monasteriis puellarum necessaria suppeditentur a prælatis.*

XXXIV. *Ut vidua sub potestate vivant episcopi.*

XXXV. *De iis quæ dictus dominicis fieri non debent.*

XXXVI. *De iis qui malo ingenio res alienas acquirunt, & pro his pretarias faciunt.*

XXXVII. *De his qui res ecclesiæ in precarium per malum ingenium acquisierint.*

XXXVIII. *De decimis.*

XXXIX. *De munera pro placitis exigentur.*

XL. *Ut pro domino imperatore, & liberis ejus, orationes augeantur.*

XLI. *De solidi per quadrajuma denarios discurrant.*

XLII. *Ut pergentibus ad servitium regis mansio non negetur.*

XLIII. *De lites & jurgia terminum habeant.*

XLIV. *De falsis testibus coercendis.*

PRÆFATIO.

HIC est ordo capitulorum breviter annotatus, quæ anno dominicæ incarnationis DCCCXIII. notata sunt in conventu metropolitanæ sedis Rhemensis ecclesiæ a domino Carolo piissimo Cæsare, more piisorum imperatorum congregato, ordinante Vulfario ejusdem sanctæ sedis archiepiscopo, & ceteris quamplurimis patribus & fratribus in eodem conventu divina largiente clementia residentibus. Primo omnium mediante mense Majo, Deo inspirante, ab eisdem venerabilibus patribus instituto est secundum consuetudinem jejunium. Quod

A tribus triduanum, quatenus ipso misserante ea quæ ad laudem & gloriam sui sancti nominis, & ad mercedem præfati gloriosissimi principis nostri, seu correctionem totius Christiani imperii, in eo consideranda vel statuenda erant, eo cooperante, secundum suam magnam misericordiam piissima voluntate ordinari mererentur.

CANONES.

I.

Capitulum primum est de fidei ratione, ut unusquisque juxta intellectum suæ capacitatis, domino largiente, discerat & intelligeret, atque operibus pleniter obserVaret.

II.

Ut orationem, quam dominus noster Jesus Christus discipulos suos orare docuit, verbis discerent, & sensu bene intelligerent: quia illam ignorare nulli Christiano licet.

III.

Ut quicumque ad gradus ecclesiasticos condigne ascendere voluerit, unusquisque intelligeret qualiter secundum possibilitatem intellectus sui in eo gradu, ubi constitutus est, Deo militare, & sequm valeret custodire.

IV.

Ut ea quæ scripta sunt superius unusquisque secundum a Deo sibi collatum gradum operibus perficere valeret, resistentibus cunctis lectæ sunt epistolæ Pauli, qualiter subdiaconi ministerium est eumdem apostolum legere, ut officium sibi commissum implere rectius potuisset.

V.

Lectum est evangelium, ut diaconi etiam instrueretur, qualiter Christo, cujus fungunter officio, condigne valerent ministrare.

VI.

Missarum ibi discussa est ratio, ut presbyteri minus anten scientes intelligerent, qualiter missarum solennia deinceps dignius celebrare deberent.

VII.

Baptisterii & catechumenorum ventilata est ratio, ut sacerdotes plenius intelligerent, qualiter condignis ordinibus efficerent Christianum.

VIII.

Lecti sunt sancti canones, ut quisque canonicus legem vitamque suam minime ignoraret, quod omnimodis non expedit, sicut in decretali legitur Innocentii.

IX.

Lecta est regula sancti Benedicti, ut ad memoriam reduceretur abbatibus minus

CAROLI MAGNI IMPERATORIS JUSSU

In Rhemorum metropoli a Vulfario ejus sedis archiepiscopo congregatum anno Christi DCCCXIII. Leonis III. papæ XVIII. Caroli ejusdem regis & imperatoris XLV.

TITULI CANONUM.

1. *Ut fidei rationem unusquisque discat, & operibus observet.*
2. *Quod orationem dominicam ignorare Christiano non liceat.*
3. *Ut clerici omnes sui quisque gradus officium*

E *intelligant.*
4. *De officio subdiaconi.*
5. *De officio diaconi.*
6. *De missarum solennibus rite celebrandis.*
7. *De baptismi sacramento.*
8. *De vita canonicorum.*
9. *De regula monachorum.*

X. De

1 Hoc capitulum erat Fulbertus Carnot. in epist. 53. ex Concilio Lepiniensi sub Zacharia Papa, sub Principe Carolo Magno *Burdelensi*.

ANNO CHRISTI 813.

scientibus, si qui forte adfuerint, qualiter A
& se & suos secundum eamdem regulam custodire valerent atque gubernare.

X.

Lectæ sunt sententiæ libri pastoralis beati Gregorii, ut pastores ecclesiæ intelligerent, quomodo ipsi vivere, & qualiter sibi subjectos debeberent admonere: quoniam, teste eodem beato Gregorio, aliter admonendi sunt prælati, atque aliter subditi.

XI.

Diversorum ibi sententiæ relatæ sunt patrum, ut audientes in omnibus quæ supra inserta leguntur, tam prælati quam subditi, in Dei laudibus roborati, de his quæ audierant, fructum boni operis contenderent reddere. B

XII.

Omnibus his actis, ventilata est ratio pœnitentiæ, ut sacerdotes certius intelligerent, quomodo confessiones recipere, & pœnitentiam secundum canonicam institutionem pœnitentibus deberent iudicare.

XIII.

Ventilata est ratio octo principalium vitiorum, ut unusquisque diverticatem illorum C fcirer, & ab illis domino auxiliante se intelligeret custodire, & aliis prædicare.

XIV.

Ut episcopi diligentius operam dent, lectionique divinæ incumbant, id est, canonicis libris, & opusculis patrum, & verbum Dei omnibus prædicent.

XV.

Ut episcopi sermones & homilias sanctorum patrum, prout omnes intelligere possint, secundum proprietatem linguæ prædicare studeant. D

XVI.

Ut episcopi & presbyteri examinent, qualiter confitentibus peccata dijudicent, & tempus pœnitentiæ constituant.

XVII.

Adde 1. c. 12. Ut episcopi & abbates ante se joca turpia facere non permittant, sed pauperes & indigentes secum ad mensam habeant, & lectio divina ibi personet, & sumant cibum cum benedictione & laude domini, secundum 1. Cor. 10. apostolum: *Sive manducatis, sive bibitis, omnia in laudem Dei facite.*

XVIII.

Episcopi, & Dei ministri, non debent commessationibus & vinolentiis nimiis incumbere, sed considerent sententiam domini dicentis: *Attendite ne graventur corda vestra in crapula & ebrietate.* Moderate enim cibum & necessarium potum sumant, ut juxta apo- Luc. 21. stolum febris sint, parati ad servitium domini.

XIX.

Adde 3. cap. 15. Ut episcopi & judices judicia diffcrnant: quia sunt quædam judicanda modo, quæ-

dam Dei judicio reservanda. Scriptum est enim: *Nolite ante tempus judicare, quoad-* 1. Cor. 4. *usque veniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuique a Deo.* Et illus memores sint: *In quo enim judicio ju-* Matth. 7. *dicaveritis, judicabitur & vobis.*

XX.

Ut presbyteris de minore titulo ad majorem non liceat transmigrare.

XXI.

Ut quicumque presbyter per pretium gradum & ecclesiam acquisierit, deponatur.

XXII.

Ut a sacerdotibus omnis suspicio mulierum fanditus eradicetur: cum quibus etiam nulla habitatio eis concedatur, præter illam quæ in Nicæna synodo permittitur, id est, matrem, aut sororem, vel eas tantum personas, a quibus omnes suspiciones effugiant.

XXIII.

Ut in victu, vel vestitu, vel conversatione abbatum, qui monachos habere germinatur, Dei voluntas & domini imperatoris impleatur.

XXIV.

Ut præpositi & vicedomini secundum regulas vel canones constituantur.

XXV.

Ut monachi & canonici pariter consilium habeant, qualiter Deo militare, animasque eorum melius valeant custodire, ne propter aliquam necessitatem occasionem quærant vagandi, & inter ipsos propter hoc locus tentandi detur diabolo.

XXVI.

Ut monachi & canonici tabernas ad edendum vel bibendum non ingrediantur, sicut in concilius Laodicensi & Africano legitur esse Laodicen. can. 5. interdictum.

XXVII.

Ut in civitatibus, & monasteriis, non major numerus servientium Deo mittatur, quam possibilitas eis ministrandi fuerit.

XXVIII.

Ut cupiditatis & avaritiæ malum nullatenus sectetur, sicut Carthaginense interdicit concilium.

XXIX.

Ut monachi ad placita secularia nullate- Conc. nus vadant.

XXX.

Ut nemo sacerdotum, vel monachorum, negotiis illicitis se implicet, quomodo scriptum est: *Nemo militans Deo implicat se ne-* 2. Tim. *gotiis secularibus.*

XXXI.

Ut diferrio servanda sit inter pœnitentes, qui publice & qui absconse pœnitere debent.

Ut

ANNO CHRISTI 813.

XXXII.

Ut turpia lucra & usuras minime exerceant, sicut ipsum habet Concilium. A

XXXIII.

De monasteriis puellarum considerandum est, & domini imperatoris misericordia imploranda, ut victum & necessaria a sibi prælatis consequi possint sanctimoniales, & vita illarum & castitas secundum fragilitatem sexus diligenter provisa tueatur.

XXXIV.

Ut viduæ non sint in deliciis, sed secundum apostolum sub potestate episcopi vivant B sicut decet.

XXXV.

Ut diebus dominicis secundum domini præceptum nulla opera servilia quilibet perficiat, nec ad placita conveniat, nec etiam donationes in publico facere præsumat, neque mercata exerceat.

XXXVI.

Ut quicumque per capitularem, & malum ingenium, aliorum res sibi acquisierint, & pro ipsis rebus ecclesiæ illis in precaria redderint, & in postmodum datoribus displiceurit, pars ecclesiæ quod suum est ha- C beat, & illi quæ sua sunt absque ullius contractione recipiant. Post hæc vero, si qui hoc malum perpetrati sunt, secundum modum culpæ pœnitentiam agant, & deinceps res aliorum cupide & procaciter recipere non præsumant, nisi tantum quod pro sola eleemosyna eas Deo dare voluerint, vel etiam ipsas, quas donant, in nomine suo & filiorum suorum, in precariam recipere voluerint.

XXXVII.

Ut si quilibet hominum res ecclesiæ per mendacia, vel mala ingenia, in precariam sibi acquirere & habere voluerit, & post fa- D ctas precarias, eadem mendacia ad aures ejusdem rectoris ecclesiæ delata fuerint, ipsa ecclesia res suas, quæ ei mendaciter abstractæ fuerint, pleniter absque ullius contradictione omnimodis recipiat. Ille vero, qui res suas per eadem mendacia propter cupiditatem ipsius precariæ eidem ecclesiæ traditi, simili modo in fuam recipiat dominationem.

XXXVIII.

Ut decimæ plenter dentur.

XXXIX.

Ut nullus homo munera pro placitó requirat, aut accipere præsumat.

XL.

Ut pro domino imperatore, suaque nobilissima proles, orationes & oblationes super has quæ hactenus pro ipsis Deo omnipotenti oblatæ sunt, augeantur, ut eos suis temporibus in præsenti sæculo cum omni felicitate custodiat, & in futuro cum sanctis angelis suis pia miseratione gaudentes efficiat.

XLI.

Ut dominus imperator secundum statutum bonæ memoriæ domini Pippini misericordiam faciat, ne foliti, qui in lege habentur, per quadraginta denarios difcuirrant: quoniam propter eos multa perjuria, multaque falsa testimonia reperiuntur.

XLII.

Ut in sua eleemosyna firmiter statuat, ne quilibet in suum pergentibus servitium ullatenus prohibere audeat magnonem, neque aliis quibus necessitas incumbit.

XLIII.

Ut ejus magnificum cuncto imperio ejus suis & futuris temporibus firmetur capitulum, sive ab anno xxx. a quo adhuc testes haberi possunt, seu etiam ab illo, a quo felicissimum regnum ejus sumpsit exordium, qualiter omnes jures & jurgia in sua misericordia terminum habere potuissent: quoniam pro talibus multa perjuria, multæque dissensiones oriuntur in populo.

XLIV.

Ut de falsis testibus ejus simili modo pissumus firmetur capitulum, qualiter & hoc quod ille Bononiæ statuit firmissimum habeatur: & adhuc quærantur, quatenus in sua pissima misericordia, si necessaria sunt augeantur: ne propter eorum falsa testimonia iniquaque perjuria, tot damna, totque injustitiæ oriantur.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium.*] De *causis*, tempore & occasione hujus Concilii Rhemis celebrati, vide quæ ex annalibus Francorum supra annoi in Concilio Aachensi IV. verbo *Concilium*.

b *Rhemense.*] Sic dictum a Rhemis in Gallia Belgica, quæ haud procul a Mosomo fluvio dittat. Eft vero metropolis cujus suffraganei sunt omnes episcopi eadem in Gallia Belgica siti. Rex Francorum ab archiepiscopo Rhemensi unguitur & consecratur. Vide Protheramum libro 2. capite 5. Plinium libro 4. cap. 17.

De eadem Frodoardus libro 2. capite 18. ita: Hoc etiam Vulfario præsule ordinante congregatum reperitur Rhemis ab imperatore Carolo Magno Concilium plurimorum patrum in quo constituta XLIV. cognitur capitula in quibus de fidei ratione, atque Dei ecclesiæ honore, reformumque ipsius ac mundiformam dispositione, reglique fidelitate atque totius regni utilitate tractatum est. Rhemorum urbs in Gallia.

ANNO CHRISTI 813. CONCILIUM TURONENSE III. ANNO CHRISTI 813.

QUOD CAROLI MAGNI IMPERATORIS JUSSU

In Turonorum urbe celebratum est anno Christi DCCCXIII. Leonis III. papæ XVIII. Caroli ejusdem regni anno XLV. imperii vero XIII.

TITULI CANONUM.

I *Ut omnes obedientes & fideles sint domino imperatori, Deumque pro illo assidue orent.*

II. *Ut episcopi studiosè legant evangelium & epistolas B. Pauli cum sanctorum patrum expositionibus.*

III. *Quod episcopi canones, & libram pastoralem sancti Gregorii ignorare non debeant.*

IV. *Ut episcopi gregem sibi commissum sacra prædicatione, vitæque sua exempla doceant.*

V. *Ut episcopus parcus mensa sit contentus, cibum sacram lectionem adhibeat.*

VI. *Ut peregrini & pauperes convivæ sint episcoporum.*

VII. *Ut episcopi omnium generum illecebras, histriones, ac turpes jocos refugiant.*

VIII. *Ut episcopi a sæcularibus ludis, & venationibus abstineant.*

IX. *Presbyteri & diaconi episcopi sui vestigia bonis moribus confectentur.*

X. *Episcopi pauperum curam habeant, & res ecclesiasticas caute dispertiri.*

XI. *Ut liceat episcopis præsente clero thesaurum ecclesiæ pauperibus erogare.*

XII. *Ut presbyter ante XXX. annos non ordinetur; & ut in episcopio ante ordinationem C probetur.*

XIII. *Inquirant episcopi, ne qui alterius parochiæ presbyter officium celebrare præsumas sine litteris commendatitiis.*

XIV. *De titulo minori ad majorem migrare presbytero non liceat.*

XV. *Ut presbyter, qui alterius ecclesiam pretio adeptus fit, deponatur: & ut nulli presbytero ecclesiam æræ liceat sine consensu episcopi:*

XVI. *De decima singularium ecclesiarum a presbyteris conjuncta episcopo dispensanda.*

XVII. *De homilia, quas habere debent episcopi.*

XVIII. *Ut episcopi baptismi sacramentum exacte tradant presbyteris.*

XIX. *Ut presbyteri corpus domini quibuslibet personis indifferate non tribuant.*

XX. *Ut presbyteri sacrum chrisma extra conclave non relinquant.*

XXI. *Presbyteri laborias, cibi parsque cauſſa, non ingrediantur.*

XXII. *Ut episcopi decernant quis possimum liber panitentialis sit sequendus.*

XXIII. *De vita canonicorum, qui in episcopiis conversantur.*

XXIV. *De canonicis, qui sub abbate viuunt in monasteriis.*

XXV. *De monasteriis monachorum regula sancti Benedicti.*

XXVI. *De monasteriis puellarum.*

XXVII. *Ut juvenes vidua cito non velentur.*

XXVIII. *Ut virgines sacrum velamen ante XX. annos sine necessitate non accipiant.*

XXIX. *Clerici in clausiris puellarum ne habitent, earumque monasteria, quæ ad ecclesiastica officia non interent: alii nominibus omnis aditus*

A *præcludatur.*

XXX. *Abbatiæ sine episcopi licentia non exeant nisi cum ad imperatorem ire voluerint.*

XXXI. *Ne in monasteriis plures admittantur, quam facultas ferat.*

XXXII. *Ut omnes inter se pacem & concordiam habeant.*

XXXIII. *Quomodo comites & judices erga episcopos gerere se debeant, & episcopi erga illos.*

XXXIV. *Ut comites & judices vilos personas ad testimonium non admittant.*

XXXV. *Nullus pro judicii munus exigat vel accipiat.*

B XXXVI. *Ut unusquisque pauperes suos alere studeat.*

XXXVII. *Quod exceptis diebus dominicis, & tempore paschali, flexis genibus orandum sit.*

XXXVIII. *Quomodo fideles ad ecclesiam convenire, atque in ea versari debeant.*

XXXIX. *Ut in ecclesiis, tanquam atriis placita non fiant.*

XL. *Ut mercata & placita die dominico non fiant.*

XLI. *De criminosis, qui sacerdotali admonitione non corrigantur, seculari penitentia coercendis.*

XLII. *Quod magicæ artes ad curandas hominum vel animalium infirmitates nihil conferant.*

C XLIII. *De prohibenda jurandi consuetudine.*

XLIV. *De sublevandis pauperibus, quia potentioribus opprimuntur.*

XLV. *Ut justa mensuræ sint pondera & mensura.*

XLVI. *Ut nona & decima solvatur ab iis qui debent, & ecclesiasticorum ac monasteriorum res restauentur.*

XLVII. *De observandis jejuniis, quæ pro aliqua necessitate indicuntur.*

XLVIII. *De vitanda crapula & ebrietate.*

XLIX. *Ut domini fidelibus suos non vexent.*

L. *Pelaci homines ter saltem in anno communicent.*

LI. *De iis qui ab traditione ecclesiæ a parentibus*

D *fallax exheredati dicebantur.*

PRÆFATIO.

QUantum plissimi imperatoris nostri excellens animus divinæ sapientiæ fulgore sit irradiatus ac ad gubernandum præcinctum rerum statum, ipsius imperii sibi a Deo dati liquido testantur negotia: quæ quanta sint industria administrata, quantaque prudentia ordinata, qui sapiens ac intelligens est, facile perspicere potest, & eo præcipue, quod hic toto animo invigilat, investigando quæ ad pietatem & veram religionem pertinent, quorum fructus hominem in bono beatitudinis collocat. His igitur lucentus, pios ac religiosos Dei sacerdotes, ecclesiæ gubernacula in regno sibi divina largitate collato tenentes, salubertimis exhortationibus admonuit, ut operam darent & actibus eminerent, quibus & se bene operando, & sibi commissos verbis & exemplis instruendo regerent. Definitum itaque de locis & tempore, quando & ubi conduuari fuerit opus: & quod a tanto principe no-

ANNO CHRISTI 813. nobis injunctum est, ad statuta loca convenimus. Siquidem urbe Turonis congregati episcopi, abbates, & venerabilis clerus, pro parvitate nostra, pauca quæ ad tantum opus pertinere animadvertimus, & quæ secundum canonicam regulam emendatione indigent, distincte per capitula annotavimus serenissimo imperatori nostro ostendenda. ANNO CHRISTI 813.

A gor animi emolliri posse credatur, (quod de aliquibus generibus muſicorum, aliisque nonnullis rebus sentiri potest) Dei sacerdotes abstinere debent: quia per aurium, oculorumque illecebras, vitiorum turba ad animam ingredi solet. Histrionum quoque turpium, & obscenorum infolentias jocorum, & ipsi animo effugere, ceteriique sacerdotibus effugienda prædicare debent.

VIII.

Sacerdotibus non expedit, sæcularibus & Ibid. cap. turpibus quibuslibet interesse jocis: venationes quoque ferarum vel avium minime sectentur.

IX.

Presbyteri quoque & diaconi in omnibus Ibid. cap. bonorum exhibitionibus sui episcopi vestigia sectentur; & in bonorum morum probitate, quæ episcopo sunt observanda, eadem & sibi observanda esse cognoscant.

X.

Episcopi quidem maximam curam & solli- Ibid. c. 15. citudinem circa pauperes habeant, & resecclesiasticas ecclesiis collatas cauta circumspectione dispenſent, quasi Dei ministri, non quasi turpis lucri sectatores: illisque ita utantur, non ut propriis, sed ut sibi ad dispensandum commissis.

XI.

Licitum sit episcopis, præsentibus presbyteris & diaconis, de thesauro ecclesiæ, familiæ & pauperibus ejus ecclesiæ, fecundum canonicam institutionem, juxta quod indiguerint, erogare. Ibid. c. 46.

XII.

Presbyterum ordinari non debere ante le- Ibid. c. 48. gitimum tempus, hoc est ante XXX. ætatis annum: sed prius quam ad consecrationem presbyteratus accedat, maneat in episcopio diligenti gratia officium sumi tamdiu, donec possint & mores & actus ejus animadverti: & tunc, si dignus fuerit, ad sacerdotium promoveatur.

XIII.

Ut unusquisque episcoporum parochiam Ibid. c. 49. suam diligenter perlustrari nitatur, ac aliquis presbyter ab alterius parochia in suam commigrans, officium celebrare præsumat sine litteris commendatitiis, sicut olim multis in locis actum esse repertum est.

XIV.

De titulo minori ad majorem migrare nul- Ibid. c. 50. li presbytero licitum sit: sed in eo permaneat, ad quem ordinatus est. Quod si inventus fuerit contra statuta id facere, eadem feriatur sententia, qua episcopus, si de minore ad majorem transmigraverit sedem.

XV.

Quicumque presbyter per pretium ecclesiam fuerit adeptus quolibet expulso, omnimodis

CANONES.

Primo omnium admonuimus generaliter cunctos, qui nostro conventui interfuere, ut obedientes sint domino excellentissimo imperatori nostro, & fidem, quam ei promiſſam habent, inviolabiliter conſervare ſtudeant. Orationes quoque assiduas intente fundere pro ejus ſtabilitate ac incolumitate omnes ſe velle, ſecundum noſtram admonitionem, unanimiter profeſſi ſunt, ut miſericordia divina longiori ævo illius manſuetudinem conſervare digneturi.

II.

Ut omnes episcopi ſtudioſe operam divinæ lectioni: ſanctum euangelium, & epiſtolas beati Pauli apoſtoli, non ſolum crebro lectitent, ſed etiam quantum poſſint, memoriæ ſtudeant commendare: ſanctorumque patrum opuſcula ſuper eadem expoſita devote frequentent. Similiter & de ceteris libris canonicis faciant.

III.

Nulli epiſcopo liceat canones, aut librum paſtoralem a beato Gregorio papa editum, ſi fieri poteſt, ignorare in quibus ſe debet unuſquiſque, quaſi in quodam ſpeculo, aſſidue conſiderare.

IV.

Sollicite ſtudeat unuſquiſque epiſcopus gregem ſibi commiſſum ſacra prædicatione, quid agere, quidve vitare debeat, informare. Et ipſe epiſcopus vita, habitu, forma & converſatione ſancta, ſuis ſit ſubjectis exemplum, ut juxta dominicam vocem, videant opera ejus bona, & glorificent patrem Deum, qui in cœlis eſt. Matth. 5.

V.

Epiſcopum non oportere nimium profuſis incumbere convivis: ſed parco & moderato contentus ſit cibo, ne videatur domini abuti ſententia dicentis: *Attendite ne graventur corda veſtra in crapula & ebrietate.* Et quanduu convivatur, potius ſacra lectio ante menſam ejus recitetur, quam otioſa a fuſſuronibus reſonent verba. Luc. 21.

VI.

Peregrini & pauperes convivæ ſint epiſcoporum: cum quibus non ſolum corporali, ſed & ſpiritali refi cianiur alimento.

VII.

Ab omnibus, quæcumque ad aurium & ad oculorum pertinent illecebras, unde vi- Addit. p. cap. 42.

ANNO CHRISTI 813.

modis deponatur, quoniam & ille contra ecclesiasticæ regulæ disciplinam agere dignoscitur, qui alium presbyterum legitime ad ecclesiam ordinatum per pecuniam expulerit, eamque sibi taliter vindicaverit. Quod vitium late diffusum summo studio emendandum est, Iremque interdictendum videtur clericis, sive laicis, ne quis cuilibet presbytero præsumat dare ecclesiam sine licentia & consensu episcopi sui.

XVI.

Addit. 3. c. 5. Ut decimæ quæ singulis dabuntur ecclesiis, per consulta episcoporum a presbyteris ad usum ecclesiæ & pauperum summa diligentia dispensentur.

XVII.

Usum est unanimitati nostræ, ut quilibet episcopus habeat homilias continentes necessarias admonitiones, quibus subjecti erudiantur, id est de fide catholica, prout capere possint, de perpetua retributione bonorum, & æterna damnatione malorum; de resurrectione quoque futura, & ultimo judicio, & quibus operibus possit promereri beata vita, quibusve excludi. Et ut eadem homilias quisque aperte transferre studeat in rusticam Romanam linguam, aut Theotiscam, quo facilius cuncti possint intelligere quæ dicuntur.

XVIII.

Episcoporum sit magna sollicitudo, presbyteris suis tradere baptismi sacramentum, & quid in eodem renuntiandum, quidve credendum sit. Renuntiatur ergo diabolo, & omnibus operibus ejus, & omnibus pompis ejus. Opera ejus intelliguntur & sunt homicidia, fornicationes, adulteria, ebrietates, & multa alia his similia: quæ nimirum diabolico instinctu prius cogitatione mentis concipiuntur, quam opere perpetrentur. Pompæ vero ejusdem sunt superbia, jactantia, elatio, vana gloria, risus, & alia quamplurima, quæ ex his oriri videntur.

XIX.

Presbyteri omnino admonendi sunt, ut cum sacra missarum solennia peregerint, atque communicaverint, pueris aut aliis quibusliber personis adstantibus corpus domini E indiscrete non tribuant. Qui si forte majoribus peccatis fuerint irretiti, magis sibi damnationem quam remedium comparant, 1. Cor. 11. juxta sententiam apostoli dicentis: *Quicumque manducaverit panem, vel biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.*

XX.

Item presbyteris injungendum est, ne fas cum clamina foras concl ave dimittant, ubi a quolibet videri possit. Nam criminosos eo-

A dem chrismate unctos aut potatos, nequaquam ullo exemine deprehendi posse a multis putatur.

XXI.

Servandum presbyteris firmiter statuimus, ne tabernas ingrediantur comedendi bibendive caussa. Quod si, post hæc statuta, facere præsumpserint, canonica decernimus sententia feriendos.

XXII.

Episcopis & presbyteris diligenti cautela pertractandum est, qualiter hominibus sua pili delicta confitentibus tempus absti nendi adsc riberat, ut juxta modum peccati pœnitentibus abstinentia indicatur: quoniam varie ab aliquibus facerdotibus & indiscrete hæc judicia proferuntur. Ideo necessarium videbatur nobis, cum omnes episcopi ad sacrum palatium congregati fuerint, ab eis edoceri, cujus antiquorum liber pœnitentialis potissimum sit sequendus.

XXIII.

Canonici & clerici civitatum, qui in episcopiis conversantur, consideravimus ut in claustris habitare debeant simul omnes in uno dormitorio dormiant, simulque in uno refectorio, quo facilius possint ad horas canonicas celebrandas occurrere, ac de vita & conversatione sua admoneri & doceri: victum & vestimentum juxta facultatem episcopi accipiant, ne paupertatis occasione compulsi per diversa vagari, ac turpibus se implicare negotiis cogantur: dimissoque ecclesiastico officio incipiant indisciplinate vivere, & propriis deservire voluptatibus.

XXIV.

Simili modo & abbates monasteriorum, in quibus canonica vita antiquitus fuit, vel nunc videtur esse, sollicite fuis provideant canonicis, ut habeant claustra & dormitoria, in quibus simul dormiant, simulque refician tur, horas canonicas custodiant, victum & vestimenta juxta quod poterit abbas habeant, quo facilius ad Dei servitium possint constringi: sintque abbates sibi fubditis bene vivendo duces & præ vii, viamque demonstrent, qua recte gradiendo ad meliorem vitam pervenire valeant.

XXV.

Monasteria monachorum, in quibus olim regula B. Benedicti patris conservabatur, sed nunc forte qualicumque negligentia subrepente remissius ac diffolutius custoditur; vel certe penitus abolita negligitur, bonum videtur ut ad priftinum reverta ntur statum, & abbates eorumdem in eodem habitu & vita, qua ipfa regula præcipit eos incedere, vivere studeant: quoniam aliqua sunt monasteria, in quibus jam pauci sunt monachi, qui prædicti patris regulam fuis abbatibus promissam habeant: quippe cum ipfi abbates magis ca-

ANNO CHRISTI 813.

nonice, quam monachice, inter fuos conversari videntur.

XXVI.

Porro in monasteriis puellarum multa inveniri possunt, quæ emendatione indigeant. Nam quædam abbatissarum negligentius, quam oporteat, vivere dicuntur, & ob hoc earum vita & conversatio a multis diffamatur: Sed & talium actus fubditam fimilibem imitari velle credendum est. Victus etiam ac vestimenta, aliaque nonnulla necessaria, quæ jure abbatissis præparari debuerant, abstracta sibi eadem conqueritur familia.

XXVII.

Addit. 2. cap. 13. Ut juvenes vidux cito nequaquam velentur, ufque dum probetur illarum religio, & boni ab eis nota fit conversatio: ne forte de eisdem dici possit ab apostolo: *Quæ autem in delicis sunt, viventes mortuæ sunt.*

XXVIII.

Virginibus quoque sacrum velamen accipiendum decreta patrum interdicunt ante xxv. annos, nisi forte aliqua cogente necessitate, pro qua licitum est hæc statuta mutare, ut in canonibus, si requiratur, inveniri poterit.

XXIX.

Presbyteris, diaconibus, cæterisque clericis, infra claustra monasteriorum puellarum non sit concessum habitare. Neque enim intrent monasteria, nisi tempore quo missarum solennia celebranda sunt, vel ala quæ liber ecclesiastica officia peragenda: quibus peractis, statim egredi debeant, ne ibi postea aliquam moram faciant. Similiter & aliis hominibus, eadem monasteria importune frequentare cupientibus, omnis aditus præcludatur.

XXX.

Abbatissæ absque fui episcopi licentia foras egredi non habeant potestatem, nisi cum ad pissimum imperatorem nostrum proficisci voluerint: sed tantum in fuis permaneant monasteriis, ibique & seipsas custodire, sibique commissas servare, quanta poterunt vigilantia, decerrent.

XXXI.

Ut in monasteriis canonicorum, monachorum, seu puellarum, major hominum numerus non admittatur, quam facultas monasterii possit sufferre.

XXXII.

Omnes homines & maxime Christiani, studeant inter se pacem, unanimitatem & concordiam habere; odium vero & discordiam longe a se propellere: neque pro terreno & caduco quæstu, quis invidiæ stimulis agitatus felicitati fratris invideat; sed potius bona quæ sibi optat, eadem & proximis æqualiter cupiat.

XXXIII.

Comitibus, judicibus, reliquoque populo Deo expedit, ut fuis fint episcopis condescendentes & obedientes propter Dei amorem, fuique ordinis honorem, & semper ab eis utile quærant consilium, illorumque salubria non sperannt monita, fed intenta cordis aure audiant. Similiter vero & episcopi prædictas personas humiliter fuscipiant, honorificeque ergo eos in omnibus agant: & fic fese mutuis studeant fublevare consolationibus.

XXXIV.

Summopere admonendi sunt comites & judices, ne viles & indignas personas coram se permittant ad testimonium accedere: quoniam multi sunt, qui pecierare pro nihilo ducunt: in tantum ut pro unius diei fatietate, aut pro qualibet parvo pretio, ad juramentum conducti possint, animæ fuæ periurio perdere minime formidene. Quamobrem tales nequaquam ad quodlibet testimonium admittendi sunt. Et hoc notandum, quod non folum illi qui pejerant, fed etiam qui periuris consentiunt, simili plectendi sunt damnatione.

Addit. 3. cap. 14.

XXXV.

Nullus Christianus pro qualibet placito, vel judicio, a qualibet persona munera exigere, aut accipere debet: quoniam id divina scriptura multis in locis magna interdictit auctoritate, teste scriptura quæ ait: *Munera excæcant oculos sapientum, & subvertunt verba justorum.*

Deut. 15.

XXXVI.

Omnibus communiter intimetur, ut unusquisque omni tempore fuam familiam, & ad fe pertinentes inopes alere ac vegetare studeat: quoniam impium est, & Deo odibile, eos qui divitiis affluunt, nimiisque opibus abundant, non adjuvare miseros & indigentes.

XXXVII.

Sciendum est, quod exceptis diebus dominicis, & illis solennitatibus, quibus & universalis ecclesia, ob recordationem dominicæ resurrectionis solet ftando orare, fixis in terra genibus suppliciter Dei clementiam nobis profuturam, nostrorumque criminum indulgentiam depofcendum est: cujus rei in exemplo ipse dominus nobis dedit exemplum. Sed & Stephanum martyrem, & apostolum Paulum eadem fecisse liber Actuum apostolorum testis est. Ex quibus intelligi datur, oportere Christianum humiliter ad terram prosterni, ne forte illi dicatur: *Quid super bis, terra & cinis?*

Luc. 22.

Act. 7. & 20.

XXXVIII.

Sacerdotes debent fideles admonere, ut quando ad ecclesiam conveniunt, fine ftrepitu ac tumultu eam ingrediantur: in qua etiam quamdiu orationis causfa morantur, nequaquam inanes inter se proferant confabu-

la-

ANNO CHRISTI 813.

lationes. Sed & tempore quo missarum solennia celebrantur, non solum ab otiosis & inutilibus verbis, verum etiam & a pernicessis cogitationibus funditus abstinendum est.

XXXIX.

Addit. 2. cap. 38. Placita quidem saecularia in ecclesiis, vel in atriis ecclesiarum, a comitibus, vicariisque usque modo habita in locis habita ne ulMatth. 21. 12. tra fiant interdicendam est, cum auctoritate domini, qui expulsis de templo negotiatoribus asseruit debere domum Dei domum esse orationis.

XL.

Itemque interdicatur ne mercata & placita ufquam fiant die dominica, qua oportet omnes Christianos a feruili opere in laude Dei & gratiarum actione usque ad vesperam perseverare.

XLI.

Capitular. lib. 1. c. 41. Incestuosi, parricidae, homicidae multi apud nos, heu proh dolor! reperiuntur: sed aliqui ex illis sacerdotum nolunt admonitionibus aurem accommodare, volentes in pristinis perdurare criminibus: quos oportet per saecularis potentiae disciplinam, a tam prava consuetudine coerceri, qui per salutifera fa- C cerdotum monita nolucrunt revocari. Quorum aliquos jam excommunicavimus. Sed illi hoc pariendentes in eisdem perdurarunt criminibus. Quamobrem vestra decernat mansuetudo, quid de talibus deinceps agendum sit.

XLII.

Addit. 3. cap. 62. Admoneant sacerdotes fideles populos, ut noverint, magicas artes, incantationesque, quibusibet infirmitatibus hominum nihil posse remedii conferre: non animalibus languentibus, claudicantibusve, vel etiam moribundis quidquam mederi: non ligaturas esse sum, vel herbarum cuiquam mortalium adhibitas prodesse: sed haec esse laqueos & insidias antiqui hostis, quibus ille perfidus gens humanum decipere nititur.

XLIII.

Bibl. c. 62. Omnes homines admoeomus, ne per singula verba, quasi ad confirmationem suae assertionis, eorum domini in vanum assumant. quod ipse dominus interdicit faciendum, ubi ait: *Ne assumas nomen Dei tui in vanum.* In vanum etenim nomen Dei assumitur, quando aliquis ad singula verba, quibus vult ut sibi ab alio exedatur, Deum omnipotentem testem rei de qua ait, invocat, eumque sibi ita esse adjutorem, sicut ea vera sint quae loquitur. Nam & ipse dominus in euangelio hoc modo prohibetur omne genus juramenti, Matth. 5. *Nolite*, inquit, *omnino jurare, neque per caelum, neque per terram, neque per caput tuum, &c.*

XLIV.

Propter diversas occasiones res pauperum A multis in locis valde attenuatae sunt: eorum ANNO CHRISTI 813. scilicet dicimus, qui liberi esse nolcuntur, & sub potestate potentiorum sunt constituti: quorum si negotia & causas clementia pissimi principis nostri diligenter inveltigari jusserit, reperientur quamplurimi diversis occasionibus ad ultimam pauperratem jam redigi.

XLV.

Quod mensurae & pondera justa ubique habenda sint, testis est Salomon, qui dicit: Prov. 11. quod statera dolosa abominatio sit apud Deum, & pondus aequum voluntas ejus: Et dominus in euangelio: *In qua mensura,* Matt. 7. inquit, *mensi fueritis, remetietur vobis.* Quod licet de mutua ibi dictum indulgencia intelligi possit, tamen non absurde & de hac re dictum accipi valet.

XLVI.

Nonas ac decimas, quas qui res ecclesiasticas tenent, solvere rectoribus ecclesiarum ordinati sunt ad luminaria & stipendia clericorum, multis in locis abstractas esse videmus. Quod saepe jam missis vestris in publicis indicaviraus placitis. Sed inde haetenus aut parum, aut nullum confectum fuimus effectum. Similiter & de restauratione rectorum nobis necessitas incumbit indicare, quia non tantum domus monasteriorum, sed & ipsae ecclesiae, propter rectorum inopiam, ruinas minantur.

XLVII.

Jejunia quando generaliter pro aliqua necessitate indicuntur, diligenter ab omnibus custodienda sunt & observanda. Nec se aliquis improbitate gulae patiatur corrumpi, ut de communi consortio sequestratus, effectum jejunii, quem cum ceteris abstinendo consequi debuit, ingluvie ventris victus turpiter amittat.

XLVIII.

Ebrietatem & crapulam fideles sectari non debere dominus in euangelio auctor est, qui suis auditoribus ita praecipens, *Attendite*, Luc. 21. inquit, *ne graventur corda vestra in crapula & ebrietate*, quae vitia modo apud homines nullius momenti esse putantur. Sed quanta mala de illis generari soleant, facile non possunt comprehendi. Generatur enim de illis quique noxiores corporum morbi, ut physici testantur. Ad tantum quoque merita everteudum quantum nocent ebrietas, non facile deprehendi poterit; quippe cum pene omnium malorum, quae ab horninibus raptim perpetrantur, causla sit & origo ebrietas.

XLIX.

Admonendi sunt domini subditorum, ut Concilio Ilalicō 49. circa suos pie & misericorditer agant: nec eos qualibet injusta occasione condemnent, nec vi opprimant, nec illorum substantiolas injuste tollant: nec ipsa debita, quae a subditis reddenda sunt, impie ac crudeliter exigantur.

Ut

ANNO CHRISTI 813. Concilio Italico 49.

L.

Ut si non frequentius, vel ter laici homines in anno communicent; nisi forte quis maioribus quibuslibet criminibus impediatur.

LI.

Diligenter tractare & inquirere pariter coepimus in coenventu nostro, sicut pia serenissimi principis nostri nobis injunxit admonitio, de illis hominibus, qui exheredati esse dicuntur, si aliquis esset, qui nostris temporibus voluisset dicere, se a quolibet nostrum illis privari rebus, quas pater ejus, aut mater, B aut frater vel aliquis propinquorum ad ecclesias Dei dedisset, & in ejus nomine iterum precaria a rectoribus ecclesiarum acciperentur. Sed in eodem coventu nostro neminem reperimus, qui de hac re adversus nos conqueri voluisset. Nam pene nullus est qui res suas ad ecclesias donet, nisi de rebus ecclesiasticis, aut tantum quantum donavit, aut duplum aut triplum usufructuario accipiat; & quibus ille tunc, vel quantis filiis aut propinquis, a rectoribus impetraverit, post discessum ejus eadem conditione, qua ille tenebat, posteri ejus sibi vindicent. Hae usus & haec ratio apud nos usque modo de talibus tenebatur. Nam & nobis visum est, praedictis hereditibus hanc dare optionem, ut si voluissent traditiones parentum suorum confequi, de qua illi jam erant per legem exclusi, rectoribus ecclesiarum se commendarent, & hereditatem illam in beneficium, unde se adjuvare ac sustentare possent, acciperent.

Haec nos in coventu nostro ita ventilavimus. Sed quemodo deinceps piissimo principi nostro de his agendum placebit, nos fideles ejus famuli libenti animo ad nutum & voluntatem ejus parati sumus.

a CONCILIUM CABILONENSE II.

QUOD CAROLI MAGNI IMPERATORIS JUSSU

Ab episcopis provinciae Lugdunensis in Cabilonensi urbe celebratum anno Christi DCCCXIII. Leonis III. papae XVIII. Caroli ejusdem regni anno XLV. imperii vero XIII.

TITULI CANONUM.

I. *Ut episcopalicet scripturam, canones, & postolale sancti Gregorii.*
II. *Ut quae legenda didicerint opere compleant.*
III. *Ut episcopi fidelas confirmant.*
IV. *Ut episcopi humilitatem atque religionem in omnibus prae se ferant.*
V. *Ut episcopi moribus irreprehensibiles sint.*
VI. *Quod fidelis ad res suas ecclesiis damdas non sint cogendi, nec circumvenicndi.*
VII. *Ut qui machinationibus quibuslibet circumventi comam deposuerint, res earum hereditibus reddantur, & paenitentiam agant qui perpetraverunt.*
VIII. *Ut sacerdotes annonam non congregent ut canes vendant.*
IX. *Ut sacerdotes non sint ebriosi & ebrietate.*
X. *Ut fabricatorem teneant, & omnibus praedicent.*
XI. *Ut episcopus ad publica judicia sua causa suspicaturus non eat.*
XII. *Ut presbyteri, diaconi, monachi villici non sint.*
XIII. *De inhibenda juramento quod ab ordinandis exigebatur.*
XIV. *Quae observanda aut cavenda sint episcopis, & dum parochias suas peragrant.*
XV. *Ut canonum a presbyteris archidiaconis non existant.*
XVI. *Ut episcopi a presbyteris pro balsamo, vel pro luminaribus, nihil accipiant.*
XVII. *De abolenda cena, quem presbyteri episcopis annuum debant.*
XVIII. *Ne episcopi & comites vendici ab ineptis & aliis accipiant.*
XIX. *Ut episcopi & abbates decimas ecclesiis a colonis suis dari non prohibeant.*
XX. *De pace & concordia inter episcopos & comites.*
XXI. *Ut comites & judices recta judicia judicent.*
XXII. *De abolitione eo monachi, ut secundum regulam vivant.*
XXIII. *Ut clericorum ordinationes statutis temporibus fiant.*
XXIV. *De compositione inceptelli clerici & monachi.*
XXV. *Ut publica paenitentia mos antiquus renovetur.*
XXVI. *Ut ecclesia inter heredes non dividatur.*
XXVII. *Quod conjugalia iterati non debeant.*
XXVIII. *Quod matrimonia inita tantum gradibus jungantur, quos canones praefiniunt.*
XXIX. *Quod in nuptiis uxoris quoque parentela observanda sit.*
XXX. *Ut cum quo fornicatus non duxerit, etiamsi diversas damnos habeant.*
XXXI. *De feminis quae filias suas fornicandas ad comfirmandum tenent.*
XXXII. *De his qui se inviter peccata non confitentur.*
XXXIII. *Quod Deo & sacerdoti confitenda sint peccata.*
XXXIV. *Quod perfunctum acceptio in paenitentia judicio caveuda sit.*
XXXV. *Quod multi in paenitentia delictis indulgeant.*
XXXVI. *De his qui ex industria peccant.*
XXXVII. *Quae possibilium concilia canonum sint faciendibus legenda & praedicanda.*
XXXVIII. *Quod paenitentia secundum antiquos canones imponi debeat, repudiatis libellis paenitentialibus.*
XXXIX. *Ut in omnibus missis fiat commemoratio defunctorum.*
XL. *Ut presbyteri degradati paenitentiam agant in monasteriis.*
XLI. *Ut presbyteri altaria parochiae sine literis commendatitiis non recipiantur.*
XLII. *Quod ecclesiae presbyteris fine confcusa episco-*

pi

ANNO CHRISTI 813.

pi dari vel auferri non debeant.

XLVII. *De irritandis ordinationibus, quas faciunt Scoti, qui se episcopos dicunt.*

XLVI. *De presbyteris sine episcopis ad ecclesiam non peregrinantes: & ut cancellarii publici non fiant.*

XLV. *De peregrinatione ad loca sancta, & de quorundam abusu.*

XLVI. *De diffectione adhibenda in perceptione eucharistiæ.*

XLVII. *Quod in carne domini eucharistia fidelibus percipienda sit.*

XLVIII. *Quod infirmi oleo benedicto perungendi sint.*

XLIX. *De locis in quibus missæ celebrandæ sunt.*

L. *De observatione diei dominicæ.*

LI. *Quod prælati ecclesiæ clementer erga subditos agere debeant.*

LII. *Quales in monasteriis abbatissæ præfici debeant.*

LIII. *Instructio pro sanctimonialibus quæ se canonicas vocant.*

LIV. *Quæ curare debeat abbatissa erga sanctimoniales sibi commissas.*

LV. *Abbatissa cum viris boris inconvenientibus non loquatur.*

LVI. *Ad vesperas usque ad primam nulla sanctimonialium cum viris colloquatur.*

LVII. *Abbatissa sine licentia episcopi non exeat: & cum forsi pergit quid curare debeat.*

LVIII. *Abbatissa monachos nec vestiat providere.*

LIX. *Sanctimoniales in monasterio quid observare debeant.*

LX. *Presbyteri in monasteriis peculiarem, nisi ad ecclesiasticum officia, non ingrediantur.*

LXI. *Ut sanctimoniales, cum viris nisi in auditorio, non comedant, nec colloquantur.*

LXII. *Sanctimoniales, nisi abbatissa mittente, non exeant: & cognita sua ad mediam partem monasterii exerceant.*

LXIII. *Nullus laicus claustra illarum, nisi ad operandum, ingrediatur.*

LXIV. *Portaria qualis esse debeat.*

LXV. *Ut abbatissa episcopo in omnibus obediat.*

LXVI. *Ut ab omnibus assidue orationes fiant pro domino imperatore.*

PRÆFATIO.

AXiliante domino nostro Jesu Christo, & imperante serenissimo atque inclyto Augusto Carolo, convenimus episcopi & abbates totius Galliæ Lugdunensis in urbem Cabilonensem; & de quibuldam rebus, in quibus nobis emendatio necessaria videbatur, quædam capitula, quæ subter inferta sunt, eidem domino imperatori præsentanda, & ad ejus sacratissimum judicium referenda annotavimus, quatenus ejus prudente examine ea quæ rationabiliter decretimus confirmentur; sicubi minus aliquid eginus, illius sapientia suppleatur.

CANONES.

I.

Decrevimus juxta sanctorum canonum constitutionem, & ceterarum sanctarum scripturarum doctrinam, ut episcopi assidui sint in lectione, & scrutentur mysteria verborum Dei, quibus in ecclesia doctrinæ fulgore splendeant, & verborum Dei alimentis animas sibi subditas fatiare non cessent, & cum David quotidie domino dicant: *Revela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.* Ita videlicet, ut illas scripturas notissimas habeant, quæ canonice appellantur, & earum sensum per patrum tractatus inquirant. Canones quoque intelligant, & librum beati Gregorii papæ de cura pastorali: & secundum formam ibidem constitutam & vivant & prædicent.

II.

Ut ea quæ legendo perscrutantur operi compleant, juxta illud: *Cœpit Jesus facere & docere.* & illud: *Et memoria tenentibus* mandata ejus, ut faciant ea. & illud: *Beati qui scrutantur testimonia ejus, in toto corde exquirunt ea. non enim qui operantur iniquitatem in viis ejus ambulaverunt.* Et quia *non auditores legis, sed factores ejus justificabuntur.* Et *regnum Dei non est in sermone, sed in opere.* Et sine subditis norma vivendi, ita videlicet ut & verbis & exemplis populo ad æternam patriam pergenti ducatum præbeant: ut vita eorum & doctrina nequaquam discordent, sed quæ docent faciant, & quæ faciunt docere studeant. Et prædicatione assidua plebem admoneant, & falce justitiæ a credentium mentibus vitiorum spinas eradicent, & verbi Dei semine agros mentis eorum ad fecunditatem perducant.

III.

b Oportet etiam, ut sicut dominus imperator Carolus, vir singularis manſuetudinis, fortitudinis, prudentiæ, justitiæ, & temperantiæ præcepit, scholas constituant, in quibus & litteras sollertia disciplinæ, & sacræ scripturæ documenta discantur, & tales ibi eruditantur, quibus merito dicatur à domino: *Vos estis sal terræ:* & qui condimentum plebibus esse valeant, & quorum doctrina non solum diversis hæresibus, verum etiam antichristi monitis, & ipsi antichristo resistatur. ut merito de illis in laude ecclesiæ dicatur: *Mille elypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.*

IV.

Opportunum ducimus, ut humilitatem atque religionem & in vultu, & in opere; & in habitu, & in sermone demonstrent: ut bene agentes & habitu & vultu demulceant; male agentibus vero ipso suo visu terribiles sint. juxta illud quod in tabernaculo Dei boum & leonum effigies expressæ fuisse memorantur: & dominus in euangelio, & afturiam serpentis, & simplicitatem columbæ habendam percenset.

V.

Ut juxta apostoli vocem sacerdotes irreprehensibiles sint, & moribus ornati: & nequaquam

ANNO CHRISTI 813. 2. Tim. 1.

quam turpibus lucris deserviant, juxta illud quod ait scriptura: *Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus, ut ei placeat cui se probavit.* Ita turpibus lucris & usuris non solum ipsi abstineant, verum etiam plebes sibi subditas abstinere instituant.

VI.

Imputatur quibusdam fratribus, eo quod avaritiæ causſa hominibus perſuadeant, ut abeuntiantes sæculo res suas ecclesiæ conferant: quod penitus ab omnium mentibus eradicandum est. Animarum quippe salutem inquirere facultas, non lucra terrena debet: quoniam fideles ad res suas dandas non sunt cogendi, neque circumveniendi. Oblatio namque spontanea esse debet, juxta illud quod ait scriptura: *Voluntarie sacrificabo tibi:* & illud: *Omnis populus mente devota obtulerunt donaria domino.* Ecclesia vero sanctæ non solum fideles spoliare non debet: quin potius inopibus opem ferre, ut debiles, pauperes, viduæ, orphani, & ceteri necessitatem patientes, a sancta ecclesia, ut puta a pia matre & omnium gubernatrice, subsidium accipiant: quia res ecclesiæ, quibus episcopi, non ut propris, sed ut commendatitis uti debent, pretia sunt peccatorum, patrimonia pauperum, stipendia fratrum in communi viventium.

VII.

Constituit sane facer iste conventus, ut episcopi, sive abbates, qui non in fructum animarum, sed in avaritiam, & turpe lucrum inhiantes, quoslibet homines illectos circumveniendo retonderunt, & res eorum cali perfuaſione non solum acceperunt, sed potius subripuerunt, penitentiæ canonicæ, sive regulari, ut puta turpis lucri sectatores subjaceant: Hi vero, qui variis promiſſionibus illecti, vel quibuslibet machinationibus perſuaſi, mentis inopes effecti, rerum suarum domini esse neficientes, comam deposuerint, in eo quod ceperunt perseverare cogantur. Res namque, quæ ab illecitis & negligentibus datæ, ab avaris & cupidis non solum acceptæ, sed raptæ noscuntur, heredibus reddantur, qui dementia parentum, & avaritia incentorum, exheredati esse noscuntur. Si vero nescientibus episcopis aut abbatibus miſsitis eorum, quilibet videlicet in clero, hoc fecisse convincuntur, episcopi & abbates desidia, illi vero rapacitate & avaritia judicentur. Hoc vero, quod quisque Deo juste & rationabiliter de rebus suis offert, firmiter ecclesia tenere debet.

VIII.

Oportet etiam, ut si quando sacerdotes fruges, vel quoslibet reditus terræ, congregant & proælanc; non ideo hoc faciant, ut carius vendant & thesauros congregent, sed ut pauperibus tempore necessitatis subveniant.

IX.

Abominabus oculorum auriumque illecebris sacerdotes abstinere debent: & canum, accipitrum, falconum, vel ceterarum hujusmodi rerum curam parvipendere: & histrionum, sive scurrorum, & turpium seu obscenorum jocorum insolentiam, non solum ipsi respuant, verum etiam fidelibus respuenda percenseant.

X.

Ut sobrietatem sacerdotes teneant, & hanc habendam fidelibus prædicent: quia non poteſt libere sobrietatem prædicare, qui se mero ulque ad alienationem mentis inguritat. Hoc & de confessationibus, & de ceteris pestibus ad gastrimargiam pertinentibus servandum est.

XI.

Ut episcopus ad forum, neque ubi publice negotia judiciaria exercentur, non pergat suæ causſæ suffragaturus; nisi forte, ut aut pauperibus oppressis succurrat, aut viduis & orphanis tutionem conferat, aut de verbo Dei judices admoneat, ut juxta domini præceptum juste judicent judicia. Hoc & de abbatibus, & de presbyteris, & diaconibus, & maxime monachis obſervandum est. Si vero eorum qui in clero sunt propria causſa agenda est, cum licentia episcopi & advocato pergat, & suæ causſæ cum justitia suffragetur.

XII.

Ut neque presbyteri, neque diaconi, neque monachi villici fiant.

XIII.

Dictum est interea de quibusdam fratribus, quod eos quos ordinaturi sunt jurare cogant, quod digni sint, & contra canones non sint facturi, & obedientes sint episcopo qui eos ordinat, & ecclesiæ in qua ordinantur, quod juramentum, quia periculosum est; omnes una inhibendum statuimus.

XIV.

Cavendum sane est, ne cum episcopi parochias suas peragrant, quamdam non solum erga subditos, sed erga socios tyrannidem exerceant: nec (quod absit) cum caritate, sed quadam judiciaria invectione stipendia ab eis exigant. Obſervandum etiam modis omnibus est, ut si quando eis peragrandæ parochiæ necessitas incumbit, in confirmandis hominibus, in inquirendis rebus emendatione dignis, in prædicatione verbi Dei, in lucris animarum potius, quam in deprædandis & spoliandis hominibus, & scandalizandis fratribus, operam dent: Et si quando eisad peragendum ministerium suum a fratribus, aut a subditis aliquid accipiendum est, hoc summopere obſervare debent, ne quem scandalizent aut graveut. Tanta ergo in hac re diſcretio tenenda est, ut & verbi Dei

ANNO CHRISTI 813.

prædicator sumptus, ubi proprii desunt, a fratribus accipiat, & idem fratres illius potentia non graventur: exemplo apostoli Pauli. 1. Thess. 2.

A

1. Tim. 5.

Si, qui ne quem graveret, arte & manibus victum quærebat.

XV.

Dist. 94. Distinctio 8.

Dictum est etiam, quod in plerisque locis archidiaconi super presbyteros parochianos quamdam exerceant dominationem, & ab eis census exigant, quod magis ad tyrannidem, quam ad rectitudinis ordinem pertinet. Si enim episcopi, juxta Petri apostoli sententiam, non debent esse dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo; multo minus isti hoc facere debent, sed contenti sint regularibus disciplinis, & teneant propriam mensuram; & quod eis ab episcopis injungitur, hoc per parochias suas exercere studeant, nihil per cupiditatem & avaritiam præsumentes.

1. Pet. 5.

B

XVI.

Quidam fratres dixerunt, consuetudinis antiquæ fuisse in eorum ecclesiis, ut pro balsamo emendo ad chrisma faciendum, sive pro luminaribus ecclesiæ concinnandis, binos vel quaternos denarios presbyteri darent.

C

1. 2. 3. Statut. mun. ut & cur. pro defic. andis basilicis, & dandis ordinibus, nihil accipiendum est, ita etiam pro balsamo, sive luminaribus emendis, nihil presbyteri chrisma accepturi dent. Episcopi itaque facultatibus ecclesiæ balsamum emant, & luminaria singuli in ecclesiis suis concinnanda providerant.

Unde omnes uno consensu statuimus, ut

XVII.

Inventum est, quod in quibusdam locis presbyteri duodenos, vel quaterdenos denarios episcopis in censum annis singulis darent: quod penitus abolendum esse decernimus.

D

XVIII.

Capitular. lib. 2. c. 45.

Dictum est nobis, quod in quibusdam locis episcopi & comites ab incestuosis, & ab his qui decimas non dant, vvadios accipiant, & a presbyteris pro quibusdam negligentiis, & inter se pecuniam dividant. quod penitus abolendum. decrevimus, ne forte avaritiæ locus detur. Et constituimus, ut incestuosi juxta canonicam sententiam pœnitentia multentur: qui vero decimas post crebras admonitiones dare neglexerint, excommunicentur. juramento vero eos constringi nolumus propter periculum perjurii.

E

XIX.

16. q. 3. Quæsti. fin. grat.

Questi sunt præterea quidam fratres, quod essent quidam episcopi & abbates, qui decimas non finerent dari ecclesiis, ubi illi coloni traditas audiunt. Proinde decrevit sacer ille conventus, ut episcopi & abbates de agris & vineis, quæ ad suum vel fratrum stipendium habent, decimas ad ecclesias deferri faciant: familiæ vero ibi deas decimas suas, ubi in-

fantes eorum baptizantur, & ubi per totum anni circulum missas audiunt.

Act. 15. Christ 815.

XX.

Si inter omnes fideles pax & concordia habenda est, dicente apostolo: *Sequimini pacem & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum*, multo magis inter episcopos & comites esse debet, qui post imperialis apicis dignitatem populum Dei regunt. Ita enim inter se concordare debent, ut alterutrum fibi, ad Dei servitium peragendum, & ministerium suum explendum, non solum non nocarent, quin potius adminiculo sint.

XXI.

Comitibus vero & judicibus hoc summopere observandum est, ut juste judicent, & nequaquam in judicio munera, seu personas accipiant, dicente domino: *Nom accipies personam, nec munera, quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba justorum.* Sed & ministros, quos vicarios & centenarios vocant, justos habere debent: ne forte eorum avaritia, aut rapacitate populus graventur, & amissis facultatibus in paupertatem redigatur. Testes vero probatissimi & pauci de pluribus esse debent tales, de quorum fide non dubitetur. Multum autem prodest testium cupiditate & falsitate refpublica læditur.

Deut. 16.

Exod. 23.

C

XXII.

De abbatibus vero & monachis, ideirco hic pauca scribimus, quia pæne omnia monasteria regularia in his regionibus constituta, secundum regulam sancti Benedicti se vivere fatentur: quæ beati Benedicti documenta per omnia demonstrant, qualiter eis vivendum sit. Inquiratur ergo diligenter, ubi secundum ipsum ordinem vivitur, & ubiab ipso ordine digressum est, ut juxta ejusdem beati viri institutionem vivere certent, qui se ut ita viverent cum attestatione professi sunt.

D

XXIII.

Decrevimus enim secundum institutionem, presbyterorum, diaconorum, & ceterorum graduum inferiorum ordinationes statutis temporibus fieri debere.

XXIV.

De episcopis vero, presbyteris, & diaconibus, & monachis inter se, quæ contigerunt a domino imperatore est, cui illius homicidii pretium ex solvendum sit.

E

XXV.

Pœnitentiam agere juxta antiquam canonum institutionem in plerisque locis ab usu recessit, & neque reconciliandi, antiqui moris eo servatur: ut a domino imperatore impetretur adjutorium, qualiter si quis publice peccat, publica multetur pœnitentia, & secundum ordinem canonum pro merito suo excommunicetur & reconcilietur.

Per-

ANNO CHRISTI 813.

Perlatum ad nos est, quod inter heredes ecclesiæ in rebus propriis constituæ dividantur, & tanta per eamdem divisionem simultas oriatur, ut unus altaris quatuor partes fiant, & singulæ partes singulos habeant presbyteros: quod sine discordia, & simultate nullo modo geri potest. Unde nobis visum est, quod hujusce modi ecclesiæ inter heredes divisi non debeant, & si in contentionem venerint, & simultates inter eos surrexerint, per quas sacerdos suo ibi officio canonice fungi non possit, præcipiatur ab episcopo civitatis, ut nullo modo ibi missarum solemnia celebrentur, donec illi ad concordiam redeant, & pari voto atque consilio ecclesia illa sacerdotem canonice habeat, qui libere ibi suum ministerium peragere possit.

Ibid. c. 16.

XXVII.

Dictum nobis est, quod quidam de plebe bis & ter ab episcopis, ignorantibus eisdem episcopis, confirmentur. Unde nobis visum est, eamdem confirmationem, sicut nec baptismum, iterari minime debere.

XXVIII.

Interrogaverunt nos quidam de affinitate propinquitatum, & in quibus gradibus matrimonia jungenda sint. Quibus ad canones currere præcipimus, & quod in eis continetur, hoc ab eis in negotio, sicut & in ceteris, observari debere.

1. Tonic. in illo sexto Nov. Testam.

XXIX.

Deo p. 3. cap. 46.

Sane quæ in proprio viro, hæc nimirum in uxoris parentela de lege nuptiarum regula custodienda est. Quia ergo constat eos duos esse in carne una, communis illis utrimque parentela esse credenda est, sicut scriptum est: *Erunt duo in carne una.*

Gen. 2. & Ephes. 5.

XXX.

Dictum nobis est, quod quidam legitima

29. q. 2. Dictum est nobis quod. Addit. 3. cap. 18. Matth. 19.

fervorum matrimonia potestativa quadam præsumptione dirimant, non attendentes illud evangelicum: *Quod Deus conjunxit, homo non separet.* Unde nobis visum est, ut conjugia servorum non dirimantur, etiamsi diversos dominos habeant: sed in uno conjugio permanentes dominis suis serviant. Et hoc in illis observandum est, ubi legalis conjunctio fuit, & per voluntatem dominorum.

XXXI.

29. q. 2. Dictum est nobis. quæst. 4.

Dictum etiam nobis est, quasdam feminas desidiose, quasdam vero fraudulenter, ut a viris suis separentur, propriosfilios coram episcopis ad confirmandum tenuisse. Unde nos dignum duximus, ut si qua mulier filium suum desidia, aut fraude aliqua, coram episcopo tenuerit ad confirmandum, propter fallaciam suam, aut propter fraudem, quamdiu vivet, agat pœnitentiam, a viro tamen suo non separetur.

Addit. 1. cap. 13.

XXXII.

Sed & hoc emendatione indigere perspeximus, quod quidam dum confitentur peccata sua facerdotibus, non plene id faciunt: Quia ergo constat hominem ex duabus esse substantiis, anima videlicet & corpore, & interdum animi mora, interdum carnis fragilitate peccatur, follerti indagatione debent inquiri ipsa peccata, ut ex utrifque plena fit confessio: scilicet ut & ea confiteantur quæ per corpus gesta sunt, & ea quibus in sola cogitatione delinquitur. Instruendus est itaque peccatorum suorum confessor, ut de octo principalibus vitiis, sine quibus in hac vita difficile vivitur, confessionem faciat: quia aut cogitatione, aut quod est gravius opere eorum instinctu peccavit. Odium enim, invidia, superbia, vel ceteræ hujusmodi animæ pestes tanto periculosius lædunt, quanto subtilius serpunt.

Addit. 1. cap. 19. Prov. 9. 16. Cap. 32.

XXXIII.

Ibid. c. 31.

Quidam Deo solummodo confiteri debere dicunt peccata, quidam vero sacerdotibus confitenda esse perconsentdicunt: quod utrumque non sine magno fructu intra sanctam fit ecclesiam. Ita dumtaxat & Deo, qui remissor est peccatorum, confiteamur peccata nostra, & cum David dicamus: *Delictum meum cognitum tibi fecimus, & injustitiam meam non abscondi: dixi confitebor adversum me injustitias meas domino, & tu remisisti impietatem peccati mei*

Jac. 5.

& secundum institutionem apostoli, confiteamur alterutrum peccata nostra, & oremus pro invicem ut salvemur. Confessio itaque quæ Deo fit, purgat peccata: ea vero quæ sacerdoti fit, docet qualiter ipsa purgentur peccata. Duas namque salutis & dantis tis auctor & largitor, plerumque hanc præber fuit potentiæ invisibili administratione, plerumque medicorum operatione.

XXXIV.

Ibid. c. 32. Jac. 5. Cap. 10.

Quia igitur, apostolo teste, non est personarum acceptio apud Deum, & inomnibus judicii cavenda est; multo magis in hoc pœnitentiæ judicio præcaveri debet, ut nullus facerdotum utquam, aut gratia, aut odio alicujus personæ, secus judicet quam quod in canonibus sacris invenerit, aut quod illi secundum sanctarum scripturarum auctoritatem, & ecclesiasticam consuetudinem, rectius visum fuerit. Si ergo medici, qui corporibus medicinam inferre conantur, nequaquam propter personæ cujuslibet acceptionem, his quos sanare cupiunt, cauterio, aut ferro, aut duris aliis quibusbibet rebus parcunt; multo magis id ipsum his obſervandum est, qui non corporum, sed animarum medici existunt. Neque enim pensanda est pœnitentia quantitate temporis sed ardore meroris, & mortificatione corporis. Cor autem contritum & humiliatum Deus non spernit.

Ezech. 18. Psal. 50.

ANNO CHRISTI 813.

XXXV.

Multi, quod non sine dolore dicendum est, in pœnitentia non tam peccati remissionem, quam temporis constituti expectant expletionem. Et si carnium & vini usus eis interdictus est, mutata non voluntate, sed ejusdem cibi aut potus perceptione, in tantum deficiis fuis indulgent, ut deficiofius, his interdictis, aliorum ciborum vel potionum appetitu vivere cognoscantur. Spiritalis autem abſtinentia quæ in pœnitentibus poſſimum vigere debet, & quorumdam ciborum ac potionum perceptiones & deſiderium fugere debet. Illæ, inquam, ille magis parſimoniæ ſervire cenſendus eſt, qui ſibi non ſolum quarumdam rerum perceptiones, ſed delectationes corporis penitus interdicit.

Ibid. c. 18. Leo pœn. 15 cap. 70.

XXXVI.

Sed nec hoc prætereundum putavimus, quod quidam exinduſtria peccantes propter eleemoſynarum largitionem quamdam ſibi promittunt impunitatem. Eleemoſyna enim extinguit peccata, juxta illud: *Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna extinguit peccata.* Sed ei, quæ aut neceſſitate, & aut caſu, aut qualibet hunt fragilitate. Ea vero quæ ex induſtria, aut cujuslibet libidinis explendæ cauſa, idcirco fiunt ut eleemoſynis redimantur, nequaquam eis redimi poſſunt: quia qui hoc perpetrarunt, videntur Deum mercede conducere, ut eis impune peccare liceat. Non ergo quis idcirco peccare debet ut eleemoſynam faciat: ſed ideo eleemoſynam facere debet, quia peccavit. Mentem enim & corpus, quæ libido traxit ad culpam, afflictio & contritio debet reducere ad veniam.

Eccl. 3.

XXXVII.

Cum igitur omnia concilia canonum, quæ recipiuntur, ſint a ſacerdotibus legenda & intelligenda, & per ea ſit eis vivendum & prædicandum: neceſſarium duximus, ut ea quæ ad fidem pertinent, & ab de extirpandis vitiis & plantandis virtutibus ſcribuntur, hoc ab eis crebro legatur, & bene intelligatur, & in populo prædicetur.

D

XXXVIII.

Addit. 3. cap. 23.

Modus autem pœnitentiæ peccata ſua confitentibus, aut per anticipatum canonum inſtitutionem, aut per ſanctarum ſcripturarum auctoritatem, aut per eccleſiaſticam conſuetudinem, ſecut ſuperius dictum eſt, imponi debet: expeditis ac penitus eliminatis libellis, quos pœnitentiales vocant, quorum ſunt certi errores, incerti auctores, de quibus recte dici poteſt: *Mortificabant animas, quæ non moriuntur, & vivificabant animas, quæ non vivebant.* Qui dum pro

Ezech. 13.

[illegible] gravibus leves quoſdam & inuſitatas [illegible] pœnitentiæ modos, conſuluit

A pulvillos, ſecundum propheticum ſermonem, ſub omni cubito manus, & faciunt cervicalia ſub capite univerſæ ætatis ad capiendas animas.

ANNO CHRISTI 813.

XXXIX.

Viſum præterea nobis eſt, ut in omnibus miſſarum ſolennitatibus pro defunctorum ſpiritibus loco competenti dominus deprecetur. Sicut enim nulla dies excipitur, qua non pro quibuslibet neceſſitatibus dominus deprecetur, ita nimirum nulla dies excipi debet, quin pro animabus fidelium preces domino in miſſarum ſolennibus fundantur. Antiquitus hunc morem igitur ſancta eccleſia tenet, ut & in miſſarum ſolennitatibus, & in aliis precibus, domino ſpiritus quieſcentium commendet, dicente beato Auguſtino: Non ſunt prætermittendæ ſuppli- B cationes pro ſpiritu mortuorum, quas faciendas pro omnibus in Chriſtiana & catholica ſocietate defunctis, etiam tacitis nominibus eorum, ſub generali commemoratione ſuſcepit eccleſia: ut quibus ad iſta deſunt parentes, aut filii, aut quicumque cognati vel amici, ab una eis exhibeantur pia matre communi.

Ino pœn. 15. cap. 61.

Ino pœn. 15. cap. 70.

Ino pœn. 15. cap. 69.

C

XL.

Dictum nobis eſt, presbyteros propter ſuam negligentiam canonice degradatos facularitez gradu amiſſo vivere, & pœnitentiæ bonum negligere. Unde ſtatuimus, ut gradu amiſſo, agendæ pœnitentiæ gratia in monaſterio, aut canonico aut regulari, mittantur. Si vero hoc fieri cauſſa quælibet prohibuerit, ubicumque ſint, pœnitentiam agere non deſiſtant. Si autem amiſſo gradu ſeculariter vivere voluerint, & pœnitentiam agere neglexerint, ab eccleſiæ communione ſeparentur.

XLI.

Presbyter proprio loco dimiſſo ad alium migrans nequaquam recipiatur, niſi ſuæ migrationis cauſſam dixerit, & ſe innocenter viviſſe in parochia, in qua ordinatus eſt, ſub teſtibus probaverit. Litteras etiam habebit, in quibus ſint nomina epiſcopi & civitatis plumbo impreſſa, quibus cognitis, & talibus inventis, quibus fides adhiberi poſſit, recipiatur.

Ino pœn. 6. cap. 56.

XLII.

Inventum eſt, quod multi arbitrii ſui temeritate, & quod eſt gravius ducti cupiditate, presbyteris quibuslibet abſque conſenſu epiſcoporum eccleſias dant vel auferunt. Unde oportet, ut canonica regula ſervata, nullus abſque conſenſu epiſcopi cuilibet presbytero eccleſiam det. Quam ſi juſte adeptus fuerit, hanc non niſi gravi culpa ſua, & coram epiſcopo canonica ſeveritate amittat.

Addit. 3. cap. 16.

XLIII.

Sunt in quibuſdam locis Scoti, qui ſe di-

Ibid. c. 56.

ANNO CHRISTI 813.

dicunt epiſcopos eſſe, & multos negligentes, abſque licentia dominorum ſuorum, ſive magiſtrorum, presbyteros & diaconos ordinant: quorum ordinationem, quia plerumque in Simoniacam incidit hæreſim, & multis erroribus ſubjacet, modis omnibus irritam fieri debere omnes uno conſenſu decrevimus.

XLIV.

Superius ſcripſimus presbyteros villicos eſſe non debere: & nunc eis in tabernis bibere, cancellarios publicos eſſe, nundinas inſolenter peragrare, Romam ſive Turonum abſque licentia epiſcopi ſui adire, penitus decrevimus inhibendum.

XLV.

Nam & a quibuſdam, qui Romam Turonumve, & alia quædam loca ſub prætextu orationis inconſulte peragrant, plurimum erratur. Sunt presbyteri, & diaconi, & ceteri in clero conſtituti, qui negligenter viventes, in eo non purgari ſe a peccatis putant, & miniſterio ſuo fingi debere, ſi præfata loca attingant. Sunt nihilo minus laici, qui putant ſe impune aut peccare, aut peccaſſe, quia hæc loca oraturi frequentant. Sunt qui- C dam potentum, qui acquirendi cenſus gratia ſub prætextu Romani, ſive Turonica itineris, multa acquirunt, multos pauperum opprimunt; & quod ſola cupiditate faciunt, orationum ſive ſanctorum locorum viſitationis cauſſa ſe facere videri affectant. Sunt pauperes, qui vel ideo id faciunt, ut majorem habeant materiam mendicandi. De quorum numero ſunt illi, qui circumquaque vagantes, illo & pergere nescientur, vel quia tantum ſunt vecordes, ut putent ſe ſanctorum locorum ſola viſione a peccatis purgari, non attendentes quod ait beatus Hieronymus: Non Hieroſolymam viſiſſe, ſed Hieroſoly- Epiſtol. ad Fabiolam de tabernaculis mansionibus. mis bene viviſſe, laudandum eſt. c De quibus omnibus omnimi imperatoris, qualiter ſint emendanda, ſententia expectetur. Qui vero peccata ſua faceredotibus, in quorum ſunt parochiis, confeſſi ſunt, & ab his agendæ pœnitentiæ conſilium acceperunt, ſi oratoribus inſiſtendo, eleemoſynas largiendo, vitam emendando, mores componendo, apoſtolorum limina, vel quorumlibet ſanctorum invifere deſiderant, horum eſt devotio modis omnibus colludanda.

XLVI.

Capitular. Ludov. c. 40. In perceptione corporis & ſanguinis dominici magna diſcretio adhibenda eſt. Cavendum eſt enim, ne ſi nimium in longum differatur, ad pernicium animæ pertineat, dicente domino: *Niſi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Si vero indiſcrete accipiatur timendum eſt illud quod ait apoſtolus: *Qui enim manducat & bibit indigne, judicium*

Joan. 6.

1. Cor. 11.

Concil. General. Tom. IX.

Q 3

A *ſibi manducat & bibit.* Juxta ejuſdem ergo apoſtoli documentum, probare ſe debet homo, & ſic de pane illo manducare, & de calice bibere: ut videlicet abſtinens aliquot diebus ab operibus carnis, & purificans corpus animamque ſuam, præparet ſe ad percipiendum cœleſtem ſacramentum, exemplo David, qui niſi ſe faſtus fuiſſet abſtinuiſſe ab opere conjugali ab heri & nudiuſtertius, panes propoſitionis nequaquam a ſacerdote acceppiſſet.

XLVII.

In cœna domini a quibuſdam perceptio Addit. 1. cap. 31. euchariſtiæ negligitur. Quæ quonism in eadem die ab omnibus fidelibus, exceptis his quibus pro gravibus criminibus inhibitum eſt, percipienda fit, eccleſiaſticus uſus demonſtrat, cum etiam pœnitentes eadem die ad percipienda corporis & ſanguinis dominici ſacramenta recocinliat.

XLVIII.

Secundum beati apoſtoli Jacobi documentum, cui etiam ſacramenta patrum conſonant, infirmi oleo, quod ab epiſcopis benedicitur, a presbyteris ungi debent. Sic enim ait: *Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eum, unguentes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei ſalvabit infirmum, & alleviabit eum dominus; & ſi in peccatis eſt, dimittentur ei.* Non eſt itaque parvipendenda hujuſcemodi medicina, quæ animæ corporiſque mederi languoribus.

Ibid. c. 31. Jac. 5.

XLIX.

In quibus locis, & quo apparatu, miſſarum ſolennia, exceptis baſilicis, celebran- Ibid. c. 41. debeant, & utrum celebrari debeant, in concilio Laodicenſi ita ſcribitur: *Quod non oporteat in domibus oblationes celebrari ab epiſcopis, vel a presbyteris.*

D

L.

Diei interea dominici obſervatio & venieratio plurimum negligitur. Unde oportet, ut authentica conſtitutione illius venerandæ diei obſervatio juxta imperium domini imperatoris ſtatuatur.

LI.

Quia ergo conſtat, in eccleſia diverſarum Capitular. lib. 1. cap. conditionum homines eſſe, ut ſint nobiles & lib. 3. c. ignobiles, ſervi, coloni, inquilini, & cetera hujuſcemodi nomina, oportet ut quicumque eis præſati ſint, clerici, ſive laici, clementer erga eos agant, & miſericorditer eos tractent, ſive in exigendis ab eis operibus, ſive in accipiendis tributis, & quibuſdam debitis: ſciantque eos fratres ſuos eſſe, & unum ſecum habere patrem Deum, cui clamant: *Pater noſter qui es in cœlis*, & unam ſecum matrem ſanctam eccleſiam, quæ eos intemerato facti fontis utero genuit. Diſciplina igitur eis miſericordiſſima, & gubernatio opportuna adhibenda eſt: diſciplina, ne indiſciplinate vivendo auctorem ſuum of-

Matth. 6.

E

fen-

ANNO CHRISTI 813.

fendant; & gubernatio, ne in quotidianis vitæ commeatibus prælatorum adminiculo destituti patiantur.

LII.

1Ibid.649. Monasteriis sane puellaribus tales præesse debent feminæ; & abbatissæ creari, quæ & se & subditum gregem cum magna religione & sanctitate custodire norint, & hisquibus præsunt prodesse non desinant. Sed & se & illas ita obtineant, ut neque vasa sancta in ministerio domini præparata. Talem enim se debet abbatissa exhibere subditis in habitu, in veste, in omni convictu, ut eis ad cælestia regna pergentibus ducatum præbeat. Sciat etiam, se pro hisquas in regimine accepit, in conspectu domini rationem reddituram.

LIII.

Libuit namque huic sacro conventui, quasdam admonitiunculas breviter eis sanctimonialibus scribere, quæ se canonicas vocant: quoniam hæ quæ sub monasticæ regulæ normina degunt, totius vitæ suæ ordinem in eadem quam profitentur regula scripturam habent.

LIV.

Abbatissa diligentem habeat curam de congregatione sibi commissa, & providеat ut in lectione, & in officio, & in psalmorum modulatione ipsæ sanctimoniales strenuæ sint, & ut omnibus operibus bonis illa eis ducatum præbeat, utpote pro animabus earum rationem in conspectu domini redditura, & stipendia sanctimonialibus præbeat necessaria, ne forte per indigentiam cibi, aut potus peccare compellantur.

LV.

Abbatissa cum viris, clericis, sive laicis, horis incompetentibus non loquatur: sed quidquid cum maſculis, clericis, sive laicis, de rebus necessariis peragere debet, a quinta hora usque ad vesperitinam peragat. Et hoc non cum singulis, sed coram pluribus.

LVI.

A vespera usque ad primam, neque abbatissa, neque aliquas sanctimonialium, cum quibuslibet maſculis ullum colloquium habeant, nisi forte talis fuerit occasio, quam evitare non possint. & si necessitas incubuerit, id coram testibus fiere debebunt.

LVII.

Abbatissa, quæ in civitate monasterium habet, nequaquam de monasterio egrediatur, nisi per licentiam episcopi sui, aut qui ejus vicem obtinet: nisi forte aut imperialis justio eam cogat, aut prolixitas itineris id facere minime permittat. Et si quando foras pergit, de sanctimonialibus, quas secum ducit, earum & vigilantiam habeat, ut non prava latio peccandi licentiat sive occasionem præbeat. Sed & sanctopergit, in monasterio ea ratione vivat sua conversatione deceat, quæ sanctimonialium animabus utilitatem & regularem habeat.

LVIII.

Habeat etiam abbatissa studium, aut in ædificando ea quæ ad sanctimonialium necessitatem pertinent, aut in restaurando.

LIX.

Sanctimoniales in monasterio constitutæ habeant studium in legendo, & in cantando, in psalmorum celebratione, sive orationе: & horas canonicas, matutinam videlicet, primam, tertiam, sextam, nonam, vespertinam, completoriam pariter celebrent, & omnes, excepta quam infirmitas tenet, in dormitorio dormiant, & omnibus diebus ad collationem veniant.

LX.

Non debere presbyteros amplius in monasterio puellari immorari, nisi donec missarum solemnia celebrent, aut aliquid ibi de Dei servitio & suo ministerio expleant.

LXI.

Non debere sanctimoniales in propriis manſionibus cum aliquibus maſculis, clericis, sive laicis, consanguineis, sive extraneis, bibere, sive comedere: sed si quando id agendum est, in auditorio agatur; & ubi auditorium deest, fiat. Et cum nullo maſculo eis colloquium habere liceat, nisi in auditorio, & ibi coram testibus.

LXII.

Sanctimoniales, nisi forte abbatissa sua pro aliqua necessitate incumbente illas mittente, nequaquam de monasterio egrediantur. Hæ vero, quæ famulos aut famulas non habent ad exercenda negotia, ad mediam portam monasterii perveniant, & ibi coram testibus negotium sum exerceant.

LXIII.

Nullus vasſus abbatissæ, nec minister aliquis, nec clericus, nec laicus, clausſtra sanctillarum Dei ingrediatur, nisi forte quando necessitas operandi incumbit.

LXIV.

Portaria non eligatur, nisi quæ ætate matura sit, & testimonium habeat bonum, & vitæ probabilis sit.

LXV.

Quidquid in his capitulis minus est, ab episcopo suo abbatissa perquirat, & illi in omnibus obediens sit, secundum canonicam institutionem, sicuti justum & rectum est.

LXVI.

Interea omnis iste conventus gratissima delibertatione decrevit, ut ab omnibus indesinenter orationes fiant, pro vitæ incolumitate & pro salute animæ & corporis domini imperatoris, prolisque ejus, pro statu regni, pro remissione peccatorum, & cælestis regni collatione: ita dumtaxat, ut semper magisque magis per incrementa temporum talis crescat observatio. Dixit etiam, se scripturarum sanctarum monita, & canonum instituta diligenti indagatione perquirere, & indefessa atque infatigabili obiervatione, auxiliante domino, velle perficere.

Hæc itaque pauca de pluribus, quæ necessaria perspeximus, cum magna brevitare, domini imperatoris prudenti judicio præsentanda annotavimus. Ceterum quid generaliter in omnibus & ab omnibus sequendum sit, quidve vitandum, qualiterve intra sanctam ecclesiam sit vivendum, qui plenius nosse desiderat, diligenter in scripturarum prata percurrere non desistat.

ANNO CHRISTI 813.

CAROLI MAGNI IMPERATORIS CAPITULARE.

Anno imperii ejus 13. post synodos præcedentes editum, de iis quæ episcopi congregati in unum observanda decreverant, & admonenda.

TITULI CAPITULORUM.

1. *De baptismo rite celebrando.*
II. *Ut laici presbyteros de ecclesiis non ejiciant.*
III. *Ut laici pro datis ecclesiis munera non exigant.*
IV. *Ut canonici & monachi secundum ordinem vivant.*
V. *Ut in monasteriis puellarum presbyteri peculiaris curia non habeatur.*
VI. *Ut plures in monasteriis, quam forte possint, non recipiantur.*
VII. *De decimis.*
VIII. *De incestuosis investigandis & coercendis.*
IX. *De pace & concordia.*
X. *Ut comites episcopis obediant, & justitias faciant.*
XI. *Ut tempore famis unusquisque suos alere studeat:*
XII. *Ut episcopo liceat de thesauro ecclesiæ pauperibus erogare.*
XIII. *Ut justa sint pondera & mensura.*
XIV. *Ut prædicatio ubique fiat, & ab omnibus intelligatur.*
XV. *De iis qui dominicas die ferii non debent.*
XVI. *Ut episcopi parochias suas circumeant.*
XVII. *Ut chorisma sub specie confectionis non fiat.*
XVIII. *Ut presbyteri parochias bene doceant.*
XIX. *Ut in ecclesiis antiquis sua jura serventur.*
XX. *In ecclesiis septilibus quæ liceat.*
XXI. *Ut placita in ecclesiis earumve atriis non fiant.*
XXII. *Ut res pauperum fraudulenter non acquirantur.*
XXIII. *Ut fugitivi clerici redire compellantur.*
XXIV. *Ut qui irreflexum habet oculum, ad ejus fortem cella adjuvet.*
XXV. *De publici criminis rei publica pœnitentia subjiciantur.*

a Concilium.] Hæc synodus eadem occasione, eodemque tempore celebrata est quo duæ præcedentes: confluxit hæc in ea 66. episcopi ad discipliuam ecclesiasticam pertinentes.

Carolus Magnus ducta Deuteronomia.

b *Oportet etiam ut sacri domini imperator Carolus.*] De Deuteronomio reformatione & bonarum artium restauratione hæc Anfegisus lib. 1. *Carolus ſpiritum conſtituit in ſingulis monaſteriis & epiſcopis ſuis, ubi ingenuarum & ſervarum filii grammaticam, muſicam & arithmeticam discerunt.* Eo namque profundi bonæ literæ demerſæ erant, ut ſi quis nobilium ingenui vellet eas addiſcere, magnanum non inveniret qui doceret. Unde Lupus in epiſtola ad Egilbaldum: *Nos, inquit, Imperatoris ſit ſupra memoratum & longo ſilentio priſcorum ſtudia pene interciſſam, à tenebroſa domino non exulitas ſuſcitare poſſum. Siquidem noſtra memoria ſit familiarem imperatorem Carolum (cui literæ conſtat deberi) ut exercitatis pueris nonnullis, & ſtudium ſapientiæ ſitientibus, aliquantulum quidem exiſtere caput, facilique ſtudium ſapientiæ ſubolem præterire doctum, Romanis alis ceteris, & secundarium amici ad ſimilia gloria.* Idem inſtituit Joſua Autiſiodorenſis, qui quantum operæ Caroli Magni Germaniæ & Galliæ ecclesiæ ſtudio bonarum literarum profuerint, docet his verbis: *Non ſolum apud Germaniam ſtudium litterarum & amor ſanctarum ſcripturarum, verumetiam ſtudia & ſervantiſſima deſiderio alium eſt, ut omnino spem ſeroſus in ſui ſenectute ecclesiæ ſilli & liberalium artium explere diſſeptum, & divinarum ſcripturarum perfecta pollen intelligentia.*

Carolus Magnus Imperator.

c *Ut ſacerdotes & ſervientes & peregrinantes ſuſcipiant.*] Hæc confirmavit Ludovicus Pius in ſynodo quam ſub eodem imperio habuit Aquisgrani cap. 12. ejusdem libri. *Ubi ſacerdotes, & ſervientes & peregrinantes, & ſolitarii ut manſionem ſuſcipiant, & ſecundum quod ſuſcipiendum ſit, cum de pauperibus, tum & vagantibus cap. 12.*

ANNO CHRISTI 811.

XXVI. *Ut presbyteri quod docent opere compleant.*

XXVII. *De presbyteris qui confessiones vicedeum dare nolunt.*

XXVIII. *De transitoribus quos faidosi homines excipiebant.*

CAPITULA.

I.

Conc. Antiss. I. c. 20. 3.

UT unusquisque archiepiscopus suos suffraganeos diligenter studioseque admonere studeat, ut unusquisque suos presbyteros pariter investigare non negligat, baptismatis sacramenta qualiter agant, & hoc eos studiose doceant, ut ordinabiliter fiat.

II.

Anfelm. 6. can. 4.

Ut laici presbyteros non ejiciant de ecclesiis, nec alios mittere præsumant.

III.

Anfelm. 6. can. 2.

Ut laici omnino non audeant munera exigere a presbyteris propter commendationem ecclesiæ cuique presbytero.

IV.

Anfelm. 6. can. 6.

Providendum necesse est, qualiter canonici vivere debeant, nec non & monachi, ut secundum ordinem canonicum & regularem vivere studeant.

V.

Magnutin. can. 26.

De monasteriis puellarum, ut presbyterore opportuno tempore ad missarum solemnia licceat advenire, & iterum ad proprias ecclesias redire.

VI.

Magnutin. can. 29.

Ut plures non mittantur in monasteria canonicorum, atque monachorum, seu puellarum, quam sufferri possit.

VII.

De decimis admonendis.

VIII.

Magnutini. can. 13.

De incestuosis omnino investigandum, ut ab ecclesia expellantur, nisi pœnitentiam egerint.

IX.

Anfelm. 6. can. 12.

Ut pax sit & concordia inter episcopos & comites, & reliquos clericos, & monachos, & laicos.

X.

Anfelm. 6. can. 13.

Ut comites & judices, ceu reliquus populus, obedientes sint episcopo, & invicem consentiant ad justitias faciendas, & munera pro judicio non accipiant, nec falsos testes.

XI.

Anfelm. 6. can. 14.

Ut unusquisque propter inopiam famis suos familiares, & ad se pertinentes, gubernare studeat.

XII.

Theod. I. can. 15.

Ut uniciuique episcoporum liceat de thesauro ecclesiæ pauperibus erogare ad nutrimentum secundum canones, cum testibus.

XIII.

Anfelm. 6. can. 21.

Ut pondera & mensuræ ubique æqualia sint & justa.

XIV.

Magnutin. can. 25.

De officio prædicationis, ut juxta quod bene vulgaris populus intelligere possit affidue fiat.

XV.

Anfelm. 6. can. 16. Magnutin. can. 37.

Ne dominicis diebus mercatum fiat, neque placitum, & ut his diebus nemo ad pœnam, vel ad mortem judicetur, & de operibus cavendis admonetur.

XVI.

Anfelm. 6. can. 17.

Ut unusquisque episcopus iotetim circumeat

A parochiam suam docendo & admonendo, & quæque sunt necessaria emendare studeat: & si quid emendare nequiverit, ad prædictum placitum proferat.

ANNO CHRISTI 811.

XVII.

Ut presbyteri sub sigillo custodiant christma, & nulli sub prætextu medicinæ, vel malefici dare præsumant. Quod si fecerint, honore privenitur,

Anfelm. 6. can. 18.

XVIII.

De fide unusquisque comparet, vel parentes, vel proximi, filios suos spirituales catholice instruant; ita ut coram Deo ratiocinare debeant.

Magnutin. can. 40.

XIX.

Ut ecclesiæ antiquitus constituite nec decima, nec ulla possessione privenitur, ita ut novis tributatur ecclesiis.

Anfelm. 6. can. 10. Magnutin. can. 41.

B

XX.

Ut mortui non sepeliantur in ecclesia, nisi episcopi, vel abbates, vel fideles & boni presbyteri.

Magnutin. can. 31.

XXI.

Ut placita in domibus vel atriis ecclesiarum minime fiant.

Magnutin. can. 48.

XXII.

Ut comites vel vicarii, seu judices aut centenarii, sub multa occasione vel ingenio res pauperum non emant, nec coitollant: sed unusquis hos comparare voluerit, in publico placito coram episcopo hoc faciat.

Anfelm. 6. can. 19.

XXIII.

Ut unusquisque in sua parochia presbyteros vel alios clericos diligenter inquirat, & fugitivos ad loca sua redire faciat, & ad proprium episcopum suum.

Anfelm. 6. can. 15.

XXIV.

Ut quisque beneficium ecclesiasticum habet, ad tecta ecclesiæ restauranda, vel ipsas ecclesias omnino adjuvet.

Anfelm. 6. can. 11.

XXV.

Ut qui publico crimine convicti sunt rei, publice judicentur, & publicam pœnitentiam agant secundum canones.

Anfelm. 6. can. 18.

XXVI.

Ut presbyteri bene vivere studeant, & ita populum doceant.

XXVII.

Ut hoc inquiratur, si de partibus Austriæ verum est, quod dicunt, an non, quod presbyteri de confessionibus accepto pretio manifestent latrones.

C

XXVIII.

Ut inquiratur diligenter de faidosis hominibus, qui solent incongruas commotiones facere, tam in dominicis diebus quamque & aliis solennitatibus sicuti & in feriaticis diebus. Hoc omnino prohibendum est, ne facere præsumant.

OBSERVATIO JACOBI SIRMONDI, S. J.

D

Hadenus edicti hujus capitula, vel summæ potiori ex brevitatis capitularem. In altero autem codice Gaddonii, ex quo & postrema duo capita desumpsimus, quæ in Merenii non sunt, sequebantur præterea hoc loco, reperibus quæque ex superioribus capitula duo, quarum priminum, & quinum, sed plena atque integra, in hunc modum.

E

XIV.

Providendum omnimodis, ae diligenter equidistendum, qua liter canonici vivant, nec non & monachi: ut unusquisque eorum secundum ordinem canonice ac regulariter vivant, & non similiter. Id est, ut refectoria & dormitoria una simul

ANNO CHRISTI 813.

mul observantur, quemadmodum *famuduum* in A in capitulis nostris jujunctum habemus.

V.

De monasteriis puellarum, ut presbyteris certo tempore ad missarum solennia celebranda liceat ad eas in ecclesia convenire, & mox ad proprias redire ecclesias. Ceteri vero clerici vel laici simiiter obtervantur, ut nequaquam in eadem monasteria ingredi audeant, nisi necessitatis causa ipsius monasterii compulerit. Hoc tamen cum summa providentia episcopi vel abbatissæ fiat. Similiter & hoc plenius obtervandum fit, ut femine per domos clericorum minime diffcurrant.

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

Caroli magni capitulare.) Titulus in codice Meretii simplex erat: *De anno 813.* In Gaddonesii plenior: *Hæc sunt capitula quæ episcopi congregati in anno abscurando decreverunt & admonendo.* Edita confiat in conventu Aquisgranensi, in quo conflituendum quæ in synodis superioribus facile fierant, collationem eorum imperatore habentem docet idem Ejinhardus. Præsto hæc autem, quæ tunc a Carolo imperatore fanciea fune, multa pofi hac ex tantidem fynodorum canonibus ab Ardegifo abbate in librum 2. capitularium translata, & a Benedicto nutum Levita non propemodum addita 3. ex iisdem canonibus confiata.

B

C

D

Ex P. Bellii Collect. Concil. Rotomag.

CONCILIUM ROTOMAGENSE INCERTI TEMPORIS.

Quod in primis prædicandum sit qualiter credere debeant.

CAPUT I.

Burch. lib. 2. c. 13.

IN primis prædicandum est omnibus generaliter ut credant Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum unum Deum esse omnipotentem, qui omnia fecit, & unam esse Deitatem, & substantiam & majestatem in tribus personis Patris, Filii, & Spiritus sancti.

Burch. l. 1. c. 63.

II.

Item prædicandum est quomodo Filius Dei incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, pro salute generis humani passus, sepultus tertia die resurrexit, & cœlum ascendit, in fine mundi venturi judicare omnes homines secundum opera propria: quomodo impii cum diabolo in igem æternum mittentur; justi cum Christo in vita æternam fruentur.

Burchd. l. c. 61.

III.

Item prædicandum est quod omnes homines in propria carne resurgent.

Regin. l. 1. c. 406.

IV.

De Presbytero accusato.

Ut nullus episcopus presbyterum accusatum ab officio Missæ removeat, nisi ad causam suam dicendam die statuta litteris evocatus minime occurrerit, id est, infra spatium

C

mensis. Et si post mensem secundum non occurrerit, tunc ab officio suspendatur quousque pro se rationem reddat. Si enim laici non canonice excommunicantur nisi tertio fuerint vocati atque communoniti, indignum videtur ut sacerdotibus denegetur, qui majoris ordinis & dignitatis sunt, quod laicis regula ecclesiastica indulgenter permittit. Pro tanto eoim habetur sacerdotem ab officio removere, pro quanto laicum a communione ecclesiæ cessare. Nam unde laici excommunicantur, inde presbyteri ab officio altaris submoventur.

Ashcan. ep. 1. 2. can. 12.

D

V.

Si qua mulier filium aut filiam occiderit.

Sunt quædam mulieres, ut ad notitiam fanctæ Concilii pervenit, quæ ex fornicatione concipientes, mentientes de fceius quod occulte perpetrarunt manifeftum fieret, infantes quos pepererunt occiderunt, & terræ congenie cooperuerunt, aut in aquas projecerunt. Quod quantum nefas fit, Canones Ancyrani, Eliberitani, atque Hilerdenfis Concilii teftes funt. His itaque vix in fine dandum esse communionem decernunt. Sed humanius tractantes, post decennem pœnitentiam tales placuit ad communionem recipi.

Regino l. 2. c. 63.

Ut

ANNO CHRISTI 814.

VI.

Ut ante januam adulteri insantes exponantur. Ex eodem Concilio.

Igitur quia diabolo suadente, & cæcis fragilitate delectante, & ideo consentiente, multoties talia perpetrantur, ideo ex una mortifera potione aliam utcumque mederi cupientes, ne gemuerint fœtus adulterii & homicidii, damus consilium ut unusquisque faciendo in fine plebis publice adnuntiet ut si aliqua femina clanculo corrupta conceperit & pepererit, nequaquam diabolo cohortante filium aut filiam fuam interficiat, fed quocumque prævaluet ingenio, ante januas ecclesiæ partum deportari faciat, ibique projci; ut coram facerdote in craftinum delatus ab aliquo fideli fuſcipiatur & nutriatur, & tali ex culpa homicidii reatum & quod majus eſt, parricidii evadat. Nam qui filium aut filiam interficit, parricida omnimodis teneatur.

VII.

De eo qui patrem vel matrem inhonorat.

Si quis patrem aut matrem percutit, aut maledicit, quia capitalia crimina commiſit, publicam inde pœnitentiam agat, ſicuti de gravioribus peccatis. Air enim Dominus:

Regin. l. 2. c. 411.

A *Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur.* Quem enim Dominus dignum morte judicat, proculdubio pro homicida tenetur, & ſicut homicida debet pœnitere.

ANNO CHRISTI 814.

Observatio P. Bessin.

Bochellus Decretorum Eccleſiæ Gallicanæ libro 1. titulo 1. cap. 67. 61. 69. tres Concilii hujus de chriſtianis fide canones affert, eoſque, uno ibi, tum in præmiſſa quoque ſino Synodorum nomenclatura, tribuit Concilio Rotomagenſi ſub Guillelmo Normannorum Duce, præſente Manaſſe Archiepiſcopo cum comprovincialibus ſuis anno 1053. Verum illos ipſos canones apud Brechardum leguntur, qui anno circiter 1020. ſuam decretorum collectionem edidit.

B Quando Ufpergenſi Abbati rerum ſuſtro adhibent poſſet, Cartolarium illud anno 813. facile affignarunt; ſcio bis enim illo anno ex præcepto Caroli Imperatoris celebrata fuiſſe Concilia, unum ſtatu ecclesiarum coram ipſo, eorum Moguntiæ, alterum Rotomagi, centum Romæ; quorum Cabilone, quintum Arelate. At cum Ufpergenſis Abbas tercentis fere poſt Carolum magnum annis floruiſſet, credendum magis Eginhardo Caroli magni notario, apud quem ad annum 813. legimus: *Concilia quoque inſtar ejus ſuper ſtatu eccleſiarum corrigenda per totum Gallium ab Epiſcopis celebrata fuere, quorum unum Moguntiaci, alterum Remis, tertium Turonis, quartum Cabilone, quintum Arelati congregatum eſt.* Eginhardo conſentit Concilii Turonenſis III. præfatio. Quin tanem hæc fere ſic Concilii hujus acta nihil vetat; manent cum illis Arelatenſe, Moguntinum, & Turonenſe, quæ anno illo 813. juſſu Caroli magni habita ſunt, ita & illud a ſibi doctiora incipiat:

C Porro tribus illis de fide ſanctiſſ. ritus quoſdam apud Rhenum ſeptem Rotomagenſi Concilio laudatos ſubjicimus.

ANNO CHRISTI 814. ANNO CHRISTI 814.

ΣΥΝΟΔΟΣ ΕΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΙ

Κατὰ Ἀντωνίου μητροπολίτου τῆς Σιλαίου συμβραδίσαντα παρὰ τῷ ἁγίῳ Νικηφόρῳ ϲ τοῦ ἐπιστεφάνου.

CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM

Habitum contra Antonium Silæi metropolitam a ſancto Nicephoro patriarcha CP. & epiſcopis CCLXX.

Observatio Philippi Labbe, S. J.

Antequam ex occidente vela faciamus in Græciam, & cum Baronio, Binio, aliiſque pſeudoſynodum Iconoclaſtarum haereticorum reſpuentem, plane hic pauliſper ſubſiſtere, & alienius Conſtantinopoli a S. Nicephoro patriarcha triſque fatriſſimis adverſus Antonium Silæi metropolitam habitæ catholicæ ſynodi memoriæ. Illam porro mutuabimur ex oratione ſive epiſtola ſynodica ortodoxorum aliquot antiſtitum ad Theophilum imperatorem Michaelis τῷ τραυλοῦ filium, quam vulgavit ac latiniate donavit Combefiſius O. P. in manipulo rerum Conſtantinopolitanarum. Neque vero fatremus hic dici, quod paulo forte alias narraturorem ducamus ab ipſis fere Leonis Armeni imperii primordiis: ert enim id plane exigit eorndem hadtenus ſtudiorum & tractatus monumentisque eccleſiaſticis propoſita. Eidem eunque ſubjicimus leges ſynodicas ab eodem Nicephoro fanctas ex libro III. tomi I. Juris Greco-Romani a Joanne Leunclavio conſcripti; neque enim indegat ullatenus putamus ad quem pontificum annum fint referendæ.

LEo itaque imperii ſceptris potitus, impiorum D
ille ſuperiorum imperatorum, Leonis ac Conſtantini ex ſtatuis genus docentium abundantius imitator ac imitator effectus, qui ſcilicet annos longe plures terrorum domini fuerant, robuſque bello ſtrenue geſſit, hoſtium barbarorum audaciam fregerant, atque bonorum affluentia fuſtros beatorque dies duxerant. Cœpit ergo ſecturi ſcrutationes, nempe vaticinia quædam & aſtrologos mathematicos qui velut ex tripode ejus generis illi oracula ederent. Accerſitoque Baſilio quodam chartulario ejus, quam Exavtelem vocant (velut dicas ſaſpendionem ſeu alligatorem) Βασίλειος τοῦ χαρτουλαρίου τοῦ λεγομένου Ἐξαυτέλιου, διάφορε αὐτῷ τὰ τοῦ ἀφθιμωτάτου Κεκραυνίου τοῦ Βασιλέως ἀνδρὸς ἀναιρεθέντος, ἀθετοῦντος ὁρκοὺς καὶ μυστὰ γίνεται τῷ ἀφοβοδεκόσμῳ θυσιαζομένῳ ἀνδρὶ, Λέοντι ᾧ Κωνσταντίνῳ, τῷ τ' ἐκείνου ἀξιεπιτεύκτῳ γεγονότι, ϗ τοιαῦτα ἐποίει ϗ τὴ Βασιλικὴ ἐπεχειρεῖτο· τοιῶνδε δὴ ἀνδραγαθήματι ϗ τοιούτῳ βαζόμενο ὑμέρος κατηβλέπετο· ἐξόνιτος τε ϗ ἐπιμελεῖας βασιλικῶν· ἐξ ὧν ἐπιμελεῖας ἐπιβαλλόμενος· ἐξ ἀνθρώπων ἀξιεπιτεύκτων, ϗ ἀπὸ τοιούτων ἐξεργάζεσθαι ἐξεργάτας, μαντείας τινὰς ϗ μαθηματικὰς ἐτρεθήγε, πειθὼν αὐτῷ χρησμοδοκεῖν ϗ ἀφροσκοπεῖν τὰ μέλλοντα.

ANNO CHRISTI 814. ANNO CHRISTI 814.

ὁ δὲ, ὡς σώφρονός γε γενοῦς, ὡς θέλοις ἂν κἀκεῖνος ποιεῖν πεπλεδεύθη ἐπαΐων τὰ. δὲ ἀφὼ τοῦτο ἀνδρὸς ἐ γεγονὼς Σκαλιβέλιος ὧδε κἀκεῖνος πλανῶμαι, ὡ κακῶν ὁ κακὸς ὄλεθρος, μαντεύεις τι ϗ σὺ νἱὸν ἴμαυτ' ἡ μέλλων τῇ βασιλέων ἀφόρητον ἐπιτίθεσθαι μοναδὶ, Σαββάτιος ὕτα λεγόμενος ὑτοτὶ ὕθετα ὡὐτῷ τάκτα τὰ κατὰ θύμια τὰ βασιλ' χρώτεσθ. ἐ δὲ ἀφελθὼν ἐκεῖνος ἰωὐτὸ ὁ Σαλβάτιος ἐλοτο μεγίστη τῇ τηκερύλῃ, ϗ ἐπιβὰς ἐκεῖνο τὸν τεχνικὸν ἐκεῖνον ἐπὶ τὸ ἐκεῖνο ἐπὶ τὸ ἐκεῖνο ἐπὶ τὸ ἐκεῖνο

ANNO CHRISTI 814.

ne forte annorum trigintà factæ inductiæ, haud fecus ac avis avolans, e manibus illi effluerent. Accerito itaque ÿ quem modo dicebam, Joanne lectore, ad eum quæ mandata acceperat refert. Is vero, imperatoris jussionem re, veritus, prupensissime fc. factorum pollicetur. Imperiali itaque mana atque opera, quicquid in monasteriis illorum esse conservantes, ac quibus in eis interdictum idolis est, locos fructuantes, venerandæ Christi imagini eos affinxere. Velut enim Beti aquæ Dagonis loco Christum habentes, venerandas ejus imagines flammis addixere.

Nicephori patriarchæ illius vitandi spectatio apostolica.

Denique nihil fibi quietis indulgens gnavus imperator: quin omnino fanctiffimum patriarcham Nicephorum accerfens, collectos a Joanne libellos, fabellifque refertos indiculos, velut puerorum terricalamenta ac larvas ei offendit. At vir fanctiffimus fapientique ecclefiæ magifter, tamquam araneorum telam cunctis facili negotio everrit. Quamobrem hactenus quidem imperator reverias. ejus quod ita molliebatur, indagias facit, planeres vera monendum fe communione, patriarcha fententia timens, morbique cafu attritus, quam negleverat, a patriarcha pœnitentiam petit; veniam temeritatis rogans, & ut ejus criminis reatu monaflicæ exercitationis caftra petere liberum fit: quod & factum eft. At imperator eti eventu animi anxius, iritatque conatu perculfus, animo copit, quem demum operis adjutorem inveniret. Nuntiarumque illi eft de Antonio metropolita, qui erat in Sylæo: quem mox in aula præfto effe jubet.

Antonii metropolitæ Sylæi pertinacia.

Ad quem imperator: una operam præfta, o metropolita, in id quod molimur, toque patriarchalis fedis antiftitem collaudabo; Pollicetur ille propenfiffimum fe. juffa factorum. Quo cognito, fanctiffimus patriarcha virum accerfens, Num hæc ita fe habeant, quærit. Cui ille, Abfit, domine, ut illud a nobis, & ut aliquid fecerim. Quin adeo majorem factutus fidem, manu propria exaratas cruces, & fententiæ tenax; fidei libello apponam. Quod & ocyus fub fanctiffimorum metropolitarum qui fimul inventi funt, præfentium fcrit: uti etiam quando ordinatus eft. hæc fubfcripferat. *In nomine Patris & Filii & Spiritus fancti, Amen. Dei mifericordia, ego metropolita ... manu mea fubfcripfi. Qui in fanctam & confubftantialem ac vivificam trinitatem credamus, venerandas imagines amplexamur ac fufcipimus. Qui non ita fentiunt, fint anathema, qui non ita credunt, procul ab ecclefia arceantur. Hæc eft fides' fanctorum patrum. Hæc fides, orbem terrarum illuftravit. Qui igitur pofthac aufi fuerint exercere aliquid eorum, quæ ecclefiæ legitima tradita funt, five paffim imagines, five crucis fignum, & quidem facerdotes funt, prorfus deponantur: fin autem monachi aut laici, anathematizentur.* Hæc Antonius cum figillo obfignaffet, patriarchalibus ædibus excedit. Hanc autem imperatore ex illo percontante, ait, *Nihilnus eis, imperator, ut coriis liberior fis, in eis qua molimis.* O novum Machiavelum eademque ac Pérfa fentientem! o dementiam! o fidelitatem! Inter Chriftianos, Chriftianum agit; inter Judæos Judæum; *Ambrosque, quæfiti*

*μέτρος ἡ Ν. χάσιν φοβεῖται σφόδρα ὁρῶν ἐκ τῶν πεπραγμένων, ὅτι ἐν χερσὶν αὐτῷ διόλου ἦν. προσκυλίεται οὖν τῷ εὐφρήνῃ τὰ κατ' αὐτὸν ἐπιτήδεια· ἀφορμὴν ἐκ τούτων ἐπιζητῶν, ὡς ἀκατάστατα ἀπὸ τῆς στάσεως. ὁ δὲ, ἑτοιμότατα φιλοδωρεῖ τῷ βασιλεῖ λόγῳ, τοῦτ' ἐπ' ἐκκλησίᾳ ἐπαγγελόμενος. ὁ δὲ βασιλεὺς χαρᾷ μεγάλῃ ἐδίδου τὴν ἐπιτροπὴν τῶν ἱερῶν πραγμάτων παρεσκευάσατο, ὡς ἀπρόσκοπτα τὰ τῆς εἰκονίας ἐκ τῶν ἐκκλησιῶν ἐξαιρεῖν. ὁ δὲ ἐπιμονήσας ἐπὶ τῷ ἀναρρήξει τῶν εἰκόνων, τοῦτο τὸ ἐπιτήδευμα ἐπὶ τὸν Βασιλέα ἐκάλυπτε. ὁ δὲ ἐπὶ τούτοις ἐπιτρέπει τὰ τῆς ἐκκλησίας διοικεῖν τὸν πατριάρχην. ὁ δὲ ἐπιμόνως τὰ τῆς εἰκονίας ἐκ τῶν ἐκκλησιῶν ἐξαιρεῖν ἐπεμελεῖτο. ὁ δὲ ἐπὶ τούτῳ ἐπιμένων,

ANNO CHRISTI 814. Jo. 20. a De hac imagine Georg. Cedr. ad Leonem Isaurum.

Ac lane, sui cultodem præfidemque imperii repulit, dicens: Recede a me, fesu imperator atque rex; nolumus vias tuas scire; ejusque venerandam imaginem a in aera porta exsistentem, lapidibus, fercutibus, malli ium petentes, inque ejus faciem fpuentes, diiruptam solo dejecerunt.

* * * NICEPHORI CONFESSORIS aliquot canones.

* * * *Ex jure GR. ut supra jam monuimus.*

I.

Oportet monachos jejunare die Mercurii & B Veneris septuagesimæ; & ubicumque fuerint caseum comedere poli præfanctificatorum folutionem. Exstrit hic canon Jacobi dogma, & Tetraditarum hæresim.

II.

Die dominico fine impellente necessitate aut vi non oportet iter facere.

III.

Apocalypsin Pauli, & ea quæ dicuntur brontologia, & selenodromia, aut calandologia, fuscipere non oportet, profana enim omnia.

IV.

Apocalypsin Eldræ & Zosimæ, & duo fancti Georgii martyria, & fanctorum martyrum C Cerycī & Julittæ, librumque Marci & Cæcilii fortis fuscipere non oportet. Rejicenda hæc, non admittenda.

* Cyriel & Diadochi

V.

Monachi in pœnis exsistentes, ad communem fratribus cibum & precationem admitendi sunt. Participes etiam esse debent benedictionis, id est, fructi, simul cum eorum confessione.

VI.

Intestato morientium piæ largitiones pro ipsis factæ fuscipiendæ sunt, siquidem virentes eo animo fuerint, ut ita præsalarentur.

VII.

Si quis infirmus sit, & fanctum baptisma, fanctumque habitum requirat, dare ei hæ mora oportet, nec gratia eli deneganda.

VIII.

Si quis ad annos viginti & deliceps dissolute & in luxu vixerit, deinde fludiosus apparuerit virtutis, non eli ordinandus. Sacrum enim impollutum eli.

IX.

Non oportet operari hebdomade 1 diæsnesimi, neque sabbato * apolysimi cænere) immaculatum, neque die Jovis obiervare.

X.

Bigamus non coronatur, sed in eo punietur ut annis duobus (sera non participet mysteriis.

ΤΩΝ ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΟΜΟΛΟ-γητοῦ κανόνων τούτε.

α.

Ὅτι δεῖ πρὸ πάντων τὸς μοναχὸς τῆ πατρῴᾳ τῆς τιμοφόρου, & τῆ τεσσαρακοστῆ. & Κυριακὴ τῶν ἁγίων πατέρων ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων ἐν τῷ ἑπτὰ συνόδῳ. ἀνατρέπειν δὲ ὁ κανὼν τὴν τῶν ἀσύνθετον τυρὸν ἐσθίειν. & ἀποφαίνεται ἐν τῷ αὐτῷ κανόνι τὴν Ἰακωβίτου τὴν δόξαν, & τὴν τῶν πατροδόξων αἵρεσιν.

β.

Ὅτι δὲ οὐ βιωτικοῖς δεῖ ἐνάπτειν ἢ βίοις ὁ κοσμικός.

γ.

Τῶν ἀποκαλύψεων τοῦ Παύλου, & τὰ λεγόμενα βροντολόγια, & σεληνοδρομίαν, ἢ καλανδολόγια, ἢ χρὴ δέχεσθαι. ἀβέβηλα γὰρ πάντα.

δ.

Τὸ ἀποκάλυψιν τοῦ Ἔσδρα, & Ζωσιμᾶ, & τὰ δύο μαρτύρια τῶ ἁγίου Γεωργίου, & τὸ ἅγιον μαρτύριον Κηρύκου & Ἰουλίττης, ἃ τῶν βιβλίων Μάρκου & Κυπριανοῦ ἃ χρὴ δέχεσθαι. ἀπόβλητα γὰρ, ὅσα & ἀδεκτα.

ε.

Τὸς ὅτως ὢν ἐπιτιμίοις μοναχὸς χρὴ κοινωνεῖσθαι & σιωπᾶν. μετέχουσι δὲ & ἐλπογλεως, ἤγουν κατηχούμενοι, ἅμα τῇ αὐτῇ ἐξομολογήσει.

ϛ.

Χρὴ δέχεσθαι τὰς δόσεις τῶν ἀδιαθέτως τελευτησάντων τὰς ὑπὲρ αὐτῶν γινομένας, εἰγε & ζῶντες ἐφρονοῦντες οὕτως ὑπὲρ τῆ ἐπιτυχοῦς τελειώθησαν.

ζ.

Εἰς τὸς ἀδιάτακτος ἢ, & ἐνεργοῦντ τὸ ἀγνοεῖν βλάπτοντας, ἢ τὰ ἑαυτῶν σχίζοντας, χρὴ ἐπιδίδοναι ἐπιτροπὰς, & μὴ κωλύειν τῶν χάριν.

η.

Εἰς τὸς ἐν ἀσυνταξία ζῶντ μήκιστ ἐπῶ ἐνιαυτὸν, & ἐπέκεινα, ὥστε μὴ τῶν τῆς φωτὸς τοῦ ἁγίου ἀφεσίς, ὑ χρὴ αὐτὸν χειροτονεῖσθαι. τὸ γὰρ ἔργον ἀμέλητον.

θ.

Ὅτι δὲ δεῖ ἐγκαλεῖσθαι τῶν ἰδιωμάτα τὸς διαφθορεῖς, & τὸ σωβάπτον τὸ ἀποδυσμὸν ἀφιέναι τὸ ἀμεινον, ὠδὲ τὰς τέμνας φωνάντας.

ι.

Ὁ θέμενος ἢ ἀναπάυσαι, ἀλλ' ἔχε ἐπιτίμιον τὸ μὴ μετηλαθεῖν ἢ ἀχρόνων μυστηρίων ἐπ' ὀλίγ.

Ὁ τοῦ-

1 Ἀποφατικὴν, hoc eli, hebdomada Paschatis. *Hard.*

2 Ἀναπαύσεως, hoc eli, Sabbato in Albis. *Hard.*

3 Hoc eli, Matrimonia. Ἄγαμοι immemoriali. *Hard.*

ANNO CHRISTI 814.

ια.

Ὁ τοῦγαμος ἐπιτιμάσθω ἐπ' ἐνιαυτὸν, & ἐπὶ δεκάδιον.

ιβ.

Ὁ γυναικόμβιος τὴν ἑαυτῆ πατέρα, & ἀποκτείνας ἐκδικῶν, τὴ τὰ φόνε ἐπιτίμια πλέονα ἢ τεσσαράκοντα τέτν.

ιγ.

Κατὰ βέλεσιν & μοναχὸς λυτὰ βαπτίζει. ὠνωτίσας & διάκονος ὢν, & βέλεσιν ἐκπίπτει.

ιδ.

Εἰὰν & ἄγνοια πλοῦτων ἢ ἀνομιάτων, ἢ μολυσμάτων. ὁ γὰρ ἀγνοῶν μὴ ἁμαρτάνει. τὸ γὰρ ἑκὼν, μεγάλ & μέγιστ.

ιε.

Οἱ ἀπὸ παλλακίδος & τοκρίνας & ἀπὸ δεγάμων & ἀπὸ γεγαμηκίας γυναικὸς πάλιν, ἐὰν φανῶσι ἀρτιως ἔρωτας, & αὐτὸν ἔχοντ ἐρωτας, χροτοποιοῦνται.

ιϛ.

Χρὴ τὸ εἰδέναι ἵνα πάτας, ἐὰν ἀφιῶσι τὸς ἐν τούτου μὴ ὄντας ἰσῶς βαπτισθῶσιν. ἐν βαπτίσμ δὲ ἑ ὄλης πατῆ, ὁ ὑποδιάκονος ὁ ῥοτος, μόνου ἐκατέρ χειροτονία, ὥς ἐν ἐμαρτὶ ἐκ.

ιζ.

Ὅτι & χρὴ μεταλαβόντας τὸς παιδίαν τὸν κύον, & σκωσθῆναι αὐτὸς, ἐκμύσαι τῆ παραυλίς.

ιη.

Τρίγαμος ἐπιτιμάσθω ἐπὶ τέτε, & ἐπὶ δεκάδιον.

ιθ.

Ὁ γυναικόμβιος τὴν ἑαυτῆ πατέρα, & ἀποκτείνας ἐκδικῶν, τὴ τὰ φόνε ἐπιτίμια πλέονα ἢ τεσσαράκοντα τέτν.

κ.

Κατὰ βέλεσιν & μοναχὸς λυτὰ βαπτίζει. ὠνωτίσας & διάκονος ὢν, & βέλεσιν ἐκπίπτει.

κα.

Εἰὰν & ἄγνοια πλοῦτων ἢ ἀνομιάτων, ἢ μολυσμάτων. ὁ γὰρ ἀγνοῶν μὴ ἁμαρτάνει. τὸ γὰρ ἑκὼν, μεγάλ & μέγιστ.

κβ.

ties, & illa calcearnenta de illos tellonese fupe- La ligionis provocati cunctis cum gratiarum actione fufficientiam præbeant; fed quia noftris temporibus perfuaderi non poteft, faltem vel hoc conlentiamus, ut ad aliquantulumcumque fimilitudinem conversationis eorum noftros animos contrahamus: quia nimis inertes, tepidique, ac remiffæ devotionis eft, ut quod, ficut diximus, omne vulgus pro Dei nomine confenit, non qui peculiarius canonici ordinibus inferiore debemus, quantulumcumque in partem in hanc perfectionem non conteftamur. Et fi omnia relinquere non poffumus, ea tamen quæ habere noftra teneamus, ut dimiffa volumus noftomus fuerint, non ad hæreditum noftrorum curtailum atque patrimonium, fed ad Dei cultum. Deo acclore in comMunc deferviamus, de cujus rebus ftipendia habemus, loco hæreditatis relinquamus. Ut & cum illis perfectis pro perfecta abbrenuntiatione, fatisque hujus mundi gaudia corona non tribuitur; vel peccatorum venia, fecut minimis mifericordia divina concedatur. Quia fanctus Profper", Vita pofitor ait: Si quis ea quæ habere poterat, non noftra tatem fanxerunt, ut illi clerici, qui de rebus ecclefiæ vivere cupiunt, res proprias quas habent, pro poffeffionem charitatem. Deo & ecclefiæ, qui deferviunt condonent: & fic rebus ecclefiæ licentias absque maxima culpa utantur; Ut ficut de rebus ecclefiæ illi clerici gaudent; ita & ecclefiæ de rebus ipforum clericorum cum pauperibus fuis fic æcta atque meliorata gratuletur. Ita tamen ut ipfi clerici dum advivent, fi ita placuerit, res fuas ufufructuario ordine per beneficium ecclefiæ habeant, ut omnia fuis communia, & de Legr. de propter obitum eorum ad ecclefiam, vel ad ea- rap. vidua ut. nonicum ordinem, ea omnino date fortiant, & non veniantur. Similiter indicantes ut illi clerici, qui de facultatibus fuis fufficientiam habent, de ipfis rebus propriis vivere debeant, & tamen inftrui fuerint, ut in omnibus ad integrum ecclefiæ Dei, cui deferviunt, date noluerint & fic ipfius ecclefiæ in amore Chriffi gratuita revivere, fedulaque modulatione impendant; & ficut à prædecessoribus factum eft, ita & nos ecclefiæ ficuti ceteri canonici untur, fpecialem mifericordiam a Deo receptatores, qui de proprijs rebus inferiunt: quia, fi ea quæ acceperit erant pro eorum ordinibus de eleemofynis dispenfatori reliquerint, nihil habentibus conferenda fint precatio poffidere fua: quia & ipfi quodammodo relinquunt fua, quando propriis contenti rebus, rubilque fe jure debeat arbitrantur recipi". Et fi penare ideo accipi debere eorum quæ conferuntur ecclefiæ, portionem, nec eam videantur abjicere, quia non poffint fua relinquere, quod eis deforme eft, inter fotas, paupetes reddi: noverint eft deformist, poffeffores de eleemofynis pauperum pafci. Hoc enim providendum eft, ut non gravetur mater ecclefia, quam conftat quotidie fubventioni pauperum, viduarumque, atque orphanorum, fimulque egentium, canonum juffionem conftituam, debere eft femper intentum.

Igitur quicumque fe ad hunc ordinem canonicum, quem modo utcumque recuperare cupimus, fecut in parvulo decretulo, quod digeffimus, inftituvimus, le focitare voluerit, & de rebus quas habet fofeminter donatione per præfentem donet ad ecclefiam B. Pauli ad opus Dei, vel clericis ibidem deferventibus, facias & precarium, fi ita eft placuerit, exinde ab epifcopo accipiat, in ea ratione ut dum advivet, ipfas res ufufructuario ordine habeat, & poft" objectum ejus eam omni integritate, omnique fuperpofito ad ecclefiam cui adfata fuerint, vel ipfius congregationis ipfas res ftagna. H. ablque

549 REGULA CANON. CHRODEGANDI ED. MET. 550

Cap. XXX. *De sepulturibus fratrum.*

Illud intimare complacuit, ut nos & clerus noster fessitvirasbus Domini, & sanctæ Mariæ, vel duodecim apostolorum, seu & reliquorum sanctorum, quas ufus eft in illa provincia antis singulis celebrare, in quantum Deus poffibilitatem dederit, illud officium divinum diu nocteque facere procuremus. Et epifcopus " in nativitate domini", & pafcha domini in domo ipfis clericis refectionem faciat, fi ad præfens eft; & fi abfens his diebus eft, tunc in eorum refectorio habeant refectionem fufficienter, ficuti fuperius fcripsum eft. Et poftquam de refectorio exierint, in ecclefia domus illius, cum data fenitia, quæ fuerit confolatio fit, & ebrietas non dominetur.

Et epiphania domini, & medio pafcha & claufum pafchæ, & afcenfione domini & pentecoffe, & natalitiis epifcopi, iftos dies epifcopus eis in refectorio ad fextam, refectionem factat. Et de iftis feftivitatibus, unde abbatias in ilia civitate, aut foras poffeffiones habemus, ficut conftituimus habentem, refectionem ad clerum facere, hoc omnino non remaneat in quantum poffibilitas fuerit.

Et ille archidiaconus, vel qui tunc fub manu epifcopi præfule videtur, hoc recipiat, & ille clero exinde fit refectionis refectionem faciat: & quod fupereft ad eorum opus cellerario relevetur. Et ille archidiaconus de fua actione, quod ipfe ad eorum opus prævidet, purificationem fanctæ Mariæ, & omnium apoftolorum, & fancti Joannis Baptiftæ, & fancti Remedii eis refectionem factat ad fextam in refectorio.

Cap. XXXI. *De eo quod, qui ad hunc canonicum fpectialem ordinem hujus congregationis fe fociare vult, de rebus quas poffidet ad ecclefiam " B. Pauli epifcopi folemnem donationem per præfentem faciat; reservato tamen tempore vita fua ufufructuario ordine.*

LEet legamus antiquam ecclefiam fub tempore apoftolorum ita unanimem concordemque extitiffe, & ita omnia reliquiffe, ut fingula prædia fua vendentes ad pedes apoftolorum pretia ponerent; ut nullus eorum fibi aliquid proprium dicere auderet, *fed erant illis omnia communia*; Unde & habere dicebantur *cor unum & anima unum*: quotidie enim circa domus panem frangentes, quod in commune accipiebant tam viri quam feminæ, feu parvuli, omnifque vulgus ardore fidei accenfi, atque in omore re-

ubique aliius confignatione, vel expectata tradi-
tione reverantur. Et literat ei de omni mobili ex
ipfis rebus quamdiu vivit, & in ipfo ordine con-
ſtitit, elemoſynas tam in pauperes, quam ad ip-
ſum congregationem, quam etiam ubicumque
voluerit facere, & neceſſitates ſuas explere. Et, ſi
aliquod de ipſo mobili poſt obitum ejus ſuperfue-
rit, media pars in elemoſyna eis in pauperes, vel
promiſſas ejus, aut ubi utiliter ambulet, archi-
diacono, aut primicerio, vel cui ipſe vivens ro-
gaverit diſpeſandam: & illa media pars in ipſius
elemoſyna ad cleſum, vel ad ipſum congrega-
tionem revertatur. Et ipſi clerici de ipſis rebus,
quas in precariis habent, neque de terris, neque
de vineis, aut ſilvis, pratis, domibus, adificiis,
mancipiis, accolabus, vel quibuſlibet rebus im-
mobilibus minuendi, aut vendendi, aut commu-
nicandi poteſtatem non habeant; excepto ut di-
minus de illa ſuadia, vel quod unus pueblus laborare
poterint, viventes faciant quod voluerint.

Quod ſi contigerit ſuadente diabolo, ut ali-
quis ex his fratribus, qui ipſas res per precarias
habuerint, in aliquo crimine grave, aut leve in-
cidat, penitentiam juxta quod epiſcopus ei ja-
cilaverit, agat; tamen de rebus quas per precas
non poſſidet, expoliatus non hac re eſſe non de-
beat. Si quis autem eodem modo, quo ſupra in-
ſtituimus, ad hanc congregationem, tam unus ex
nobatibus noſtris, quam quilibet extraneus cleri-
cus ſe ſociare deſideraverit, per conſenſum, ut alii fra-
tres fecerunt, faciat. Quod ſi alter fuerit, qui ſe
eis voluerit ſociare, & omnia ad integrum perfec-
tionis gratia derelinquere: epiſcopus providcat
eis neceſſaria; qualiter opus bonum quod Deo
inſpirante coepit, adimplere valeat.

Cap. XXXII. *De elemoſynis.*

DE elemoſynis accipiendis ita conſtituimus,
ut ſi aliquis uni ſacerdoti per miſſa ſua, vel
pro confeſſione, * aut infirmitate, ſeu pro quo-
libet caro ſuo aut vivente aut mortuo aliquid in
elemoſyna dare voluerit, hoc facerdos * a ti-
buente accipiat, & exinde quod voluerit faciat.
Si autem ad omnes ſacerdotes ſub tali conditio-
ne, ſeu pro quolibet modo aliquid in elemoſyna
dare voluerit, hoc omnino tam ad omnes ſacer-
dotes, quam ad omnes canonicos veniat, & omnes
hanc elemoſynam communem habeant. " Simi-
liter & ille elemoſynæ, quæ in commune ad o-
mnem clerum veniunt omnes in commune habe-
ant, & plalmodiam, vel miſſas " pro ipſis cle-
moſynis, ut epiſcopus inſtituerit, faciant.

Ideo autem mentionem ſacerdotibus de elemo-
ſynis recipiendis ad opus proprium fecimus: * quia
nimis grave pondus exiſtimavimus eis eſſe, ſi tam
ingentia onera " portarentur ſolis illis ſacerdoti-
bus contingerete portare: Quia facilius Dei miſe-
ricordiam plures imperrant pro peccatoribus quam
unus, quamvis ſtudioſus; & unuſquiſque de pro-
pria conſcientia debet meminere, quanto magis de
alienis peccatis non debet ſibi ſupra vires facientem
peccatorum cumulare.

Has elemoſynas archidiaconus, aut primice-
rius recipiant, & in neceſſitatibus fratrum, ut eis
opus fuerit, & epiſcopus judicaverit, ipſas ex-
pendant: & ſi aliquid exinde ſuperfuerit, in ve-
litatis fratrum recondant.

Cap. XXXIII. *Dictus Dominicus, vel feſtivitatibus ſanctorum qualiter ad capitulum, ſeu ad miſſam occurrant.*

IN diebus Dominicis, vel feſtivitatibus ſancto-
rum, aut quando jufſerit pontifex, vel qui
fub eo fuit, mane poſt primam cantatam omnes
indutantur veſtimenta, officiales cum planeta,
ſicut ordo eccleſiaſticus habet, & ſint parati, &
abſque mora ad officium cum feſtinatione oc-
curant. Ut autem audiant ſortis primum fi-
gnum omnes ad capitulum veniant, & audita
lectione, ſub uno accedant ad eccleſiam; &
ſacto ſecundo ſigno cantent tertiam, & reſi-
dentes in ordinibus ſuis expectent pontificem,
ſicut mos eſt Romanæ eccleſiæ: & nullus poſſea
exinde de ordine ſuo exeat, ufque dum omnia
expleverit, nifi quibus pontifex comitantur in
obſequio, aut illi qui in aliqua utilitate occupati
fuerint, ſi talis eſt quod omnino non poſſit di-
mitti, & hoc innotefcat epiſcopo, vel qui ſub
eo funt: Si quis de clero de quolibet ordine,
tam ſacerdotum, quam diaconorum, aut ſub-
diaconorum, vel acolytorum tunc præſens non
fuerit propter ſui officium ſum impletum, & ali-
qua negligentia, vel retardatio per ipſum acci-
derit, nifi ob caſſam gravis infirmitatis, in
craſtino » vino, vel potu privetur; ſi autem per
dejunium fuerit, aut contempſerit, ut alii fra-
tres fecerunt, faciat. Quod ſi alter fuerit, qui ſe
eis voluerit ſociare, & omnia ad integrum perfec-
tionis gratia derelinquere: epiſcopus providcat
eis neceſſaria; qualiter opus bonum quod Deo
inſpirante coepit, adimplere valeat.

Cap. XXXIV. *De matricolariis, ut ad lectionem divinam audiendam veniant in ſtatuta eccleſia in domo.*

DUm de corrigenda vita clericorum canoni-
corum rebus permeceſſarits, ut nobis juſta
mediocritate noſtram & capacitatem ſenſus
per Dei adjutorium viſum fuit, deſcripſimus,
veninus ad matricolarios tam domi, quam
& in foberbardi; qui non, ſecundum inſtitu-
tionem antiqua eccleſiæ », eorum effet conver-
ſatio: ſed ſub magno quodam periculo, &
negligentia, & ut ita dixerim abſque prædica-
tione, & confeſſione erant in quadam ſecuritate
poſiti, neque ad domum ad ſtationem pu-
blicam ad audiendum verbum Dei veniebant,
neque in reliquis ſtationibus, ſed erant omnes
fratres unoſquique in loco ſuo. Propterea
una cum conſenſu fratrum ſpiritualium conſti-
tuimus, ut bis in menſe per totum annum
de quatuordecim in quatuordecim dies in ſab-
bato omnes matricolarii tam qui in domo ſunt,
quam illi, qui per ceteras eccleſias infra civita-
tem, vel vicis matricolas habent, ad conventum
ſtatutum omnes in eccleſia in domo veniant,
mane primo expectantes in ordinibus ſuis, ufque
dum ſignum pulſaverit bone tertiæ: tunc ve-
nients epiſcopus, ſi in aliis utilitatibus occupatus
non fuerit, & jubeat legere lectionem de tracta-

tibus, vel homilias ſanctorum patrum congruas, A qui hoc faciunt » exinde decreſcat, & ad ligna ») Forte, comparandum, unde ipſum panem faciant, » do- ſenſu re-
nec epiſcopus de denariis suscis de Dei mi- ſert. li.
diam Kal. Majas. Et ſi aliquid ſuperaverit de hoc,
quod ſuperius divimus, aliis pauperibus, cui
neceſſe eſt, archiepiſcopus, vel primicerius, aut
cui jufſerint, tribuat.

Explicit.

CANONICORUM REGULA
AB ANONYMO QUOPIAM
INTERPOLATORE

Ex Giodegangi norma, concilii Aquiſgranenſis cupiculis, atque aliunde conſarcinata.

*TEMPORIBUS piiſſimi Pippini Chrodogan-
gus ſervus ſervorum Dei, Metenſis urbis epiſ-
copus.* Sit recentiorum, *Bec. pag.* 534. *D. ne fra-
tres non neceſſaria repetitionibus chartas diſperdere
videamur.*

Cap. 1. *De humilitate.*

Clamat nobis divina ſcriptura, &c. *ſupra pag.*
536. *D.*

Cap. 11. *De ordine congregationis canonicorum.*

Ordines hos ita conſtituit, &c. *ſup. p.* 537.

Cap. III. *De eo quod in congregatione canonici mu-
dus diſertationis tenendus ſit.*

Cuvendum ſummopere præſpolitis », &c. *Vide-
ſi capitularem* 118. *Aquiſgranenſis canulli celebrari
an.* 816. *ſub Ludovico Pio imp. ſupra pag.* 480. *A.*

Cap. IV. *De eo quod non debent clerici in congre-
gatione canonica conſtituta » Regula ſuperflua
accipere aut exitere, ſed neceſſaria.*

Sanctorum patrum ſententiæ docent, & c.
cap. 120. *conc. Aquiſgranenſi. p. red. D.*

Cap. V. *De his qui in congregatione ſibi commiſſa
ſolummodo ex familia eccleſiæ clericos
aggregant.*

Sunt nonnulli qui tantum ex familia eccleſia-
ſtica clericos, &c. *Vide cap.* 119. *Aquiſg. p. cod.*

Cap. VI. *Qui clericis in congregatione canonica
conſtituti eccleſiaſtica accipere debeant
ſtipendia.*

Quia ſanctorum patrum, &c. *cap.* 120. *Aquiſg.*

Cap. VII. *De eo quod in congregatione canonica
aquatiter ſibus & pura » accipiatur.* » *divitiæ*

Solet in pleriſque canonicorum congregationi-
bus irrationabiliter, &c. *cap.* 121. *Aquiſg. ſyſtem.*

VIII. *De manſionibus & parati.*

Quando ad clericos in unum vivere in die reſcit,
accipient a minore uſque ad maximum quatuor
libras panis; & quando bis in die reſcit, pul-
mentum ad ſeruum, unum miniſtrationem de car-
ne inter duos, &c. *ſup. p.* 544 & 545. *& cap.* 122.
concilii Aquiſgranenſis.

Cap. IX. *De ſeptimanariis equinæ.*

Clerici canonici ſex ſibi invicem ſervient, &c.
ſupra cap. 24. *reg. Grodeg.*

X. *De archidiacona vel præpoſito.*

Oportet enim eos eſſe prudentes, &c. *ſupra cap.*
25. *Grodeg.*

XI. *De cellerario.*

Cellerarius debet eſſe timens Deum, &c. *ſupra
cap.* 26. *Grodeg. & cap.* 140. *Aquiſgr.*

XII. *De portario.*

Portarius unus cum ſuo juniore, &c. *ſupra cap.*
27. *Grodeg. & cap.* 143. *conc. Aquiſgr.*

XIII. *De eo quod diligenter manſionda ſunt
clauſtra canonicorum, in quibus dormiunt
canonici.*

Præpoſitorum curæ ſit ut ſubditorum mentes
Aa &c.

Rec, cap.117. conc. Aquisgr. pag. 479. D. ex regula Gondegandi cap.2.

XIV. De his qua aclere in nocte de lecto surgentes primum dicenda atque operanda sunt.

Nocturnis horis * cum ad opus divinum de lecto surrexerit clericus, primum signum sibi sanctæ crucis imprimat per invocationem sanctæ Trinitatis. Deinde dicat versum, *Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.* Deinde psallatur, *Deus in adjutorium meum intende*, totum cum *Gloria*. Et tunc providet sibi corporeum necessitatem naturæ, & sic ad oratorium sedilnet, psallendo psalmum. *Ad te levavi animam meam*, cum summa attentia & cautela intrans, ut alibi orantibus non impediat. Et tunc prostratus in loco congruo effundat preces in conspectu domini magis corde quam ore, ita ut illius vox vicinior sit Deo quam sibi. Ita discendo, Gratias tibi ago, omnipotent pater, qui me dignatus es in hac nocte custodire, & deprecor clementiam tuam, misericors domine, ut concedas mihi diem venturum fe peragere in tuo laudatio fevitio cum humilitate & discretione, qualiter tibi complaceat fervitus noftra. Et tunc omnes fint preparati ftantes in loco in choro per ordinem, ut noviffimum ftgnum ceffaverit cum fumma humilitate & honeftate referant laudes Deo in conspectu angelorum ejus. Et fi alicui frequens tuffis aut phlegma a pectore aut naribus excrefcit poft orfum proiciat, aut juxta latus, caute tamen & curiole, ut infirmis menti- C bus non vertatur in nauleam, & femper quod projiciur pede conculcetur, & cum ad orationem curvantur veftimenta eorum non fordidentur. Et jufta eccleſiam, & in omni conventu, feu & in portico hoc obfervandum eſt, ut quod fputiur femper pedibus conculcetur.

XV. De officiis divinis in noctibus.

Hiemis vero temporibus, id eſt a Kalendis Novembris ufque in paſcha, juxta conſideracionem rationis octava hora noctis furgendum eſt, ut modice amplius de media nocte panlentur, & jam digeſtis ad vigilias furgant. Poſt finitas nocturnas dicant verſum, *Exaltabunt juſtitiæ conſpectu Dei*. Deinde *Kyrie eleiſon*, & oratio nem dominicam, & faciant intervallum, exceptis diebus dominicis & feſtivitatibus ſanctorum, juxta conſiderationem epiſcopi, vel qui fub eo eſt, id eſt ut xl. aut l. pſalmos poſſint cantare, leconum quod viſum fuerit, & hora. premiſerit : & qui pſalterii vel lectionum aliquid indigent, meditationi inſerviant & non præſumat aliquis in ipſo intervallo dormire, niſi quem infirmitas cogit, & hoc per commeatum fuu * de qui aliter fecerit excommunicetur. Reliqui omnes ordinem vigiliarum tenent uſque ad matutinas horas; & in ipſo intervallo ſummum ſilentium fiat tam in voce, quam & in actu vel inceſſu, ſeu ſono alicujus rei, ut liceat unicuique ſeorſum, ſicutius inquietudine peccata ſua cum gemitu, ſuſpiriis & lacrymis domino confiteri, & venium veiveniſſimum pro ipſis ab omnipotente Deo orando & petendo poſtulare.

XVI. De vigiliarum antiquitate.

Antiqua eſt vigilarum devotio, ex cap. Aquisg. & ſſdori lib.1. offic. cap.12.

XVII. De matutinis.

De matutinorum antiquitate, & cap.13 30. & ſſdori lib.1. offic. cap.13.

XVIII. De hora prima.

Cumenientes clerici ad primam canendam in eccleſiam, completo officio ipſo ante pſalmum quinquageſimum, donent confeſſiones ſuas viciſſim dicentes, Confiteor domino, & tibi, frater, quod peccavi in cogitatione, & in locutione, & in opere; propterea precor te ora pro me, & ille reſpondet, Miſereatur tui omnipotens Deus, indulgeat tibi peccata tua, liberet te ab omni malo, confervet te in omni bono, & perducat te ad vitam æternam: & ille dicit, Amen. Supplici corde pro ſe certatim orantes hoc fibi faciant. Hoc expleto conveniunt ad capitulum quotidie, & ex illa inſtitutione, ut ſuper illorum vitiis ſuam Deo auxiliante feciones, in unoquoque die aliquod capitulum relegant præter diem Dominicam, & quatuor & ſextam feriam, & ſolennitates ſanctorum, in quibus relegunt vitas patrum alias Homilias vel quod addiſcet audientes. * Ideo quotidie ad capitulum omnes clericos convenire conſtituimus, ut ſenina verbum Dei audiat : & epiſcopus, vel archidiaconus, qui in loco eorum præſide videtur, ibidem quod jubere habet jubeat, & quod faciendum ſit ordinate ſtudeat. Poſt lectionem recitetur una meniſis de Lone, & nomina ſanctorum quorum feſta craſtino celebret dies. Et poſtea pariter dicant verſum, *Pre- Pſal. 117. cioſa in conſpectu domini mori ſanctorum ejus*. Quem ſequatur oratio ſe prioris tui, *Deus omnium ſanctis Dei intercedant pro nobis peccatoribus ad dominum, ut mereamur poſſidere vitam æternam, Amen*. Deinde dicatur verſus, *Deus in adjutorium meum intende*, cum tribus vicibus, quem ſequatur, & ceteris reſpondentibus, ſubjungentes *Gloria patri*, & poſtea *Kyrie eleiſon* & orationem dominicam. deinde, *Et ne nos inducas in tenta- Pſal. 140. tionem : & ne vasi, reſpice in ſervos tuos*, & pariter ufque in finem pſalmi ſubjungentes *Gloria*. Deinde prior dicit, *Dirigere & ſanctificare & cuſtodire dignetis, domine Jeſu Chriſte ſili Dei vivi, hodie corda & corpora noſtra, ac ſenſus noſtros, in via & lege tua, & in operibus mandatorum tuorum, & præs noſtros dirige in viam ſalutis, in viam juſtitia tua, ut hic & in perpetuum te adjuvante feciamus, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivis & regnas Deus per infinita ſæcula ſæculorum*, deinde, *Adjutorium noſtrum*, reſpondent alii, *In nomine domini qui fecit cælum & terram*.

Poſthæc qui culpabilis eſt poſtulet veniam, & ſecundum modum culpæ judicium recipiat. Quiſquis vero veniam poſtulat pro culpa, quam plus ſe humiliat & ſe culpabilem affert, tam miſericorditer ac levius a priore judicetur. Neceſſe eſt enim, ut omnes noſtræ negligentiæ, id eſt, cogitationum, linguæ vel operis in præſenci vita per veram confeſſionem & humilitatem ſemper judicentur, & non poſt mortem reos nos faciant.

Cap. XIX. De opere manuum quotidiano.

Surgentes a capitulo vadant aut ſimul aut ſeparatim ad opus ſibi injunctum, ut ratio præſtat cuſtodientes ſilentium & decantent pſalmos ſuos aut binis aut ſingulis, juxta quod congruum eſt. Nihil aliud loquentes, niſi forte de ipſa arte neceſſe fuerit dicere cautæ & quando inceperint opus ſuum dicant, *Benedictus es domine Deus, qui adjuviſti me, conſolaturus me, Amen. Miſereatur noſtri omnipotens Deus, Amen*. Et quando communia opera * non eſt neceſſe facere, unuſquiſque * vide sup. quod opus habet faciat, quia otioſitas inimica eſt animæ.

Cap. XX. De tribus horis diei.

Horam tertiam & ſextam & nonam Daniel, &c. *Vide capitul* 116. *Aquisgr. & cap.19. libr. offic. rium S. Iſidori.*

Cap. XXI. De hora veſpertina.

Veſpertinum diurni finis officium, &c. ex cap. 137. *Aquisgr. & Iſidori lib.1.c.10.*

Cap. XXII. De completis.

Decompletis autem celebrandis, &c. cap. 128. *Aquisgr. & 1. L. Iſidori.*

Cap. XXIII. De tempo ſilentio poſt completum.

Expleto completo ſummum ſilentium fiat, & orationes ſecretæ fiant, cum meditatione peccatorum, & poſtea gratias agant Deo dicendo, *Gratias ago tibi domine ſanctæ pater omnipotens æterne Deus, qui me dignatus es in hac die cuſtodire per tuam ſanctam miſericordiam, concede mihi hanc noſtem mundo corde & corpore ſit pertranſire. Qualiter mane ſurgens gratum tibi ſervitium perſolvere poſſim, Per Chriſtum, &c.* Et cum magna cautela ambulent in eccleſia & conformitorio, & cum ad proprium ſtratum venerint, dum ſe collocaverit clericus, dicat pſalmum, *Deus in adjutorium meum intende* totum cum *Gloria*, & poſtea dicat verſum, *Pone domine cuſtodiam ori meo & oſtium circumſtantiæ labiis meis*. Sicut mane ſurgens poſtulavit ſibi labia a domino aperiri, ſic requieſcens roget poni ori ſuo a domino cuſtodiam.

Caput XXIV. *De eo quod horas canonicas canonici religioſe obſervare debent.*

Studeant ſummopere canonici, &c. cap. 131. *Aquisgr. pag.* 486. E.

Caput XXV. *De diligentia pſallendi.*

Ubique credimus divinam eſſe præſentiam, &c. *ſupra cap.7. Grad.*

Cap. XXVI. *De eo quod non pompatice ſtandum eſt in eccleſia.*

Mox autem audito ſigno omnes canonici feſtinent ad eccleſiam & non pompatice aut inhoneſte vel incompoſite, ſed cum Dei timore ingrediantur eam: nec cum baculis aut * cambutis aut fuſtibus in choro, &c. cap.134. *Aquisgr.* * b) cl. can. Bonif. II.

Caput XXVII. *De proſiſcientibus in itinere.*

Quicumque ex clero, &c. *ſupra cap.10.*

Caput XXVIII. *De his qui in quibuſdam levioribus culpis deliquunt.*

Si quis ex clero, &c. *ſupra pag.543.B.*

Cap. XXIX. *De gravioribus culpis.*

Si quis clericus de ordine canonico, &c. *ſupra cap.15. reg. Grad.*

Cap. XXX. *De reconciliatione pœnitentis capitale crimen.*

Ordo pœnitentium agenda publicam ſic eſt: Sulcipies eum quarta feria mane in capite quadrageſimæ, id eſt, in capite jejunium, & cooperies eum cilicio, & oraibis pro eo, & includes eum ufque in coenam domini, qui eo die præſentatur in gremio eccleſiæ. Qui dum vocatus venerit ad reconciliandum, ante epiſcopum, vel clerum cum omni humilitate proſtrato omni corpore fuper terram ante aſſidam petat ab omnibus veniam, & epiſcopus, vel qui ſub eo eſt, det orationes ſuper eum ad reconciliandum in quinta feria coenæ domini.

Cap. XXXI. *De confeſſione.*

Hortatur nos ſcriptura, &c. *ſupra c.14. Grad.*

Cap. XXXII. *Ordo ad pœnitentiam accipiendam & confeſſionem faciendam.*

Hæc eſt ratio pœnitentiæ & confeſſionis noſtræ quæ coram Deo & ſacerdotibus ejus a nobis pariter agendæ ſunt. Id eſt in unoquoque anno tribus vicibus, id eſt in tribus quadrageſimis populus fideliſ tuam confeſſionem fuo ſacerdoti faciat, & qui plus fecerit melius facit; & monachi in unoquoque ſabbato confeſſionem faciant eom * k) cleric bona voluntate epiſcopo aut priori ſuo. " Quando *Gueril. General.* Tom. IX.

trahant, ne pauperta͂tis occasione compulsi per A diversa vagari ac se turpibus impliçare negotiis cogantur. reliq́oque ecclesiastico officio inclepiant indisciplinate vivere, & propriis voluptatibus deseruire. & præsati qui eis necessaria largiendo a domino remunerati poterant distinctè & sincere judicentur.

Cap. XXXVII. *Ut non præsumat aliquis alterum cadere aut excommunicare.*

Veteur in hoc ordine canonico, &c. *sup.* c. 12.

Cap. XXXVIII. *In congregatione canonicorum nulli licet alterum defendere.*

Omnibus modis cavendum est, &c. *sup.* c. 13.

Cap. XXXIX. *De ejs bono quem debent servi Deo habere servicem.*

Sicut ex rebus amaritudinis, &c. *Aquisgr.* c. 12.

Cap. XL. *De infirmis canonicis.*

Si aliquis ex eleto infirmatur, &c. *sup.* c. 18.

Cap. XLI. *De vestimentis & calciamentis clericorum.*

Illa dimidia pars cleri qui seniores fuerunt, &c. *supra cap.* 19.

Cap. XLII. *De elemosynis accipiendis.*

Si aliquis uni sacerdoti, &c. *supra cap.* 42.

Cap. XLIII. *De mensura sacerdotibus de elemosyna accipienda & facienda.*

Nimis grave est ejs, &c. *supra ibidem.*

Cap. XLIV. *De rusa quam in populo sibi communis habere debeant clerici.*

Cavendum nobis est ne in periculum per nostram negligentiam ut ita dicerim absque bapt́smo & confirmatione, & confessione, & pnitentiæ dicatione, in quadam fœcitate positos inveniat noster populus, unde constituimus ut bis in mense per totum annum de quinto decimo in quinto decimo die verbum salutis ad prædicetur, qualiter ad vitam æternam Deo auxiliante perveniat. ut si omnibus fellis & dominicis diebus assidua fuerit prædicatio, utilior est, & juxta quod intelligere vulgus possit ita prædicendum est.

Cap. XLV. *Cui commissi debeant stipendia pauperum.*

Evangelicis atque apostolicis institutis docentibus, &c. *cap.* 141. *Aquisgr. pag.* 492. C.

Cap. XLVI. *De præpositi.*

Quamvis omnes qui præsunt, &c. *cap.* 139. *Aquisgr. pag.* 491. E.

Debent igitur cunctæ congregationi utiles esse, & de ministerio sibi commisso fideliter prodesse; ea vero quæ fratribus dare debent cum caritate tempore opportuno inconcusse impenbeant. quatenus a domino de fideli administratione gradum bonum sibi adquirant.

Cap. XLVII. *Quales vitæ præfuturum in congregatione fungi debeant.*

Oportet ecclesiæ operatores, &c. *cap.* 138. *Aquisgr. ibidem.*

Cap. XLVIII. *De pueris nutricandis custodiendisque.*

Solliciter rectores ecclesiarum, &c. *cap.* 135. *Aquisgr.* 491. E

Cap. XLIX. *Ut omnes canonici ad completorium conveniant.*

Expletis religiosissimo obsequio, &c. c. 136. *Aquisgr.*

Cap. L. *De canonico.*

Studendum summopere, &c. *cap.* 137. *Aquisgr. pag.*

Cap. LI. *Quales ad legendum & cantandum in ecclesia constituendi sunt.*

Tales ad legendum, &c. *cap.* 133. *Aquisgr.*

Cap. LII. *Modus correptionis.*

Quamquam contemptores, &c. *cap.* 134. *Aquisgr.*

Cap. LIII. *Ut canonici cucullas monachorum non induant.*

Reprehensibilem, &c. *cap.* 135. *Aquisgr.*

Cap. LIV. *Ut in cultu vestium differentiam teneant canonici.*

Quærere non possus Deum cultu cordis quam corporis, &c. c. 124. *Aquisgr.*

Cap. LV. *Quod a prælatis semina pæna sit fugiendis impendenda.*

Sollerter prælatis fatagendum est, &c. c. 123. *Aquisgr.*

Cap. LVI. *De familiaritate a clericis mulierum exterminanda.*

Prima quidem temptamenta, &c. c. 128. *Aquisgr. ex ep. S. Hier. ad Oceanum. pag.* 477. E.

Inde pando atque remando ut hospitalium canonicorum caro aut nunquam mulierum pedes terant. Vit autem five mulier, sive ad modicum juveni fuerit, post pœnitum sum quod ad inviem commiserunt, nec in una villa unquam pœcaverit, nec sit inter eos salutatio, aut benedictum, nec vilos, nec colloquium, si non calus interveniat; nec de uno fonte, ut vulgo dicitur, potum bibant, nec alumnum inter utrumque concetur, nec mansionem quidem nec colloquium, ut diximus, nec secordatio alterius in mente sua requiescat; sed eos adhærere, cibo vestu, ita penitus, ut nullis dubiis cernonici, quod nec Davide sanctiores, nec Salomone sapientiores possunt esse. Meminisse debent, quod paradisi colonum de possessione sua mulier ejecit.

Cap. LVII. *De clericis non manentibus in suo propositu.*

Qui semel in clero deputati sunt, aut monachorum vitam experiuntur, statuimus neque ad militiam, neque ad dignitatem aliquam venire *mundanam*, & hoc temptantes, & non agentes pœnitentiam, quo minus redeant ad hoc quod propter Deum primitus" ingressum anathematizari.

Cap. LVIII. *De humiliatione faciendæ propter Deum carne.*

Multitudines & officia, &c. c. 95. *Aquisgr. ex ep. S. Hier. ad Paulinum.*

Cap. LIX. *De iracundis doctoribus.*

Iracundi doctores, &c. c. 33. *Aquisgr. ex c. 40. libri* 21. *Sententiarum S. Isidori.*

Cap. LX. *De discretis exercendis doctorum.*

Tam doctrina, &c. c. 20. *Aquisgr. ex c.* 36. *lib.* 122. *sent. ejusdem sancti.*

Cap. LXI. *De taciturnitate.*

Omni tempore in ecclesia tam a populo quam a clero summum silentium fiat, excepto hoc quod ad laudes Dei pertinet. Videamus quod ait propheta, *Dixi, custodiam vias meas ut non delinquam in lingua mea. Item Posui ori meo custodiam, obmutui & humiliatus sum a bonis.* Hic ostendit propheta, si a bonis eloquiis propter taciturnitatem debet interdum tacere, quanto magis a malis verbis propter pœnam peccati debet cessari? Inde sancta scriptura dicit; *Quisquis in* 2 *angel. ecclesia verbositati fuerit, & pro se & pro aliis* lem. 17. & malam redditurus est rationem in die judicii. Ergo quamvis de bonis & sanctis eloquiis propter ill. taciturnitatem rara loquendi in ecclesia concedatur licentia, quia scriptum est, *In multiloquio non deerit peccatum.* Et alibi. *Mors & vita in manibus linguæ.* Nam loqui & docere magistro conceditur, tacere & audire discipulo convenit.

Qui

Qui hanc taciturnitatem in ecclesia minime cofludierit, sed fregerit, sic in ipso die pœnitens in aqua & pane: & si iterum, tribus diebus pœnitenat in pane & aqua. Et si tertia vice iteraverit, septem diebus ut supra pœnitcat. Et si amplius hoc facere præsumpserit, corporali disciplinæ subjicatur ut ceteri timeant.

Cap. LXII. *De christae a clero vitanda atque detestanda.*

Dominus in evangelio dicit. *Attendite autem vobis, ne forte graventur corda vestra crapula.* Luc. 21. Et apostolus dicit, *Nolite inebriari vino in quo* Ephes. 5. *est luxuria.* Salomon vero dicit, *Luxuriosa res* Prov. 20. *est vinum, & tumultuosa ebrietas. quicumque in ea delectatur, non erit sapiens. Nullum scrivum* Eccli. 32. *est nisi regnat ebrietas.* Alibi dicitur, *Ignoravit* Prov. 31. *ebrietas non locupletabitur. vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes.* Et alibi, *Diligentes semper se inebriari vino nisi provocare ad congressionem nolunt.* Virum ergo sacerdotes & apostolos damnat, & vetus lex prohibet, qui altari serviunt vinum & ceream non bibent. Sicera Hebræo dominus omnis potio nuncupatur quæ inebriare potest. quidquid inebriat & flatum mentis mutat, fuge similiter ut vinum.

Qui copia ejs bonus, & eis dapsilece verum,
Et mentis flatum, & mundæ effugit vinum.
Nulla ferox hominum major quam vitea humor.
Sardesbant aures, balbutit denique lingua.
Die mihi dic, ebrie an vivus, an morte gravaris?
Pallidus ecce pater, corpus sine mente quiescit.
Non bona, non mala, non dura, & non mollia sentit.

Cavete, fratres, in omnibus ebrietatem, quia magna fubversio animæ est. Nam fecut ignis facile incendit flapas & lericres palcas; ita ebrietas corumpit animam, & dejicit eam in gran- Ecc. 5 & 31. de peccatum. Dominus per prophetam ait; *Væ illis qui mane surgunt ad ebrietatem sectandam, & ad potandum vinum usque ad vesperam.* Et in alio loco dicitur. *Væ bis qui potentes sunt ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem.* Basilius dicit, plurimi namque homines per vinum maximam debilitatem corporis contrahentes, nec potuerunt consequi proffimam frugitatem. Ebrietas potat & aliquid optimum agere, cum fuerit præcipitio devolutus. Fratres carissimi, nolite inebriari, nolite inberiando immoderate omnibus vestra de cetlo delere. Sunt multi, quod pejus est, qui non solum se inebriant, sed etiam alios adjurant, ut simplus quam expedit bibant. Et infelix qui hoc facit, non tibi sufficit quod ipse peris, nisi adhuc insuper & alios perdas? Non tibi sufficit quod in illam ebrietatem incurris, adhuc & alios tecum trahis. Non sufficit mitero eloiolo in ebrietate feipsum mergere, nisi & alios fecum conetur involuere. Nolite fratres, nolite hoc malum facere. Audite apostolum dicentem, Ne quæ *Neque ebriosi regnum Dei possidebunt.* Ebrius enim nec patrem, nec matrem, nec amicum, nec inimicum agnoscit, neque bona & mala discernit, nec igitur, nec gladium timet. Sic fali fratres & perfecutores sunt, qui Deum & ecclesiam contemnunt, nec bona nec mala discernunt, nec gladium præsentis vitæ, nec igitur gehennæ futuræ metuunt. Quando homo ebrius fuerit, cor fuum & membra deliberare non potest.

Cap. LXIII. *De clericis.*

Itaque omnes, &c. *cap.* 99. *Aquisgr. ex c.* 1. *Concil. Gentral.* Tom. IX.

lib. 21. *officiorum S. Isidori.*

Cap. LXIV. *De regulis clericorum.*

His igitur lege patrum caverur, &c. *c.* 202. *Aquisgr. ex c.* 3. *L.* 21. *S. Isidori.*

Cap. LXV. *De generibus clericorum.*

Deo sunt genera clericorum, &c. *c.* 101. *Aquisgr. ex c.* 5. *L.* 21. *ejd. S. Isidori.*

Cap. LXVI. *De sacerdotibus peccantibus.*

Presbyter aut diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto, aut homicidio capitale crimen, déponatur, non tamen communione privetur. *c.* 1. Nobum 1. 9. 10. Gregor. *lib.* 10 *epistolarum.*

Cap. LXVII. *De presbyteris habentes unum ecclesiam.*

Presbyter non amplius quam unam ecclesiam habeat, ficut & vir unam uxorem.

Cap. LXVIII. *De clericis qui ecclesiæ vitia sectant.*

Presbyteri, diacones, fubdiacones, vel deinceps, Vacuum quibus ducendi uxores licentia non eft, alienarum 122. 21. nuptiarum convivia evitent, neque his ceteris ad- Agath. 42. miscentur. nam amatoria cantica cantantes, aut ubi obfceni motus corporum choris & saltationibus efferuntur. Ne auditus & obtutus facris mysteriis deputatus turpium spectaculorum atque lectionum contagione polluatur.

Cap. LXIX. *De eo quod non per ambitionem sacerdotium appetendum.*

Sicut qui invitatus renuit, quasitus refugit s. Greg. ep. sacris est altaribus admovendus: ita qui ultro 1. 1. 2. 2. 2. ambit, vel importunus se ingerit, eft procul dubio repellendus. Nam qui nititur ad altiora confcendere, quid agit nili ut crefcendo decrefcat? ne non perspendit, quia benedictio illi in maledictum converitur?

Cap. LXX. *De eo quod removentur presbyteri de officio fuo.*

Hi presbyteri qui in presbyterio fuo filios ge- Nicæa. 8. 9. nuerant, removeri ab officio fuo debent.

Cap. LXXI. *Pro infirmis orare & unguere eos ubi præcipitur.*

Jacobus Apostolus scripsit, *Infirmatur quis in* Jac. 5. & in vobis? &c. Quod non eft dubium de fidelibus & Gregorianibus accipi vel intelligi debere, qui fan- Ilud conc. cto oleo peruncti pofiunt, quo ab epifcopo con- Vien. Ilud. fecto, non folum facerdotes, fed omnibus qui christiaiais licet in aut in fuorum neceffitate ungucndis. Nam idcirco de presbyteris dictum eft, quia epifcopi occupationibus illis impediti ad omnes fanguidos ire non poffunt. Ceterum fi epifcopus poteft, aut dignum ducit a fe vifitatum & benedicere & tangere chriftmate, fine cunctatione poteft, cujus eft chriftma conficere. Pœnitentibus illud infundi non poteft, quia genus eft facramenti. Nam quibus reliqua facramenta negantur, quomodo unum genus poffe putatur concedi?

Cap. LXXII. *Oblationes in domibus offerri non oportet.*

Non oportet in domibus oblationes celebrari Laodic. 58. ab epifcopis, vel a presbyteris.

Cap. LXXIII. *Quando benedicendi fuor fponfus & fponfa.*

Sponfus & fponfa cum precibus, &c. Carth. in. 18.

Cap. LXXIV. *De folemnitatibus præcipuis colendis.*

In folemnitatibus præcipuis, id eft, in natali, & in octavis, & in typiphan. domini, & in paſcha, & in afcenfione domini, & in pentecofte, &c. in

sanctorum festivitatibus, id est sancti Stephani, A patria ad aliquam ecclesiam pro necessitate venerint. Qui vero episcoporum, aut sacerdotum, post hoc constitutum alterius ecclesiæ clericum susceperit, nisi ad excusandum rationabiliter, placuit a communione suspendi, & eum qui susceptit, & qui susceptus est, quousque clericum ad suam fecerit revertiexclesiam.

Stephani. Decembris. Sacerdotes populi suscipient decimas, &c.

Cap. LXXVI. *De decimis dividendis.*

Cap. LXXVII. *Ut presbyteri per diœceſis epiſcopi, aut a laicis indifferre non mittantur.*

Statutum est ut presbyteri, sicut hactenus factum est, indifferre per diœceſis non mittantur, nec ab epiſcopis, nec ab aliis potentibus, nec etiam a laicis, ne forte propter eorum absentiam sint animarum pericula, & ecclesiarum in quibus constituti sunt negligantur officia.

Cap. LXXVII. *De illis qui ſoli miſſas contra canonicam auctoritatem contra præſumunt.*

Statutum est, ut nullus presbyterorum solus missam celebrare præſumat, quia nec verba domini faciatorum, quibus myſteria corporis & sanguinis sui diſcipulis celebranda tradidit, nec apoſtoli Pauli documenta declarant, nec in ipsis actibus apoſtolorum si enucleatim legatur, ita fieri debere ullo modo invenitur. Nam etsi interrogatus ſuscipiendi corporis & sanguinis dominici solitarius conſecrator fuerit, quid respondere poterit? Quibus enim dicit Dominus vobiſcum, aut a quo illi respondebitur, Et cum ſpiritu tuo: vel pro quibus ſupplicat Deum dum dicit, Memento domine, famulorum famularumque tuarum, & omnium circumſtantium, cum nullus circumſtet? quæ conſuetudo apoſtolicæ & eccleſiaſticæ auctoritati contraria eradicanda, & funditus exſtirpanda eſt a domini ſucceſtoribus, & ſi quis hoc diſcrepe facere præſumpſerit, gradus ſui periculo ſubjacebit.

Theodulfus. cap. 7 capit. ad presbyt.

Cap. LXXVIII. *Ut presbyteri inconſulto epiſcopo non conſtituantur in eccleſiis, vel de eccleſiis expellantur.*

Statutum est ut sine auctoritate, vel conſenſu epiſcoporum presbyteri in quibuslibet eccleſiis non conſtituantur, nec inde expellantur, & ſi quis deinceps hoc facere tentaverit, synodali cenſuræ diſtricte feriatur.

Cabilon. a. cap. 22.

Cap. LXXIX. *De illis qui non ſuſcipiunt ſecum in eccleſia habere debent.*

Hi sunt libri quos habere debet unuſquiſque facerdos in ſua eccleſia, per quos ſcilicet miſſas & ſpiritalas, ſeu etiam evangelium, vel baptiſterium, seu penitentiam, aut circulos annorum, cive lectiones octo natales legere poteſt. Si quis tales non habuerit ab eccleſia degradetur, quia in illo contepte poſſit quod in libris legitur, *Centa muti non poſſunt loqui*, & ideo illi sunt mali paſtores, qui conſuetudinem habent paſtoralæ miniſterium eccleſiæ, nec tamen poſſunt ad paſtorale officium prædicare.

Cap. LXXX. *De non ſuſcipiendis alterius eccleſiæ clericis, & de ſuſcipiendis eorum abſque literris commendatitiis, vel teſtibus clericis in eadem eccleſia miniſtrantibus.*

Antioch. 3. Jam conſtitutum eſt quod nun liceret in alterius civitate eccleſia, vel in parœchia ſubjacentem clericis miſſas, aut ſed ibidem permanere, neque principio nec ſecundo, nec tertio, extra eos qui miſſi a

Cap. LXXI. *Epiſtola epiſcoporum deſcisæ in Chriſti nomine miſſa ad ſuperdotes & cæteros prædicationis atque inſtructionis conſſa ſpiritu directa.*

Dilectiſſimis facerdotibus eccleſiarum Chriſti præſidibus, & cunctis clericis in eiſdem ubique ſi fimulan. a) al. ſubditibus, & dilectis omnibus in rotum mundum dispersis. b) al. Bene autem in dominoſalutamus noſtro ſalutem.

Noverit igitur fraternitas veſtra, quod ſemper ſollicitus ſum, & valde noſte deſiderio de ſalute & animatæ ac vitæ veſtræ: Deus autem omnium noſtrum veſtrumque piam admpleat deſiderium in gloriam, & vitæ ſanctæ diſciplinam. Ergo cum ſimus dominicæ plebis ſuperna miſeratione rectores, ſtudioſius nos convenit Dei præſidium pro eorum ſuſpe cognitæ ſalute, qui nobis commiſſi eſſe videntur: ne de creditis ſtruſtratiſque quod abſit animabus infidelis antiqui hoſtis ante omnium paſtorem, illi ſuccedat *præcipiendo* de offenſis correctio, diſtrictam cogamur ſolvere rationem. Unde rogamus vos, ut ipſe & pie ſanctæque viventes exemplis fidelibus & exemplum ſitis, & cultu corde & corpore ſub regula canonica vivatis. Et præterea pro ut conſideretis, & ante mentis & corporis oculos ſemper habeatis quid ſumus nos & vos. Nonne homines ſumus? & unde homines niſi de humo? Et quid eſt humus niſi pulvis, & cinis? & quid erimus niſi quod dictum eſt, *Cinis es tum cinis.* c) *aut ſcies, & in cinerem reverteris*, *pulvis es tum pulvis*, & in immortalitate & æternitate? Abnegemus cariſſimi fratres quod ſumus, ut inciplamus eſſe quod non ſumus. Ergo omnipotentem a ſummo Deo ſperandum eſt, quia *niſi dominus ædificaverit domum, in vanum laborant qui ædificant eam: & niſi dominus cuſtodierit civitatem, ſruſtra vigilant qui cuſtodiunt eam.* Non ergo pecunia, quæ tinea, nec poſſemus, *qui petit accipit, & qui quærit invenit, &c. vi. & pulſanti aperietur.* cogitemus ſemper ultimum noſtri exitus diem, omnemus finem noſtrum, & componamus diligenter vitam noſtram, & quantum incerti ſimus de obitus noſtri die, tantum paræti ſimus in bonis operibus. Nec ergo quodcumque venerit, nos ſemper paratos inveniat. Conſideremus & penſemus quia diſtrictius ventures eſt judex, qui non ſolum operum ſed cogitationum exactor apparebit. Laboremus in opere Dei quantum poſſumus, quantum debemus, quoniam ut ait Apoſtolus, *non ſunt condigna paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis.* Qua de re ſatagendum eſt nobis, & omnibus fidelibus, ut ad ipſam gloriam fideliter curramus. Veſtram quoque, o ſacerdotes fraternque dilectiſſimi, monco ſollertiam, ut nobis ſanctitati quam magna ſuſcepta habeatis onera animarum. Namque curam ſuſcepiſtis. Ideo ſecuritatem vitæ deponite, quæ inutilis eſt animæ ſuperi. Quoniam qui animas ſuſceperunt ad regendum parare ſe debent ad rationem reddendam in conſpectu Dei. Ideireo in quantum prævaletis tam verbo quam exemplo, ut prædicitote, admonete non ceſſet vobis commiſſas oves, ut in judicio eum prophete abſoluti dicere poſſitis, *Domine ſpem tuam non abſcondi in corde meo, veritatem tuam & ſalutare tuum dixi.* Diem ultimum cogitate & regulam veſtram conſervate, villicationem veſtram

veſtram penſate, quia de omnibus qui veſtra negligentia perierint, rationem ereitis reddituri in diem judicii. Et ut de negotio luerum reportetis & premium, quorum vas magis prodeſſe quam præeſſe, ſpiritales ſacerdotes, diligite clerum & populum veſtrum, & nullos vobis aſſimetis propinquiores eſſe parentes, quam qui vobiſcum in domo & in opere Dei morantur, quia ubi amor & dilectio eſt ſpiritalis, ibi Deus mediator inhabitat; qui dixit, *In hoc cognoſcent omnes quia miſeriſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad invicem.* veſtram quoque fragilitatem humiliter conſiderate, & infirmorum curam patienter portate. In imperio veſtro modeſtiæ ſit, ut ſuperbiæ humiliter nonceat, ut operatæ quæ injungitis diſcernatis & temperetis. diſcretionem ſemper cogitate ut quod ſecerint ſubjecti veſtri abſque murmure faciant, ut ſe anime laſciventuræ, & corpora ſupra modum non gravetur. Monco & omnes clericos vobis ſubjectos, ut vobis humiliter obediant, & regulam canonicam pro viribus adimplere ſatagant, & abſque murmuratione imperio veſtro ſubjaceant, dominoque dulciter ſerviant. *omnis homo perfectiones ſubliminoribus* ſuſque prepoſitis ſubditus eſſe debet, quanto magis ſervi Dei obedire humiliter prepoſitis ſuis debent? Monco etiam & regulæ canonicæ monemur ſint, ejuſque exempla ante oculos ſemper habeant. Nam quis ſcit quid contingat ſibi vel alteri in hac vita? aut quis unquam inobedientes ad bonum finem pervenit? Nobis vero pauci inveniuntur non modices, dum ingimus multorum ſalvetorum in fine ſuiſe periculum, & poſt tantos labores conſuſſiones etiam de ſummis ad ima fuiſſe præcipitatos, quorum vitis noſter debet eſſe profectus. Siquidem & primum hominem per inobedientiam eccidiſſe legimus. Multa ſiquidem atque innumerabilia de his colligi poſſent, ſed nobis iſta modo ſufficient, ut in his cavatis ne inobedientiam in aliquo incurratis. Non vos deleſtent deliciæ ſuperfluæ, niſi quantum corpus ſuſtentari videtur, & non quantum voluntas humana appetere tempſat. Nolite eſſe cultis veſtibus adornati, ſed ſimplici more veſtibus quos

Aquisgr. an. c. 44. lib. VII. sententiarum S. Isidori & ex prægs libri III. pastoralis S. Greg. papæ, &c.

Cap. LXXXIV. *De clerico derelinquente clericatum suum.*

Siquis vero clericus relicto officii sui ordine, latitare voluerit agere vitam, vel se militiæ sæculari tradiderit, excommunicationis pœna feriatur.

Cap. LXXXV. *De eo quod non facile ejiciatur unus de ordine canonico.*

Silvester dicit, Non acolytus adversus subdiaconum, non exorcista adversus acolytum, non lector adversus exorcistam, non ostiarius adversus lectorem de accusationem aliquam. Et non subdiaconus, *acolytus*, exorcista, ostiarius, lector filios habeantes & uxorem, & omnes Christum prædicantes, nisi in testimonio septem. Et non debeabitur diaconus nisi in XXXVI. & non damnabitur presbyter nisi in XLIV.

Cap. LXXXVI. *De eo quod canonici debent se præcavere ante transformationes dæmonum.*

Admonendi sunt clerici canonici, ut sint cautiæ a dæmonibus in cogitationum subtilitate fedacatur. propterea & *Summa* dilecti inter clericos observetur, ut si quis ad eos veniat, sive vir, sive mulier sic, sive fœmex, sive juvenis, cujuscunque moris, sive ignotus & tanæ omnis oratio & tanæ nomen dominii primum invocetur, quis si facit aliqua transformatio dæmonis continuo oratione facta defugiet. Si vero in cogitatione eorum fuggeslerint dæmones, aliquo modo lædari aut exæsti debeant, non adquiescat eis. Sed tanæ magis semetipsos humiliant in conspectu domini, & pro nihilo ducant, cum sibi aliquid lubricum fuggeslerint. Venerunt dæmones ad quendam monachum nomine Or, in specie cæsestis militiæ & habitu Angelorum, currus igneos agentes plurimo apparatu, tanquam magnum aliquem regem deducentes: iisque qui a cœperit ut res haberi videbatur dicebat ad eum, Impletli omnia, o homo, tantum superesti tibi ut adores me. Sed si adoraverit me transferam te ficut Heliam: & Monachus Or hæc audiens dicebat in corde suo. Quid est hoc? Quotidie ego salvatorem meum qui est res meus adoro. Hic si ellet ille quem adoro, quomodo hoc a me posseret, quod indefinenter me facere scitet? Post hæc respondit ad ipsum, Ego habeo meum regem, quem quotidie fine intermissione adoro, tu autem non es res meus: & continuo ille inimicus ad hæc verba nusquam comparuit. Item Fortunatus episcopus ex quodam homine immundum spiritum

XIX. *De prædicatione & confirmatione episcoporum.*
XX. *De pueris tondendis, & puellis velandis.*
XXI. *De feminis vires amittentibus.*
XXII. *De raptis, & de earum reperibus.*
XXIII. *De puellis raptis, necdum desponsatis.*
XXIV. *De desponsatis, & ab aliis raptis.*
XXV. *De his qui virginibus Deo dicatis se sociant.*
XXVI. *De puellis, quæ tempore voti non fuerunt.*
XXVII. *De examinatione facta eorum non facienda.*
XXVIII. *De pabulo verbi divini nutriendo.*
XXIX. *De ineptis nuptiis, & de ecclesiis non dividendis.*

CAPITULA.

I.

Capitulare libr. c. 1.

QUIS juxta sanctorum patrum traditionem novimus res ecclesiæ vota esse fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum, cuique non solum habita conservare, verum etiam multa, Deo opitulante, conferre optamus. Tamen ut abecclesiasticis de non dividendis rebus illius suspicionem dodum concepam penitus amoveremus, statuimus ut neque nostris, neque fidelium, &, Deo dispensante, successorum nostrorum temporibus, qui nostram vel progenitorum nostrorum voluntatem vel exemplum imitari voluerint, ullam penitus divisionem aut jacturam patiatur.

II.

Lib. c. 1. a. Sacrorum canonum non ignari, ut in Dei nomine sancta ecclesia suo libertas potiretur honore, allenum ordini ecclesiastico præbuimus, ut fidles episcopi per electionem cleri & populi secundum statuta canonum, de propria diœcesi, remota perfonarum & monerum acceptione, ob vitæ meritum & sapientiæ donum eligantur, ut exemplo & verbo sibi subjectis utiquecquare prodesse valeant.

III.

Lib. c. 2. Quia vero canonici professio a multis partim ignorantia, partim desidia dehonestabatur, operæ pretium duximus, Deo annuente, apud Aquisgrani conventum, ex dictis sanctorum patrum, velut ex diversis pratis quosdam vernantes flosculos carpendo, in unam regulam canonicorum & canonicarum congerere, & canonici vel fandi monialibus servandam constituere: ut per eam canonicus ordo absque ambiguitate possit servari. Et quoniam illam facer conventus ita etiam laudibus extulit, ut usque ad monasteria jam observandam perceperit, flatuimus ut ab omnibus in eadem professione degentibus indubitanter teneatur, & modis omnibus five a canonicis, five a fandimonialibus canonice degentibus, deinceps observetur.

IV.

Lib. c. 3. Monachorum siquidem cauflam quidam, Deo opitulante, ex parte dispolicimus, & quomodo ex seipsis sibi eligendi abbates licentiam dederimus, & qualiter, Deo opitulante, quieti vivere, propositumque indefesti cultoribus valerent ordinare rimus, in alia schedula diligenter annotare fecimus, & ut apud successores nostros ratum foret, & inviolabiliter conservaretur, confirmavimus.

V.

Lib. c. 27. Statutum est, quidquid tempore imperii nostri a fidelibus ecclesiæ sponte collatum fuerit, in diversibus locis duas partes in usus pauperum, tertiam in stipendia cedere clericorum, aut monachorum: in minoribus vero locis æque inter clerum & pauperes fore dividendum: nisi forte a datoribus, ubi specialiter dandæ sint, constitutum fuerit.

VI.

De fervorum vero ordinatione, qui passim ad Lib. c. 28. ecclesias ecclesiasticos indicretæ promovebantur, placuit consultudinem cum sacris canonibus concordare: & flatuimus ut deinceps, ut nullus episcoporum deinceps eos ad sacros ordines promovere præsumat, nisi prius a dominis proprie libertatem confecuti fuerint. Et si quilibet fervus dominum luum fugiens, ante latitans, aut adhibitis testibus munere conductis vel corruptis, aut qualibet calliditate vel fraude ad gradus ecclesiasticos pervenerit, de- B ctetum est, ut degradetur, & dominus ejus eum recipiat. Si vero avus vel pater ab alia patria in alium migrans, in eadem provincia filium genuerit, & ipse filius ad libertatem educatus, & ad gradus ecclesiasticos promotus fuerit, & utrum fervus fit ignoratum fuerit, & poltea veniens dominus illius legitimus eum acquisierit, sanctum est, ut si dominus ejus illi libertatem dare voluerit, in gradu fuo permaneat: fi vero catena eum fervitutis a caftris dominicis extrahere voluerit, gradum amittat, quia juxta facros canones vilis persona manere facerdotii dignitate fungi non potest. De rebus vero illorum, vel peculiari, qui a propriis dominis libertate donantur, ut ad gradus ecclesiasticos juste promoveantur, flatuimus eft, ut in poteftate dominorum consistat, utrum illis concedere, an fibi vindicare voluerint. Ceterum si post ordinationem C aliquid acquisierint, illud obfervetur quod in canonibus de conservatis nihil habentibus constitutum eft. De ecclesiarum vero fervis communi fententia decretum eft, ut archiepiscopi per singulas provincias constituti noftram auctoritatem, fuffraganei vero illorum exemplar illius penes fe habeant. Et quandocumque de familia ecclesiæ utilis inveneus aliquis ordinandus eft, in unoquoque ipfa auctoritas coram populo legatur, & coram facerdotibus vel coram fidelibus laicis ante cornu altaris, ficut in noftra auctoritate continetur, remota qualibet calliditate libertatem confecutus, & tunc demum ad gradus ecclesiasticos promovea- D tur. Similiter quoque de his agendum eft, quos laici de familia ecclesiarum ad facros ordines promovere voluerint: fed & de his quos præpofiti canonicorum, aut monachorum, ordinandos expecterint, eadem forma fervanda eft.

VII.

Statutum eft, ut nullus quilibet ecclesiafticus Lib. c. 85. ab his portionis res deinceps accipere præsumat, quarum libertatem propriis hac inconfulta adulatione poffint retum proprietarum exhæredari. Quod fi aliquis deinceps hoc facere tentaverit, ut acceptor fynodalis vel imperialis fententia diftricte feriatur, & res ad exhæredatos redeant.

VIII.

E Statutum eft etiam, ut nullus in canonica aut regulari profeffione conftitutus aliquem tonfuratæ poffit profeffionis deinceps perfuadeat: & qui hoc fecere tentaverit, fynodali vel imperiali fententia modis omnibus feriatur.

IX.

Lib. c. 30. Statutum eft, ut fine auctoritate vel confenfu epifcoporum presbyteri in quibuslibet ecclefiis nec conftituantur, nec expellantur. Et fi laici clericos probabilis vitæ & doctrinæ epifcopis confecrandos, fuisque in ecclefiis conftituendos obtulerint, nulla qualibet occafione eos rejiciant.

Sta-

Anno imperii ejus tertio in Aquisgrani palatio editum poft fynodum Aquisgranenfem.

TITULI CAPITULORUM.

I. *De rebus ecclesiæ non dividendis.*
II. *De episcopis eligendis.*
III. *De diftis patrum exemplis pro canonica profeffione quæ debeant observari.*
IV. *De abbatibus eligendis.*
V. *De statutis ecclesiæ dividendis.*
VI. *De ordinatione fervorum.*
VII. *De his quibus a quibus non fuere res accipienda.*
VIII. *De his qui in re adipiscendas non fuadenda.*
IX. *De presbyteris constituendis.*
X. *De manfis uniuscujusque ecclesiæ.*
XI. *De presbyteris uniuscujusque ecclesiæ.*
XII. *De villis servis, & ecclesiis in iis nouiter constitutis.*
XIII. *De sacris vasis ecclesiæ in pignus datis.*
XIV. *De ecclesiis destructis, vel de nonis & decimis.*
XV. *De ecclesiarum honore.*
XVI. *De episcopis Italiæ.*
XVII. *De presbyteris qui feminas in domibus habent.*
XVIII. *De presbyteris qui pro chrismate in cana domini veniebant.*

XII. *De*

X.

Lib.1.c.90. A Statutum est, ut unicuique ecclesiæ unus mansus integer absque ullo servitio attribuatur, & presbyteri in eis constituti non deideciosi, neque de oblationibus fideliu, cum de domibus, neque arcivis vel hortis juxta ecclesiam positis, neque de præsepio manso aliquod servitium faciant præter ecclesiasticum. Et si aliquid amplius habuerint, inde sensoribus suis debitum servitium impendant.

XI.

Lib.1.c.91. Statutum est, postquam hoc impletum fuerit, ut unaquæque ecclesia suum presbyterum habeat, ubi id fieri facultas providentie episcopo permiserit.

XII.

Lib.1.c.93. Sanctum est de villis novis, & ecclesiis in eis noviter conflitutis, ut decimæ de ipsis villis ad eadem ecclesias conferantur.

XIII.

Lib.1.c.94. De sacris vasis ecclesiæ, quæ in pignora nonnullis in quibuldam locis dari comperimus, inhibitum est ne deinceps a quoquam fieri præsumatur, nisi forsan mendicate necessitate redimendorum captivorum compellente.

XIV.

Lib.1.c.95. De ecclesiis sine dotatione, vel de nonis & decimis, sive de chasticis canonicorum, quæliter constituí & ordinari nobis placuerit, aliis capitulis subter annotavimus.

XV.

Lib.1.c.96. Sed & de ecclesiarum honore, quomodo Deo adjuvante, quantum in nobis est, vigeat, similiter in subter annotatis capitulis inferrom esse diligenciter.

XVI.

Lib.1.c.97. De episcopis vero in Longobardia conflituris, qui ab his quos ordinabunt sacramenta & munera contra divinum & canonicum auctoritatem accipere vel exigere soliti erant, modis omnibus inhibitum est ne ulterius fiat: quia juxta facros canones interque a gradu proprio rafis facientes decidere debent.

XVII.

Lib.1.c.98. Statutum est ab episcopis de presbyteris qui feminas secum indifferenter habitare permittunt, & ibi propter hoc malæ opinionis suspicionis denotantur, ut si deinceps admoniti non se correxerint, velut contemptores facrorum canonum canonica ultione feriantur.

XVIII.

Lib.1.c.99. De presbyteris, qui accipendi chrismatis gratia ad civitates in cœna domini venire soliti erant, sancitum est, ut de his qui longe positi sunt, de quo vel decem unus ab episcopo eligatur, qui ad cœnam chrisma sibi & sociis diligenter perferat. Ut vero qui non longius a civitate quam quatuor aut quinque millibus habitant, more solito ad accipiendum chrisma per se ipse veniant. Discendi vero gratia alio non quadragesimæ tempore ad civitatem conveniant.

XIX.

Lib.1.c.100. Ne vero episcopi occasione præditandi, aut confirmandi, omni essent populi, a nobis admoniti, pollicitisunt se deinceps hoc cavere velle, & eo tempore suum ministerium in quantum facultas dabitur exequi, quo eorum profectio, quantum in illis est, his quibus prodesse possunt & debent, sin illi importuna vel oneroſa.

XX.

Lib.1.c.101. Ad illud vero sine voluntate parentum transferuntur, quælæ velentur, modis omnibus inhibitum est, & qui hoc facere tentaverit, multum, quæ in capitulis legis mundanæ a nobis constitutis continetur, perfovere cogatur.

XXI.

Lib.1.c.102. De feminis quæ viros amittunt placet, ne se sub secundo ausu indiscrete velent, sed ut xxx. diet poſt decessum viri sui espectet, & poſt hic tectissimum diem per consilium episcopi sui, vel si episcopus abfens fuerit, consilio aliorum religiosorum facerdotum, sortumque parentum atque amicorum, id quod deget debeat eligere. Et quia a facro convento rogati, ut qui publicam geres bant pœnitentiam, & feminæ, quæ viros amiserunt, nostra auctoritate, donec deliberent quid agant, tuerentur, specialiter pro his capitula fieri, & legis mundanæ capitulis inferenda decrevimus.

B

XXII.

Lib.1.c.103. De raptis vero & de raptoribus quamquam specialiter decreviſſemus, quid pati debeant qui hoc nefas deinceps facere tentaverint, quid tamen super his fieri canones præcipiant, hic inferendum necessarium duximus: quatenus omnibus pateat quantum malum sit, & non solum humanæ, sed etiam divinæ auctoritate conflicti, abhinc hoc malum caveatur.

XXIII.

De puellis raptis necdum defponsatis ita in Lib.1.c.104. concilio Chalcedonensi, ubi cc. xxvi. patres affuerunt, capitulo x xvii. habetur: Est apud nonnullos puellas sub nomine simul habitandi, cooperantes & conniventes raptoribus, decrevit sancta synodus, equaliter clerici sint, deciden gradu proprio; si vero laici, anathematizentur. Quibus verbis aperte datur intelligi, qualiter hujus mali auctores damnandi sint, quando particeps & consentaneus tanto anathemate fit damnatus: & quod juxta canonicam auctoritatem ad conjugia legitima raptas sibi jure vindicare nullatenus possint.

XXIV.

De defponsatis puellis & ab aliis raptis, ita Lib.1.c.105. in concilio Ancyrano capitulo x. legitur: Defponsatas puellas, & poſt ab alio raptas, placuit eas, & eis reddi quibus ante fuerant defponsatæ, etiam si eis a raptoribus vis illata constiterit. Proinde statuimus est a facro convento, ut 17.q.1.&2. raptor publica pœnitentia maneatur: tamen veru, si sponsus eam recipere noluerit, & ipsa eidem crimini confentiens non fuit, licentia nubendi alii non negetur. Quod si & ipsa consentit, simili sententiæ subjaceat. Quod si ipsi poſt hæc conjungere præsumpserint, utrique anathematizentur.

XXV.

De his vero qui sacris virginibus se ſociant, ita Lib.1.c.106. in decretis papæ Gelasii capitulo xx. continetur: Virginibus sacris temere le quosdam ſociate cognovimus, & poſt divinum Deo propoſitum, incestu fœdera sacrilegaque miscere: quos protinus æquum est a facra communione detrudi, & sili per publicam probatamque pœnitentiam, omnino non recipi: at his certe viatieum de sæculo tranſeuntibus, si tamen pœnituerint, non negetur. Si vero de copulatione sacrarum virginum tam fœdere fœdissimo: quanto ferocius feriendi sunt qui eas rapiunt? Ideo sicut præmissum est, necesse est ut ab omnibus in Christiana religione conſtitentibus, rigore auctoritatis divinæ, vel humanæ, hoc malum radicitus amputetur.

XXVI.

Lib.1.c.107. Ne vero puellæ indiscrete velentur, placuit nobis etiam de sacris canonibus qualiter observandum sit hic inferre. De tempore velandarum Apuellarum in Africano concilio capitulo xvi. continetur, ut non ante xxv. annos conſecrentur. Item in eodem concilio capitulo xciii. de virginibus velandis ita continetur: Item placuit, ut quicumque episcoporum, necessitate periclitantis pudicitiæ virginalis, eam vel peritor potens, vel rapior aliquis formaverit, vel si etiam aliquo mortis periculoſo scrupulo compuncta fuerit, ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his ad quorum curam pertinet, velaverit virginem, seu velavit ante xxv. annos ætatis, non ei obſit conciliun, quod de illo annorum numero conſtitutum eſt. Unde colligitur, quia juxta priorem sanctionem virgines xxv. ætatis sue anno rite conſecrandæ sint. Quod si præmiſſe necessitates ante id fieri compellant; nullum poſſit episcopo aſſere præjudicium conſerantt.

XXVII.

Lib.1.c.108. Sanctum est, ut nullus deinceps quamlibet examinationem cruris facere præsumat; ne Christi paſſio, quæ est glorificatio, cujuslibet temeritate contemptui habeatur.

XXVIII.

Lib.1.c.109. Episcopos monemus, ut sive per se, sive per vicarios, pabulum verbi divini ſedulo populis annuntient: quia, ut ait beatus Gregorius, iram contra se occulti judicis excitat facerdos, si sine prædicationis fonitu incedit. Et ut ipſi clerum sibi commiſſum in ſobrietate & raſtitate nutriant, divinisque officiis imbuant, quo rite ad ſacros anchos eccleſiaſticos ordines promoveri poſſint, & ut operam dent, quatenus presbyteri miſtarium & lectionarium, sive ceteros libellos sibi neceſſarios bene correctos habeantes & qualiter eccleſias deſtructas ad ſe pertinentes juxta vires emendent, qualiter etiam viduas diligenter inſtruant, quomodo etiam ſecundum apoſtolicum auctoritatem conversari debeant, edoceant: & ut ſuperſtitiones, quas quibuſdam in locis in exequiis mortuorum nonnulli faciunt, eradicent. Et ut exemplo ſuæ innocentiæ alios ad bene vivendum provocent, & cunctis eccleſiaſticis negotiis, inquantum dominus juverit, totis viribus conſilere ſatagant, diligenter admoneas: & ut libellus exequi valeant, nos inquantum dominus poſſe dederit, opem ferre modis omnibus optamus.

XXIX.

Lib.1.c.110. Nonnulla vero capitula, ſicut de inceſtis nuptiis, nec non & de eccleſiis quæ inter coheredes dividuntur, & tali occaſione propriis honore caret, sive de his eccleſiis quæ nimium rebus proprii sunt attenuatæ, vel certe de his rebus, quæ nuper neceſſitate compellente a nonnullis eccleſiis sunt ablatæ, & ſi qua ſunt alia, sive in eccleſiaſticis, sive in publicis rebus emendatione digna, quæ pro temporis brevitate efficere nequivimus, intantum differendum est dignitas judicii nostri, donec domino favente conſultu fidelium facultas nobis id definiendi ab eo tribuatur. Inventa vero, ut Deo opitulante efficiam celeritate per tempora, jam emendata atque correcta ac reſtituta ſcriptis confirmare optamus.

B

C

D

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

C 1 *Capitulare Ludovici Pii.*) Totum extat in libro primo capitularium cap. 83. & ſequentibus, id eſt, poſt caput ultimum capitularis Aquiſgranenſis Caroli magni, cap. 82. Immemor enim procul dubio & inſcius ſui Antiquitas, cum librum illum ſolius Caroli eccleſiaſticis legibus deſtinatum, aut etiam Ludovici Pii confirmationes inpetiit quas quidem hoc anno poſt lyrodem Aquiſgranenſem edixe ſuiſſe, ut monui, confirmant ea quæ in capite tertio legimus de ſynodo illa, & regulis canonicorum ac ſanctimonialium in ea conſtitutis.

SYNODUS APUD CELICHYTH.

Ex Tom. 1. Concil. Hisp.

DIE VI. KALENDAS AUGUSTI

Anno Domini DCCCXXXI. indictione IX. Kenulphi regis Merciorum qui ibidem interfuit XX. præſidente vero Vulfredo archiepiſcopo Cantuariæ, qui ſedis ſuæ annum jam decimum tertium agebat: in quo retinentur fides orthodoxa & præcepta canonica, edunturque novi aliquot canones ad mores eccleſiaſticorum gubernandum, ut habetur in hac ſynodo.

TITULI CANONUM.

I. *De fide & canonibus retinendis.*
II. *De modo conſerrandi eccleſias.*
III. *Ut concordes omnes invicem diligant.*
IV. *Ut abbates & abbatiſſæ probi eligantur peregriſ- ſoqum & conventum.*
V. *Ut Sinis non admittantur ſacra miniſtrare.*
VI. *Ut judicia epiſcoporum & qua ſignantur vexillo crucis firma ſint. Et de vocato ad ſynodum.*
VII. *Ut prædia & telligraphia monaſteriorum non alienentur, nisi, &c.*
VIII. *Ut Deo dedicata ſit perpetuo manuant, nisi, &c.*
IX. *Ut deſcribenda ſint judicia ſynodorum.*
X. *Ut epiſcoporum ſient exequiæ.*
XI. *Ut nec epiſcopi, nec presbyteri alterius parochiam ſine manu vocadant.*

D PRÆFATIO.

REgnante ac gubernante Deo & domino noſtro Jeſu Chriſto, qui diſponſat ſibi omnem terrarum in æquitate, quique cœlum & omnem creaturam ſua in veritate penetravit; nec non cuncta Patris imperio ac pariter ſancti Spiritus gratia fuſum atque decorum mirabilem in modum perfecit atque diſcernit: Et eodem domino donante anno dominicæ incarnationis DCCCXXXI. indictione IX. hæc ſynodalis congregata fuerat die VI. kalendas *Auguſti*, in loco famoſo qui dicitur *Celichyth*, præſidente vero *Wulfredo* archiepiſcopo, cæteriſque aſſidentibus auſtralibus Anglorum epiſcopis; id eſt, *Beornmodo* Hrovenſis eccleſiæ, *Adulpho* E *Sel*ſeſæ epiſcopo; nec non *Wigthun* & *Wigberhto* occidentalium *Saxonum* epiſcopo, *Denebarho Huicciorum* epiſcopo, *Wulfheard* quoque *Herefordenſi* antiſtite: ſimul etiam reverendiſſimis *Merciorum* epiſcopis, *Heremmia* & *Rathmo-*

In-

ANNO CHRISTI DCCC. Insuper *Redmundo Lindisfarorum episcopo*. Honoratis *Siddano & Tidfrithæ*, duabus *Aetheltrudis Londoniæ* civitatis episcopo. Porro *Kenulfi* regis *Mercionum* anno XX. qui tunc temporis præsens adfuit cum suis principibus, ducibus, & optimatibus, tum undique sacri ordines, præfides, cum abbatibus, presbyteris, diaconibus patriæ tractantes de necessitatis, & utilitatibus ecclesiarum.

CANONES.

I.

Primo in loco expositum fidem catholicam, & orthodoxam quoque Christianam legem, atque præceptа canonica, quæ a sanctis patribus fuisse constituta didicimus, nos velle cum omni diligentia illa illibata & incorrupta custodire fatemur, & alios hoc idem docere, instruere atque firmare. Ut per hoc mereamur nostrorum percipere indulgentiam peccatorum.

II.

Secundo: Ubi ecclesiæ ædificatur, a proprie diœcesis episcopo sanctificetur: aqua per semetipsum benedicatur, spargatur, & cruce per ordinem compleat, *sicut in libro ministeriali habetur*. Postea *eucharistia* quæ ab episcopo per idem *ministerium* consecratur, cum aliis reliquiis condatur in capsula, ac serventur in eadem *basilicæ*. Et si alias reliquias intimare non poterit, tamen hoc maxime proficere poterit, quia corpus & sanguis est dominii nostri *Jesu Christi*. Seu etiam præcipimus unicuique episcopo, ut habeat depictum in pariete oratorii, aut in tabula, vel etiam in altaribus, quibus sanctus sue utrauque dedicata.

III.

Tertio confirmavimus: ut undique inter nos stabilis permaneat concordia, & intimæ pacis caritatisque devotio. Ut de omnium una voluntas in opere & sermone, vel injudicio sine cujusquam * adultatione & discretatione, quia unius ministerii fumus conservi, unius fabricationis cooperatores, unius corporis membra, cujus caput est *Christus*. Ideo ficut conjunctj fumus in uno spiritu per fidem & dilectionem, ita condecet actus nostros atque verba sine simulatione servare in timore & amore Dei omnipotentis, atque diligenter pro invicem orare; ut per illud mereamur accipere coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.

IV.

Quarto confideravimus decreto: Ut habeat unusquisque episcoporum potestatem in sua propria diœcesi abbatem vel abbatissam [illegible] hoc cum consensu & consuletu fa[illegible] & ab omnibus diligenter inquiratur & investigetur caritas hujusmodi * ab omnibus capitalibus delictis immunis habetur. Id est, ut nec in occisione hominis, aut procreandis filiis, vel etiam in gravione & publico furto sit coinquinatus, sed intra claustra monasterii regulariter fuam vitam duxerit. Prudens & acutus in sermone, ne per ejus infantiam & taciturnitatem grex ei commissus, * & iterum afpiciat episcopus, ut pro illius amore vel competenti pecunia, aut ex propinquitate quis plus eligatur quam decet. Hæc ullatenus sine consensu familiæ, nec familia sine concordia episcopi, sed in unum conjunctis, & secundum ordinem per omnia increpare permittatur & habeatur.

V.

Quinto interdictum est: ut nullus permittatur de genere Scotorum in alicujus diœcesi facrum fibi ministerium usurpare, neque ei consentire liceat ex facro ordine aliquid attingere, vel ab eis accipere in baptismo, aut in celebratione missarum, vel etiam eucharistiam populo præbere; quia incertum est nobis, unde, & an ab aliquo ordinentur. Scimus quomodo in canonibus præcipitur, ut nullus episcoporum (*vel*) presbyterorum invadere teneatur ex alius parochiam, nisi cum consensu propriæ episcopi. Tanto magis refpuendum est ab alienis nationibus sacra ministeria percipere, cum quibus nullus ordo metropolitanis, nec honor alius habeatur.

VI.

Sexto sancimus: Ut non fraugantur judicia episcoporum quæ a nobis nostrisque prædecessoribus synodali decreto constituta sunt, sed firma & irrefragabilia ita permaneant: Seu etiam de omni re quæcumque cum vexillo sanctæ crucis Christi roborata est, sic statuit servarique præcipimus, nisi forsan rex vel princeps antecessorum suorum manuum impositiones prohibere ducant, & illud non emendare neque cessare pertimescant, id ipsum in se justisque heredibus sustineant, sicut scriptum est: *In quocumque judicio judicaveritis, judicabimini*. Et iterum, si quis ab accusatoribus suis invitatur ad synodum, & ei obviantionem tardaverit, semel, secundo, tertia vice paratus rationem ponere, & accusator renuit, & suam causam movere differat, postea judicabimus nihil ab eo plus exigatur, sed suo proprio sit contentus.

VII.

Septimo constitutum est: Ut nec episcopi, neque abbates, abbatissave quæ regimina vel territoria monasteriorum percipiunt ad servandum, ut nulli eorum licitum sit aliquid de possessione agrorum ecclesiarum minuere, vel alicui in hereditatem deputare, nisi in dies & spatium unius hominis, & hoc cum consensu & licentia familiæ, & iterum reddatur ecclesiæ. Tamen servetur libri primordiales cum aliis celligraphis, ne

ANNO CHRISTI DCCC. in posterum aliquod scrupulum contradictionis immittere conentur, quia valde periculosum est illiquid deputantur custodes coenobiorum, & defensores constituti sunt, illud diffribuere ac auferre, quod ab aliis pro suarum animarum salute Deo omnipotenti & sanctorum * reliquis in propriam hereditatem concesserint: nisi rationabilis caussa poposcit adjuvari contra invasionem famis, & depredationem exercitus, & ad libertatem obtinendam. Undisfrupta & integer serventur, ne inopia desposiati pereclitentur, seu magis unusquisque fit suo proprio contentus, & illud distribuat propinquis vel alienis, secundum meritum qualitatis.

VIII.

Octavo statutum est: monasteria quæ semel dedicata sunt cum consilio episcoporum, & in quibus statutur regularis vita, seu etiam abbas vel abbatissa ab episcopo benedicatur, sic in perpetuo permaneant monasteria & res quæ ad ea pertinent, nisi caussa pœnitiæ pro rapacitate sæcularium ita inviolabiles stare non possunt, indicabimus episcopo cum sua auctoritate magis *licuisse* ovile Christi defendere, quam luporum faucibus in præda dimittere. Et hoc fieri præcipimus pro magna necessitate familiæ, ne ex cupiditate avaritiæ caussa intelligatur. Ac etiam ubi investigatur primitus constituta, & in ea electione abbatum vel abbatissarum, & eorum consecratio a suorum episcoporum, nec ultra ullaterus fieri dominium, nec hereditatio sæcularium. Quia hoc capitulum nullus æstimet noviter a nobis constitutum. Sed fi ab ipsum confirmamus, & in nomine omnipotentis Dei ita fervare præcipimus, sicut in antiquis canonicorum constitutum reperimus, & ab apostolicis viris initio primitivæ ecclesiæ mandatum esse didicimus. Sic ea regula & observantia, monastica sua disciplina & ecclesiastica jura fine macula observare præcipimus. Sin autem aliquis, quod non optamus, presbyter, aut diaconus, vel aliquis ex numero clericorum seu ancillarum Dei, aufi fuerint hoc nostrum mandatum & apostolicorum virorum institutiones spernere, & pronihilo ducere, sciant se suo gradu privari, & a sanctæ Dei ecclesiæ participatione sequestratos, & a communione ecclesiorum omnium eos esse auctoritate statuta, vel etiam in tremendo judicio ante tribunal domini nostri Jesu Christi rationem esse reddituros, nisi ante humili satisfactione voluerint emendare.

IX.

Nono sanximus in illa præfata synodo, ut unusquisque episcoporum debeat descri-

ANNO CHRISTI DCCC. bere judicium illud quod in qualicumque synodo conflatum est, vel ad illius pœnichiam pertineat. Seu etiam constituimus, ut cum ratione & ordine describat qualis anima dominii computatur, aut a qualis archiepiscopo, & alius affidentibus episcopis investigatum & confirmatum sit illud judicium, ne forte aliquis homo in fua parochia, cui reclam sit judicium constituturæ, per falsam inachinationem & malam verfitiam a recto judicio declinet. Sed semper maneat firma atque immobilis auctoritatis sententia illius archiepiscopi, & illius episcopi cujus fit diœcesium, & ille habeat aliam chartam ad fuam fedem episcopalem, aliam ille ad quem judicium illud pertineat, ne in posterum aliquod scrupulum inquitatis applicetur.

X.

Decimo jubetur, & hoc firmiter statuimus affervandum, tam in nostris diebus, quamque etiam futuris temporibus, omnibus fucceforibus nostris qui post nos illis fedibus ordinentur quibus nos ordinati fumus: Ut quandocumque aliquid ex numero episcoporum migraverit de sæculo, tunc pro animæ illius præcipimus, ex fubstantia unusquisque rei decimam partem dividere, ac diftribuere pauperibus in eleemosynam, sive in pecoribus, & armentis, seu de ovibus & porcis, vel etiam in cellariis, nec non omnem hominem Anglicum liberare, qui in diebus fuis fit fervienti fubjectus, ut per illud fui proprii laboris fructum ac retributionis pericula mereatur, & indulgentiam peccatorum. Nec ullatenus ab aliqua persona huic capitulo contradicatur, sed magis, * prout condecet, a fucceforibus augeatur, & ejus memoria semper in posterum per universas ecclesias nostræ ditionis * fubjectas cum Dei laudibus habeatur & honoretur. Prorfus orationes & eleemofinas * quæ inter se specialiter condictam habemus, id est, ut statim per singulas parochias in singulis quibusque ecclesiis, pulsato signo, omnis famulorum Dei cœtus ad basilicam convenit, ibique pariter xxx. psalmos pro defuncti anima decantent. Et postea unusquisque antiftes & abbas fexcentos * psalmos, & centum viginti missas celebrare faciat, & tres homines liberet, & eorum cuilibet tres solidos distribuat, & singuli servorum Dei diem jejuent, & triginta diebus canonicis horis expleto fyraxeos, & fepiem, beleidam Pater noster pro eo cantetur, & hoc expleto, trecefima item die obitus fui tam bene refficiatur, sicut in cujuslibet apostolorum natali die refici foleant, & per omnes ecclefias tam fideliter pro eo agant, licut moris habeant pro eorum domeftice fidei exorando facere. Ut communi intercessione gratia, communo

ANNO CHRISTI 816.

cum ſanctis omnibus regnum percipere meA reantur æternum.

XI.

Uodecimo præcipimus, ſicut priſcis temporibus a ſanctis patribus traditum eſſe reperitur: Ut nulli epiſcoporum liceat alterius parochiam invadere, vel etiam aliquid alterius miniſterii ad ſe pertrahere in aliqua conſecratione eccleſiaſtum, vel presbyterorum, diaconorum, nisi ſolus archiepiſcopus, quia caput eſt ſuorum epiſcoporum. Sed & alii ſuo proprio fint contenti, aut cum licentia & conſenſu illius epiſcopi, in cujus diœceſi eſt, & miniſtrat. Si quis illiB tra fecerit, emendet judicio archiepiſcopi, niſi ante propriæ diœceſis epiſcopo reconciliari voluerit.

Baptiſterie & agnatos vivificatur Sancti Spiritus.

Et id ipſum presbyteris præcipimus, ut

ANNO CHRISTI 817.

VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA

ANNO CHRISTI 817.

PASCHALIS PAPÆ I.

PAſchalis, * natione Romanus, ex patre Bonoſo, ſedit annos ſeptem, menſes * tan. 1. 17. quinque, dies * ſeudecim. Qui ſtudio ſcripturis ſuæ *divino cultui* manicipatus, atque in ſacroſanctæ eccleſiæ patriarchio ſtudiis divinæ ſaluti*f*eræque ſcripturæ imbutus, tam in pſalterio, quamque in lectis pagenis novi, ac veteris teſtamenti ſpeciatiter eruditus. Elegans, atque in omni bonitate perfectus, ſubdiaconus quidem factus, & poſtmodum diaconus atque presbyter honorifice conſecratus eſt.

Paſchalis ſtudiosus.

Erat autem vir ſanctus, caſtus, pius, innocens, magnanimus, loquela devotus, pudicitia plenus, & nimis hilaritier jucundeque in clemoſynis pauperum cuncta quæ habebat opportune diſtribuens. In colloquiis ergo divinis frequentius cum religioſis ac ſanctis monachis ſedulæ obſervantiæ die noctuque inſiſtebat, & in orationibus ac vigiliis quotidianiſque jejuniis humiliter atque humaſle vigebat. Quem dum prædeceſſor ejus dominus Leo ter beatiſſimus papa tantis ſtudiis pervigilem & religionis devotum conſpeciſſet, tunc ei monaſterium S. Stephani primi martyris, juxta baſilicam beati Petri principis apoſtolorum, ad regendum commiſit; quia ſcriptum eſt: *Nemo lucernam accendit, & in abſcondito ponit, neque ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut qui ingrediuntur lumen videant.* Unum qui ſuimet vitæ hujus temporalis lucra pro æterna fobrie atque utiliter moderando correxit, & exemplum bene vivendi in ſubditis, & correctionem pietatis religioſius exornavit. Qui etiam gratiam hoſpitalitatis in peregrinis & claudit, qui ob amorem B. Petri apoſtoli de longinquis regionibus ad ejus limina occurrebant, utiliter præparans neceſſaria ſubminiſtrabat, & occulte quibus egebant miſeratur erogabat. Et ſemper quotidie in Dei operatione creſcebat, uſque quo prædeceſſor ejus dominus Stephanus papa IV. hac luce ad æternam beatitudinem migraſſet. Dum ergo per tanta bonæ operationis exempla præcepſus longe lateque fama diſcurreret, & omnipotens Deus regimen eccleſiæ ſuæ ſub pie gubernatione cui *[illegible]* conferret, apte moderateque

A nullus majora negotia ad ſe deferet, quam a proprio epiſcopo concedatur, niſi in ſolo baptiſmo & ægritudine infirmorum tantum. Sed tamen omnibus presbyteris præcipimus, ut * ullo denegetur ubique baptiſ- * nulli. mi miniſterium præſtare, & ſi quis per ſuam negligentiam renuerit, ceſſet a miniſterio uſque ad tempus correctionis, & cum humili ſatisfactione reconciliatus fuerit proprio epiſcopo. Sciant etiam presbyteri quando ſacrum baptiſmum miniſtrant, ut non effundant aquam ſanctam ſuper capita infantium, ſed ſemper mergantur in lavacro, ſicut exemplum præbuit per ſemetipſum Dei Filius omni credenti, quando eſſet ter merſus in undis Jordanis. Ita neceſſe eſt ſecundum ordinem ſervari & haberi.

ANNO CHRISTI 817.

ANNO CHRISTI 817.

B diſponere; una concordia, una eademque voluntate divino interveniente conſultu a cunctis ſacerdotibus, ſeu prioribus, atque omni clero, nec non & optimatibus, vel cuncto populo Romano ad laudem & gloriam omnipotentis Dei in Titulo ejus. ſedem apoſtolicam pontifex elevatus eſt. Erat enim patrum præceptorum, ſeu inſtitutorum pontificum, atque canonum, nec non legum ſanctionumque decretiſſimus obſervator, & cujus juſſionem ſumme a tempore ordinationis ſuæ nobiliſſimus promulgator; tardus ad irafcendum, & velox ad miſerandum. Nullum malum pro malo reddens, neque vindictam ſecundum cujuſquam commiſſum tribuens, ſed ſemper miſericors pia dilectione omnibus civibus, & a Deo commiſſo populo Romano amator & gubernator exiſtebat. Omnium etenim eccleſiarum Dei cum ſummo ſtudio atque ſumma providentia pro ſolita religionis cura cultor, reſtaurator, atque in omnibus devotiſſimus exortator fuit.

Hic beatiſſimus præſul multa corpora ſanctorum requirens, invenit: que & diligentius in- Corpora ſanctorum inventa. tra civitatem ad honorem & gloriam Dei honeſtavit & recondidit. Rogam etiam omni clero ſeu in presbyterio profecto multipliciter amplianti, & omnem thefaurum in ſacrario cæleſti recondidit, maxime propter captivos, & exules eos non tantum a tranſmarinis regionibus viros ac mulieres auro, ſeu argento redimens, verum etiam per longinqua viarum itinera paſſim perquirendo, tam in Hiſpaniæ partibus, quamque per ſingula loca intercinens, ſeu bonus & verus paſtor, ad propria perducit.

C Fecit autem in facto altari beati Petri principis apoſtolorum veſtem mire magnitudinis pulcram, & decoratam nimis, ex auro gemmiſque ornatiſſimam; præſignurantem hiſtoriam, qualiter iden apoſtolus a vinculis per angelum ereptus eſt. In eadem venerabili baſilica ante aditum quæ ducit ad corpus in loco Ferrata, altare conſtituit, in quo & venerandum beati Sixti martyris atque pontificis corpus honeſtiſſime collocavit. Ubi & defuper arcum muſivo exornatum de-

D decenter inſtruxit. Simili modo in eadem ſacratiſſima beati Petri apoſtoli eccleſia juxta ingreſſum, qui ducit ad beatam Petronillam, oratorium ſummæ magnitudinis atque pulcritudinis decoraster conſtruxit. Et ſuper columnas in quadrifidio cameratnes muſivo, pulcriſque metallis decoravit. In quo & corpora beatiſſimorum martyrum Proceſſi & Martiniani, ad honorem & gloriam omnipotentis Dei, memoraliter honorificeque recondidit. In cujus abſidam imagnem pulcherrimam de argento exauratam cum diverſis hiſtoriis inter marmorum * conſtructiones ordinatas infixit, quæ penſant libras 62. & ſemis, ſimulque & lilia de argento penſantia libras 17. & uncias duas. Nec non & gabatas ex argento puriſſimo numero ſeptem, penſantes ſemiſſal libras 3. ſemis, & uncias duas: imagines etiam de argento exaratas fecit in eodem venerabili loco numero tres. Unam ſalvatoris domini noſtri Jeſu Chriſti, & duas aliorum beatorum martyrum Proceſſi & Martiniani penſantes inſimul libras triginta ſex. Necnon & aliam imagnem ex auro puriſſimo obtulit ad ornatum jam præfati oratorii, penſantem libras 13. & uncias tres. Simili modo canſitra ex mundiſſimo argento numero octo, penſantia omnia libras tres & quadraginta. Patteraque & conchum ad ſpongiam pro noctumis diligentiis ibidem ex argento conſtituit, penſantem libras 7. & uncias 9. Jmmo & claves in modum crucis ex auro puriſſimo, ſeu gemmis mire decorationis exornatas in eodem venerabili loco mirifice decoravit, quæ penſant libras ..... Ubi etiam regularem ordinavit, quem laminis argenteis ſuperindexit, penſantem libras 20. Super quem conſtituit arcum duos de argento, & gammadiat quatuor, quæ ſimul penſant libras 60. Propitiatoriumque etiam altaris ex laminis argenteis exornatum circumdavit, atque lacram confeſſionem ejus interius exteriusque cum regulis fuis nobiliſſime circumſtruxit, quæ ſimul penſant libras .... Et ſuper altare eorundem beatiſſimorum martyrum veſtes duas inſtituit, ex quibus unam de fundato cum cruce de chryſoclavo, & alteram de quadruplo mirifice exornavit. Vela quoque majora de fundato numero ſeptem cum periclyſi & blattin circumſuta ſimiliter decoravit.

Anglorum domus exornata.

E * Sed neque hoc ſilentio præteruendum eſſe arbitramur, quod eodem tempore diabolica operante inſtantia per quorundam gentis Anglorum defidiam ita eſt omnis illorum habitatio, que in eorum lingua * burgus dicitur, flamma * burus. ignis exundante combuſta, ut etiam nec veſtigia priſtinæ habitationis in eodem loco inveniri poſſint. Cujus exuberantis incendio pene totum porticum, quæ ducit ad baſilicam principis apoſtolorum, ignis fomes devaſtavit.

Quæ inde per beatiſſimus pontifex quaſi horta noctis conticinio perſenſiſſet, ſubito propter amorem eccleſiæ beati Petri apoſtoli, atque tantum peregrinorum illorum devaſtationem, nudis pedibus diſcalceatus pedeſter cucurrit. Cui tanta omnipotentis Dei in ejus adventu miſericordia adfuit, ut locum in quo prius idem combuſtus fuerat, ſine ullo, ſeu diverſitatis impetus ignis transfgredi permiſit. Sed ipſe Dei clementiam exorando & multitudo fidelium, qui aderant decertando acies ignis Deo miſerante extindta eſt. Sicque peractum eſt, ut totius noctis ſpatium uſque ad auroram perſeverans in eodem loco perſteriit. Unde poſtmodum ter beatiſſimus paſtor conſiderans illorum peregrinorum inopiam, quæ ob inſidias diabolicæ fraudis irre-

Regnum ecclesiæ.

Dona in ecclesia S. Petri.

F Dona in ecclesia S. Proceſſi.

A piſi, tanta dona, tantaque beneficia, ſicut ſemper ſolitus erat, in eorum neceſſitatibus impertivit, tam in auro, & argento, vel corporum indumenta, quam reliqua neceſſaria alimenta omnia uberius ſubminiſtrabat. Sed & ſtravam copiam pro lignorum utilitate, quatenus domicilia, ſicut ante in eodem loco fuerant, utiliter reſtaurarent. Porticum etiam quæ ab eadem clade vaſtata eſt decentius quam fuerat in melius firmiſſime reſtauravit.

Hic præclarus & venerabilis pontifex beati ecceſiæ beati Petri apoſtolorum principis nutri- clesia S. Petri. tor fui vela de chryſoclavo per arcus presbyte- ria, habentia hiſtoriam de mirabilibus apoſtolorum quæ per eos dominus operari dignatus eſt, B numero 46. Eccleſiam etiam beatiſſime Chriſti martyris Proceſſi, quæ ejusdem ſancti S. Proceſſi. tata temporibus nimio jam laſſata ſenio, ita ut a fundamentis cafura ruinam ſui minaretur, idem venerabilis pontifex (illius ruinam ante previdens, eidemque eccleſiæ curam adhibens, illic pervigil ſæpius exiſtens) in alium non longe demutans locum, in meliorem eam, quam dudum fuerat, erexit ſtatum. Abſidam vero ejusdem eccleſiæ muſivo opere exornatam variis decentes coloribus decoravit. Simili modo & arcum tejumphalem eiidem metallis mirum in modum perficiens complevit.

Hic beatiſſimus & præclarus pontifex multa corpora ſanctorum diutius in cœmeteriis jacentia ſollicitudine, ne remanerent neglectui, quærens, atque inventa colligens, magno venerationis affectu in jam dictæ ſanctæ Chriſti martyris Proceſſe eccleſiam, quam mirabiliter renovans conſtruxerat, cum omnium adnotatione Romanorum, epiſcopis, presbyteris, diaconibus, & clericis laudem Deo pſallentibus, deportans recondidit. Quæ dum ſanctiſſimi atque congregiei ejus intimus amicus virginum generentur, ut reconditorum ibidem ſanctorum corporum Deo indefinenter ſuper aſtra placentium precibus apud omnipotentem dominum juvaretur. Confeſſionem ejusdem ſancti fundamen- Cœmeterium ſti cœmobium, quod & nomine ſanctæ Præxedis Præxedis. dis virginis titulavit. In qua & ſanctam Græco- Græcia. rum congregationem aggregans, quæ die noctuque Græce modulatissimis pſalmodiæ laudes omnipotenti Deo, ſanctiſſque ſitibus ibidem quieſcentibus fedulo perſolvetet, introduxit. Si quidem in eodem venerabili monaſterio plurima conferens prædia, & poſſeſſionum locis urbana, vel ruſtica ſuperſtue atque abundanter ditavit. Quinimmo & in eadem eccleſia fecit oratorium beati Zenonis Martyris ſancti, ubi & lacratiſſimum ejus corpus pontens nuſivo amplianter ornavit.

Fecit autem in eadem eccleſia ciborium ex argento penſans libras octingentas & decem, inimo & propitiatorium facri altaris ex argenteis laminis mirifice exornavit. Confeſſionem denique ejus cum regulis ſuis interius exteriusque vallantem pulcherrime compſit atque decoravit, quæ ſimul penſant libras trecentas. Super ejuſdem venerabilis altare fecit regnum ſpanoclyſum ex auro purifimo, ex diverſis lapidibus preciosatum, penſans libras 7. & uncias duas & ſemis. Et in eodem ſacro altari fecit veſtem de chryſoclavo cum diverſis hiſtoriis mire magnitudinis atque pulcritudinis exornatam. Item, ubi ſupra, obtulit aliam veſtem chryſoclavam ex auro gemmiſque conſectam, habentem hiſtoriam vitiginum, cum facibus accenſis mirifice comptam atque decoratam. Ad ſacrum denique

ejusdem virginis corpus obtulit imaginem ex la- A
minis argenteis præfiguratis, penitantem libras nonaginta & novem. Hic benignißimus præsul fecit in jam dicto monasterio oratorium beatæ Agnetis Christi virginis mire pulcritudinis exornatum. Ecclesiam denique sanctæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ dominæ nostræ, quæ appellatur Dominica, olim conflictam, & jam ruinæ proximam ſollerti vigilantia præsatus pontifex ampliorem in formositate, quam ante fuerat, à fundamentis ædificans renovavit. Ab- ſidamque ejusdem ecclesiæ musivo mirifice decoravit. Ubi etiam & pluima obtulit dona; fecit enim ciborium ex argento pensante libras trecentas triginta & duas. Propitiatorium facri altaris ex laminis argenteis compte decoravit. Confeſſionem quoque ejus cum regulis intus & foris mirum in modum perfectum addivit, pendentem libras centum & quindecim, & unicias tres. Item, ubi ſupra, fecit gabatam ex auro puriſſimo, penitantem libras duas, & unicias octo. Verum etiam & aream ex argento, & columnas duas cum gammadiis duabus penſantes libras.....

Intento & in facro altari fecit veſtem de chryſoclavo, habentem hiſtoriam dominicæ nativitatis cum noctibi Jeſu Chriſti miræ pulcritudinis exornatam. Iterum, ubi ſupra, fecit veſtem de ſtauraz pulcherrimam cum perſicly de blattin. Item altam veſtem de blattin Byzantea habentem tabolam de chryſoclavo cum vultu ſan- C ctæ Dei genitricis, & angeli obſequio ſtantes cum perſicly de ſtauraz. Parimenque altam veſtem de ſtauraz habentem pavones, & in medio crucem de blattin. Porro & veſtes duas de quadrapulo habentes in medio crucem de blattin. Item, ubi ſupra, fecit veſtem ex auro texam cum perſicly de blattin. Coopertorium rubeum de ſerico unum. Fecit etiam in circuitu altaris vela rubea ſerica quatuor cum gammadiis, & cruces de quadrapulo. Hic venerabilis præſul obtulit in trabe ante veſtibulum altaris vela Tyria tria, & de quadrapulo quinque. In aream majores ejuſdem fecit vela de quadrapulo viginti, & per arcus presbyterii vela parva de ſtauraz quatuor, ſimulque in ingreſſu presbyterii vela Tyria duo. Hic benigniſſimus pontifex fecit in ingreſſu jam dictæ eccleſiæ cortinas majores de quadrapulo cum perſicly ſi de fundato miriſice valde.

Chriſti namque omnipotentis domini famulus, & prænominatus pontifex maximam Dei eccleſiarum curam, & ſollicitudinem præviendo indefinenter gerens, cum quadam die oratonis ſuæ ad ſanctæ Dei virginis Chriſtique martyris Cæciliæ eccleſiam adveniret, nimio jam. quaſſata fenio eccleſiæ ejuſdem mœnia etiam a fundamentis ruitura : videns quæ per olitana tempora defectu vetuſtatis marcenarant, & pæne ruinis conſracta diu antiquitus facerata manebant, quo ſtudio operis eodem in loco magnifico opere aream conſtituere dignatum cerpit, & perficere ſatis mellorem quam fuerat ſtuduit.

Sed neque illud præterendum eſſe exiſtimamus, dum quadam die ad beati Petri principis apoſtolorum eccleſiam pergeret, quatenus apud eumdem beatum Petrum apoſtolum ſolito more vigilias celebraret, & ante ejuſdem confeſſionem naturalibus luceſcente dominica laudes teſtimonio decantaret, ſubito depreſſus ſopore vidit aſſtantem ſibi virginali aſpectu puellam angelicis vultibus decoratam, talia locutionis affamina proferentem : Multas ubi gratias re-

ferimus, * quia certamen, quod de me dio- Vifio papæ
ſueras proſtratoribus relationibus prevulgatis an- facta in ædi
tea accommodatus reliquiſti. Quippe qui tuus- ficio S. Petri.
penes me foiſti, uti proprio loqui iovicem ore quod ad
valeremus. Hæc jam ſæpe præfatus pontifex di- incenſum fa
ligenter audiens ſtudioſe requirere cœpit, quæ mam, quem
effet ipſa, quæ talia illi verba diceret, vel quo de me ſuper
nomine vocaretur. Cui illa reſpondit : Si nomen ſum diu
inquiris, Cæcilia familia Chriſti vocor. Ad quam ſummus inquiſitor ſubjungit : Quomodo hoc credere poſſum, ex quod olim fama relata ſit, quatenus ejuſdem venerabilis Chriſti martyris Cæciliæ corpus ab Aiſtulpho Longobardorum rege hoſtiliter ſtolimve refidente ferrum, & ab illius hominibus fuiſſet ablatum ? Cui talia venerabili pontifici intimanti, omnipotentis Dei famula dixit : Quia me deſideranter, ut invenirent Longobardi, præparavi, & omnino verum eſt : ſed domini mei Jeſu Chriſti opitulatione, & dominæ meæ ſanctæ Dei genitricis ſemperque virginis Mariæ auxilio, neque me invenire, neque deportare, ſicut voluerunt, hinc longius poterunt. Et ideo, ſicut me quærere cupiſti, qualiter me invenias, aſſiduo lacrimarum & orationum, quia dominus Deus, pro cujus amore & honore paſſa ſum, placuit, ut tu me invenias, & in eccleſia, quam noviter conſtruxiſti, recondas. Et hæc dicens ab oculis aſpicientis abſtata eſt. Tunc idem venerandus pontifex matutinalibus laudibus perſolutis, pro tam certæ & indubitabilis revelationis* judicio, *cæpit hac illacque operoſius quærere, ubi ſactratiſſimum ejus corpus jacere haurietur. Quod dominus Deus, dum ſollicite quæreret, reperit in cœmeterio Prætextati, ſito ſors portam Appiam, aureis illud veſtibus indutum, cum corpore venerabilis martyris ſponſi ſui Valeriani, pariterque & linteamina martyris ipſius ſanguine plena, quando ab impio perculſa carnifice Chriſti domini martyre eſt regnantis in ſæcula conſecrata. Quibus & cum- B minibus fanguis ſanctæ martyris exterſus, involuta ad pedes illius corporis ſactratiſſimo cruore plena de trina carnifici perculſione reperta ſunt. Quæ cuncta ſimul cum manibus collegit, & cum magno honore infra muros hujus Romanæ urbis in eccleſia nomine ipſius ſanctæ martyris dedicata ad laudem & gloriam omnipotentis Dei ejuſdem virginis corpus cum cruſtimonibus ſanguis ſanctæ martyris exterſus, involuta ad pedes illius corporis ſactratiſſimo cruore plena de trina carnifici perculſione reperta ſunt. Quæ cuncta ſimul cum manibus collegit, & cum magno honore infra muros hujus Romanæ urbis in eccleſia nomine ipſius ſanctæ martyris dedicata ad laudem & gloriam omnipotentis Dei ejuſdem virginis corpus cum cruſtimonibus Valeriano ſponſo, atque Tiburtio & Maximo martyribus, nec non Urbano & Lucio pontificibus, ſub facroſancto altari collocavit. Pro quorum ſanctorum honore videlicet, & opitulatione, conſtruxit monaſterium in honorem virginum ſeu martyrum Agathæ & Cæciliæ juxta ipſius eccleſiam, in loco qui dicitur Colles jacentes. In quo & monachorum Deo ſervientium congregationem pro quotidianis laudibus in præſato titulo ſanctæ Cæciliæ, die noctuque omnipotenti domino decantandi conſtituit. Et pro ſubſidio, & luminariorum concinnatione, ſeu utilitate atque ſtipendiis monachorum, nec non & pro amore atque dilectione, qua erga prædeceſſorem ſuum piæ recordationis dominum Leonem tertium papam habere videbatur, hoſpitale ſancti Peregrini poſitum ad beatum Petrum apoſtolum in loco qui vocatur Naumachia, quod idem prædeceſſor ſuus conſtruxerat, & ob negligetum atque deſtitutionem præpoſitorum paſſerattis inopia conſumi videbatur, ideirco pio luvamine conſulens præfatum hoſpitale cum fundis & calabibus, atque maſſis, feu etiam colonis, ſive domibus, nec non familiis, & univerſis quæ juſte & rationabiliter ſecundum le-*

gum ſtatuta, eique à prædeceſſore ſuo in jam A
præfato hoſpitali donata ſunt. Quæque ab ipſo pia devotione ad augmentum jam dicti monaſterii adjuncta ſunt, ſive agris, vel vineis, ejusdem domibus, nec non ruſtica familia, ſuæ auctoritatis pagina pro jam nominata monachorum congregatione in eodem monaſterio confirmavit. Qui ſanctiſſimus præſul annore venerandorum ſanctorum fecit in ornamentis ipſius eccleſiæ abſidam muſivo opere decoratam, & ciborium mire magnitudinis ex argento, penſans libras quadraginta & ſeptem, & uncias octo. Propitiatorium denique facri altaris, feu confeſſionem interius exteriuſque cum regulis ſuis ex laminis argenteis mirum in modum perfectum compſit, quæ ſimul penſant libras ſexaginta quatuor, & uncias quinque. Ad ſacrum vero ejusdem virginis corpus obtulit imaginem ex argenteis laminis penſantem libras nonaginta quinque. Fecit etiam ante veſtibulum altaris regulam inveſtitum ex laminis argenteis, & columnis duabus, ubi & poſuit arcum unum, & gammadias duas, penſantia infimul libras centum, & ſemis. Obtulit ibi ipſe imagines argenteas deauratas tres, penſantes infimul libras quadraginta octo, & ſemis. Serpentum quoque præſul fecit per arcus ejuſdem eccleſiæ cancellos majores ex argento viginti & ſex, penſantes infimul libras centum novem, & ſemis. Item ubi ſupra obtulit cruſtia ex argento duo penſantia libras duas & uncias octo. Gabatam ex auro puriſſimo penſantem libras tres. Fecit jam prædictus pontifex cauſtra Enaſoi ex argento duo penſantia libras decem : gabatas ex argento tres penſantes libras quinque : turibulum ex argento deauratum penſans libram unam. Hic benigniſſimus præſul obtulit in ſacro altari veſtem de blattin Byzantea, habentem in medio tabolam de chryſoclavo cum hiſtoria qualiter angelus beatam Cæciliam ſeu Valerianum & Tiburtium coronavit cum perſicly ſi de chryſoclavo mire pulcritudinis exornatam. Item ibi fecit veſtem de fundato alythino, habentem in circuitu perſicly ſi de oloveto.

Ob amorem ejusdem virginis fecit aliam veſtem de fundato porphyretico, habentem in medio crucem ex auro texto compte decoratam. Extenſum in jam dicto altari obtulit veſtem allam ſigillatam cum rotulis, habentem in medio crucem de blattin cum pallis, & perſicly ſis de blattin Byzantea pulcherrime exornatam. Obtulit & in prænominato altari veſtem de quadrapulo.

Venerabilis pontifex fecit vela alythina tendentia in circuitu altaris quatuor, habentesque & gammadias de fundato & quadrapulo. In arcellam vero, ubi venerabile caput ejusdem virginis condidit, fecit veſtem parvam de Tyrio cum perſicly ſi de blattin. Obtulit ubi ſupra veſtem de fundato praſino : immo & aliam veſtem de ſtauraz cum perſicly ſi de oloveto, & veſtem de blattin cum perſicly ſi de fundato. Fecit etiam in arcella ad corpus jam dictæ virginis veſtem de quadrapulo cum perſicly ſi.

Porro & aliam veſtem de ſtauraz cum perſicly ſi de oloveto. In jam dicta eccleſia fecit vela Tyria cum perſicly ſi de blattin Byzantea numero vigiati quinque. Item vela praſina cum perſicly ſi de oloveto numero quatuor. Obtulit ubi ſupra vela alythina cum perſicly ſi de blattin numero tria. Simalque vela de fundato parva cum perſicly ſi de blattin numero duo. Patiter vela Tyria cum perſicly ſi de fundato duo.

chrysoclavo cum vultu domini noſtri Jeſu Chriſti, atque beatorum martyrum Coſmæ & Damiani, cum aliis tribus fratribus, cum cruce de auro texto, & periclyſin de olovero pulcherrime compoſito atque decoratam. Super eorum denique ſancto altari obtulit coopertorium de Tyrio miſice decoratum. Immo vero ante veſtibulum ipſius altaris fecit vela Tyria cum periclyſi de blattario Byzantea numero tres.

Ea monaſterio ipſi ſubiecta Beate.

Venerabilis etiam pontifex fecit in monaſterio ſalvatoris domini noſtri Jeſu Chriſti ſito in territorio Reatino veſtem de blattario cum hiſtoria, qualiter idem dominus noſter Jeſus Chriſtus cum archangelis & apoſtolis in cælo coruſcat, mira pulcritudine diverſis ornatam margaritis. Item in jam dicto monaſterio ad ornatum facti altaris A alium obtulit veſtem de fundato, habentem crucem de blattin Byzantea, & periclyſin de chryſoclavo miriſice ornatam. Item modo in eccleſia beati Meuſæ martyris fecit veſtes de quadrapolo cum periclyſi de blattin Byzantea.

Hic ſanctiſſimus & coangelicus præſul obtulit in eccleſia beati Petri apoſtoli in Centumceliis ex illem & patenam ex argento deauratas, penſantes libras quatuor, & uncias tres.

Eminentiſſimo in eccleſia beati Petri apoſtoli fautoris ſui fecit evangelium cum tabulis ex argento penſans libras octo, & uncias octo. Beningniſſimus quoque præſul fecit in monaſterio beati Sebaſtiani protomartyris ad ſanctum Petrum veſtes alias holoſericas quatuor, habentes in medio crucem de auro texto cum diverſis margaritis, & periclyſi de blattin miriſice decoratas. Item, ubi ſupra, obtulit prænominatus pontifex veſtem de fundato, habentem in medio crucem ex auro textam, & periclyſin de chryſoclavo. Sæpedictus denique præſul fecit in jam dicto monaſterio veſtem de fundato, habentem in medio tabulam de chryſoclavo cum vultu ſanctæ Dei genitricis, & ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli, & periclyſin de blattin.

Obtulit ibidem ipſe veſtes de ſtauroce duas habentes in medio cruces de chryſoclavo, & periclyſin de blattin. Fecit etiam ad ornatum ipſius oratorii velum majus de quadrapolo, habens in medio cruces de auro textas tres, & periclyſin de blattin. In diaconia beati Archangeli obtuliſt jam dictus pontifex veſtem de blattin Byzantea, habentem in medio crucem de chryſoclavo, & periclyſin de chryſoclavo pulcherrime compoſtam.

ANNO DCCCXXXI. *inquit auctor annalium* B *Fuldenſium ut vocant*, pervenit dominus imperator ad Noviomagum Caſtrum, quod ſitum eſt ſuper fluvium, qui dicitur Vahalla, & multitudo hominum ex omnibus regnis ſuis venit ad eum, inter quos venerunt Hildeſimus archiepiſcopus & Jeſſe Ambianenſis, Hogo & Matfridus, cum multis aliis perfidis, qui voluerunt dominum imperatorem de regno expellere *" quos ſuperavit dominus imperator, & dimiſit eos atque commendavit, & Lotharii filius ejus cum juramentis fidelitatem promiſit, ut poſthac numquam talia committere debuiſſet: Et ibi Jeſſe juſto judicio epiſcoporum depoſitus eſt :* Sed aliquanto poſt ipſe Ludovicus iterum revocavit eum in gradum priſtinum, nullamque ei ultionem inferri permiſit occidi: ſed ulas, ut miſitis vifum eſt, leniori, quam debuit, pietate, ſibi tamen conſueto benignitatis & clementiae more, faltos quidem praecepit locis opportunis attendere, clericos vero in conventiculibus itidem monaſteriis cuſtodiri.

[a] Hæc verba mutuantur ex anonymo ex Thegani cap. 37.

ANNO CHRISTI 831.

LUDOVICI PII IMPERATORIS DIPLOMA.

** De ordine monaſtico in monaſterio ſancti Dionyſii per Aldricum Senonenſem & Ebboonem Remenſem metropolitas eorumque ſuffraganeos epiſcopos ejus auctoritate reſtituto, anno, ut mihi quidem videtur, 829. quo Pariſiis celebratum eſt concilium ab iisdem una cum Ragnoardo, Lantranno, &c.

Eruditiſſime P. Mabillon.

In nomine domini Dei & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, Hludowicus divina ordinante providentia imperator Auguſtus.

Divinis praeceptis & apoſtolicis monitis incitamur, ſed & imperatorii regiminis officio commonemur, ut pro eccleſiaſtica, atque ſanctae religionis augmento, impigro femper vigilemus affectu, ac pernecceſſario ſeu fructuoſo ſtudioſoque laboremus effectu, & ſi quid uſquam reprehenſibiliter inoleverit abuſionum, regiae auctoritatis ſollicitudine corrigamus: quatenus avia revocantes, ſuperflua amputantes, collapſa quoque reparemus, atque reparata, & ab eccleſiaſticis vitiis apoſtolorumque domini ſucceſſoribus Spiritu ſancto regente bene ſtatuta, edictis imperialibus confirmemus. Quia dignum profecto eſt, ut quod lucerdotalis dignitas divino illuminata ſpiritu corpori Chriſti, quod eſt eccleſia ejuſdem Dei ac domini & ſalvatoris noſtri redempta ſanguine, adinventi in ſalute, vel reformata ſtatuit in religionis augmento, id imperialis majeſtas inviolabiliter permanſurum in perpetuum poteſtatis ſuae ſtudeat roborare praecepto. Quoniam quidquid in hujuſmodi negotiis laboratum, ſeu pio cultui a nobis fuerit dedicatum, hoc procul dubio noſtrae manſuetudinis regno & populo regendo creditmus ſpecialius proficere. Idcirco notum eſſe volumus omnibus fidelibus, praeſentibus ſcilicet & futuris, quia poſtquam Deo auſpice imperium paternum ſuſcepimus, ſtudii nobis maxime ſemper fuit et domini cultum, ejus magnificentia humiliati noſtrae divinitus regenda tuendaque commiſſa, felicibus polleret ſucceſſibus, eamque, quantum noſtrae attinet Auguſtae devotioni, inceſſanter ad meliora provehere, & ab illa quidquid noxium erat eradicare, atque in ea incrementa virtutum plantare. Quapropter ſaepiſſime ſacerdotes domini, quorum id officii eſſe noveramus, admonere curavimus, ac noſtram principalem auctoritatem adjuticem ad eorum miniſterium juxta voluntatem Dei exequendum prompte exhibuimus: ut quidquid in ordinibus eccleſiaſticis, vel in quacumque perſona emendatione dignum invenirent, paſtorali auctoritate, poſtpoſita qualibet torporis negligentia, vel perſonarum acceptione, incunctanter corrigere, & ad ſtatum reſtitutionis perducere decerterent. Verum cum ipſi noſtra ſedulo exhortatione admoniti, ſoaque ſollicitudine ſti-

[a] Mc converſus habitus anno 830. circa Kalendas Octobris, ut teſtatur Annalista Bertinianus. Annaliſta vero Fuldenſis annum ſolet exordiuar a Kalend. Septembris.

ANNO CHRISTI 831.

Anno 831. de quo postea fusius dictum.

gillantia de statu & profectu sanctæ ecclesiæ, & lacris ordinibus, & ibi quæ emendatione digna videbantur, conveniens quid fieret, ordines justione nostra habito, ſtrenua & devota perſpicacitate tractarent, inter cetera vitium eſt illis, ut monaſterium præclariſſimi & eximii Chriſti martyris beati Dionyſii ſocietate ſanctum, quod conſtat tantorum martyrum nomine Deo dedicatum, & ab A regibus * Francorum progenitoribus noſtris nutrice amplißimis ſtabilitum, ſuum, quo in eo monaſticus ordo religioſæ Deo deſerviret, magna emendatione & correctione opus haberet, quoniam ab eo idem ordo ad nullorum diſcrimen nulla neceſſitate præpeditus, & ſecurus ab inopia obſiſtente, penitus erat avulſus. Quam cauſam tam perſe, quamque & per venerabilem prudentem- B que virum Hilduinum, monaſterii monaſterii religioſum abbatem, noſtræ præſentiæ auribus intimaverunt, ut noſtra piiſſima imperiali poteſtate per eorum auctoritatem corrigeretur. Unde dignitas imperii noſtri tantorum virorum ſalubertima admonitione, & ſtudioſa ſuggeſtione abbatis Hildoini preces humiliſſimas more tranquillitatis noſtræ ſolito gratanter benigneque ſuſcipiens, atque in omnibus emendabiles judicans, ne tanti ordinis colliſpio ſalutis noſtræ quoquomodo fieret damnatio, ad eoſdem præſules eccleſiarum idem conſilium referre negotium: ut noſtri principatus auctoritate eorum quidquid, quibuſcunque ta eſt collata poteſtas a domino, idem ordo in eodem loco abſque retractatione reſtitueretur. Ve- C

a Sacrificium Nicenum de tertium VII. hinc Dionyſii anni 518. b Breviar. in veſtigi.

c Qui videantur quadrimembrem concilii Nicæni, in quo ea reformatio facta eſt, dictum

nerunt ergo * Aldricus metropolita Senonicus cum ſuffraganeis ſuis, & Ebo metropolita b Rhemorum cum ſuis ſuffraganeis ad memoratum monaſterium, * habito conventu, primum quod idem monaſterium ſolitæ monaſtico conſtructum, dedicatum, & rebus abundare fuit, & in eo ipſe ordo, quæ ad tempus quo ſcepira imperialis ſuperna largiente gratia clementia noſtra ſuſcepit, & ſupra memorati Hildoini abbatis ammonitationem, ibidem utcumque vigueſit, manifeſtis indiciis, regnante antiquis & modernis præceptis, & epiſcoporum privilegiis, ac fidelium donationibus, palam conſtitit eſſe factum. Deinde diligentem inquiſitionem feverunt ſuper iis qui in eodem loco regulariter promiſſionem fecerant. Ex quibus quidam, qui eamdem profeſſionem fecerant, delectores ejuſdem propoſitum effecti, rebus humanis jam erant exempti, quorum perditio non ſine magno animi ſeeti potelt mœrore. Quidam vitam non eamdem profeſſionem decriſe mentiti ſunt: ſed teſtibus patentibus convicti, pro ſua contumacia canonicæ penitentiæ ſunt ſubacti. Quidam vero, immo maxima pars, qui hactenus in apoſtaſiam prolapſi fuerant, coram venientes, ſoloque ſe profitentes, confeſſi ſunt eamdem profeſſionem in eodem loco regulariter ſe promiſiſſe, ſaique miſereri, & * dominum venirm pro tanto admiſſo dari humiliter flagitaverunt. Qui confeſſione facta, cuculli ſui propoſiti coram coetu epiſcoporum, & ceterorum facerdotum, cunctique congregatio ordinis cleri nobiliumque virorum, non modica circum aſſiſtente turba, ſe inducerunt: atque in commune, ne aliquando, ſicuti ſibi aliiſque jam in eodem loco contigerat, ſanctæ profeſſionis propoſito diabolico propoſſaverunt juſſionibus, regularem promiſſionem iteraverunt. Pari denique quidam eorum, illi ſcilicet qui divinæ inſtigationis munere acti, & amore devinciti, in hac ſe religioſis propoſito appinxe, abſque ulla retractatione vel interpolatione elegerunt, virili- ter perſeverare, & in cella ejuſdem monaſterii, poſſquam ceteri monaſticam vitam & habi- D tum deferuerunt, uſque ad hanc noſtræ demandationis habitum ſynodum degere, ante jam memo- ANNO CHRISTI 830. ratos venerabiles patres reſtituere, locumque principium, in quo promiſſionem fecerant, & regulariter licet minus perfecte vixerant, ſibi, & le petierunt loco reſtitui. Quorum ſemotio ob id accideraat, quoniam, ut prædiximus, mos ut diuna dignatio nos paterna fede ſuſcepta imperialibus ſceptris iuniti voluit, prie intentionis noſtræ ſolicitudo exequi procurarit, ut religio, decor, & omnia honeſtas ordinis noſtri temporis, quo memoriæ Carolo ceptæ & inſtituta liquido & veraciter, remota omni ſimulatione, in propriis quibuſque monaſteriis degeret ordinibus. Unde ad memoratæ inſtitutionis normam corrigendam a duos religioſos & venerabilis viros Benedictum & Arnuſſum abbates conſtitutimus, qui per noſtræ auctoritatis mandatum, & conſervandam imperium ſeduli huic negotio ſtudioſe adhiberent. Iidem vero boni & devoti, ſed ſimplicilimi patres, ſuparadictorum fratrum callidıtate & duritia, ſeuque ſimplicitate abducti, non ſtudio, ſed non ſatis habili & neceſſaria inveſtigatione ſeu providentia fallentes, eos qui in ſolidıtate ſue profeſſe ſalvationis perduraverunt a monaſterio removerunt, atque in memorata cella collocaverunt; & illos qui propriæ voluntatis libitus non virtute, ſed verſtitia quaſi ſeniores, ac collo de ſub jugo regulæ excuſſi, loco diſciplinatis vitæ ſolozi, ampliori itinere cæleſtem patriam petere ſunt conati, in domiciliis reverendi habitus & vitæ monaſticæ reliquerunt. Sed laudabiliæ hi patres eccleſiæ auctoritate ſua digne petitioni fratrum, quos in ſue religionis vitæ diuturnus permanſiſſe, quia ſic noſtri aſſenſus juſſio fuerat, annuentes rationabiliter & canonice ſatisfecerunt. Et ob ſuggeſtionis meritum, ut nullum pandatur ſciſſuridium, quæ- liter vel quo ordine tam devotiſſimum factum ab illidem religioſiſſimis viris ſit celebratum, duas ſuper hoc jure pari tenore conſcriptiones fecerunt, eaſque manibus propriis paverunt propriis, ut altera earum in archivo ipſius monaſterii, ob memoriam & ſtabilitatem inibi hujus ordinis per futura tempora ſervaretur; alteram noſtræ magnificentiæ reſerunt, ut illam palatinis ſcrinia juberemus recondi, ob monimentum videlicet, & iſtius rei ſcili perpetuam firmitatem. Sed cum idem ordo Deo annuente, quantum divinitus datus datur, in eodem loco feliciter incederet, antiquus ſatalis humanus inimicus, quoſdam ex ipſis fratribus ſua organa efficiens, adeo ſubdiarum ſuarum furtis exagitavit, ut conſpirare & conjurationem facta, & propoſitum monaſticum abnegarent, & ſine licentia ſui abbatis eorum legati dignitatis noſtræ dominationem adierint, & monaſterium ſuper hac ratione, contra canonicam & propoſiti ſui inſtitutionem, ſerenitatis noſtræ auribus inferre præſumerent: offerentes nobis tomum in acculationem & blaſphemiam epiſcoporum, qui & de apoſtaſia, in qua verſabantur, paterna ſolicitudine noſtra auctoritate correxerant, & ad propoſitum quod abdicaverant redire ſuaſerant, ndentes etiam in eadem ſchedula illa quæ digna eam ſunt imperialibus noſtris ſcripti interſeri. Porro a noſtra ſolertia auditis eorum querimoniis, ſupra memorato venerabili viro Hildoino abbate juſti clementia, ut eoſdem epiſcopos, contra quos querebantur, nec non & alios ab acculatione immunes, juſſione noſtra ad ipſum venire mandaret monaſterium. Et quia ad noſtrum notitiam ipſi fratres ſuos miſere clamores, unde nihil ambiguum & ſine juſte definitionis decreto fas eſt ablicedere, complurium epiſcoporum diligenti exa-

ANNO CHRISTI 830.

examine rem eventiali, & canonice definiri, & A & diligenti inveſtigatione inventum, & juſta ratione definitum, ſeu * ſolatium reſtituendum eſſe, tum, atque canonica auctoritate ſtatutum eſſe diagoſcitur, ampliudinis noſtræ privilegio ſcripta imperialibus confirmatenus, ut quod canonica dicet auctoritas, & vota regum tandorumque fidelium, qui ipſum locum propter monaſticum ordinem ibi ſervandum rebus ſuis ditaverunt, donantium, cum temporum ab ordine periculo & regis & regni poſſit avelli, noſtra imperialis poteſtas confirmatione providet, ne ex eodem loco monaſteriis futuriſque temporibus idem ordo deſtituatur: ſed Domino Chriſto domino largiente ad cumulum mercedis noſtræ, conjugis quoque & prolis, eorumque ſalutem, quorum poſt tantum lapſum temporis divina eſt, nec non & eorum, per quos, Deo annuente, a noſtra judicioque eadem reparatio celebrata eſt, ſimul & illorum informationem, qui poſt ad monaſterium ordinem domino inſpirante ad eamdem locum confluerint locum, remota omni ſimulatione ſemper in eodem monaſterio regulariter ordo permaneat, & floreat, & felicibus ſuccelſibus Deo opem ferente polleat. Et ut hæc auctoritas, quam ob Dei amorem, & animæ noſtræ, conjugis, & prolis, ut præmiſimus, falutem, atque imperii noſtri ſtatum conſtituimus, ſtamorem obtinere poſſit, & deinceps inconvulſa valeat perdurare, duas inde pari tenore conſcriptas formationes fieri juſſimus: ut una imperialis aulæ reconditorio palatinis ſcrinus recubis; altera ab ipſis fratribus ſuſcipiendis in perpetuum diligenti cura debeat providere, eaſque manus noſtræ ſubſcriptione faberformare, & annulo noſtro ſigillari juſſimus.

Signum Ludovici ſerenißimi imperatoris.

Hirminmarus notarius ad vicem Theodonis recognovit.

Data ſepimo Kalendas Septembris, anno Chriſto proprio decimo nono imperii domni Ludovici ſerenißimi imperatoris, indictione decima. Actum in monaſterio ſancti Dionyſii, in Dei nomine feliciter. Amen.

CONVENTUS AQUISGRANENSIS, INGELHEIMENSIS, ET IN THEODOTONIS VILLA

Anno Chriſti DCCCXXXI. a Ludovico Imperatore celebrati.

Ludovicus Augustus tres anno Christi 831. Conventus celebravit, unum Aquisgrani, alterum Ingelheimii, tertium in Theodonis villa. De priori hæc habet Annalista Bertinianus: Domnus Imperator Aquis anno ab Incarnatione Domini 831. circa Kalendas Februarii, ſicut conditum fuerat, Generale Placitum habuit, eaſque, qui anno ſuperiori propter ſeditionem prius in Compendio, & poſtea in Niumagi Domnum Imperatorem offenderant, venire juſſit, ut illorum cauſa diſcuteretur, & dijudicaretur. Primumque a ſiliis ejus, ac deinde a cun-

Ex P. Pagi ad ann. Chr. 831. n. 3. & ſeqq.

Da, qui aderat populo, judicatum eſt, ut capitalem ſubirent ſententiam. Tunc Domnus Imperator ſolita pietate vitam, & membra illis indulſit, ipſoſque per diverſa loca ad cuſtodiendum commendavit. Hilarius, propter quod illis magis confenſerat quam debuiſſet, genitoris pium commovit animum. Ad quod Placitum Domna Imperatrix, ſuut juſſum fuerat, veniens, & in conſpectu Domni Imperatoris ſuorum ejus aſſiſtens, de cunctis ſe objectionibus purificare velle ajebat. Percuſſatuique eſt populus, ſi quisibet in eam aliquod crimen

1 Hoc Ludovici *diploma* confirmatur hoc eodem anno in Synodo quadam aliquot Galli Epiſcopi, quorum Synodale præcipuum, ex suphographo a Mabillonio deſcriptum in t. 6. de re Diplom. p. 528. cum ſit fundi particulam, hæc transformatum maxime evaluamus.

men obtinere vellet. Cumque nullus inventus A
ANNO CHRISTI 831. effet, qui quodlibet illi malum inferret, pertimescavit se secundum judicium Francorum de omnibus, quibus accusatus fuerat. *Addit Thegan. cap. 37.* Inde venit dominus Imperator Aquis ad festum sanctæ & *supradictæ* conjux venit ibi obviam ei, quam honorifice suscepit, jubente Gregorio Romano Pontifice cum aliorum episcoporum justo judicio.

Peracto placito, *subdit Annalista Bertinianus de Aquisgranensi ingressu*, Hlotarium in Italiam, Pippinum in Aquitaniam, Hludowicum in Bajoariam ire permisit. Ipse autem circa Kalendas Maii ad Ingulenium veniens, Hlotharium illic ad se venientem honorifice suscepit. Hi quoque, qui in exilium missi fuerant, adducti & absoluti, gratiamque Domni Imperatoris adepti sunt.

Tertium vero generale Placitum in Theodonis villa habuit (*scilicet Imperator*), ubique ad- ANNO CHRISTI 831. cum Legati Amiralmumenin inde perfidæ venientes, pacem petiverunt. Qui, mox impetrata, reversi sunt. Nec non missi Danorum eadem exortantes venerunt, & fœdere firmato ad propria repedarunt. Multumque legationes Sclavorum ad eum venientes, audivit, disposuit, & absolutum sunt. Bernardus Comes adversione, de quibus accusatus fuerat, Domno Imperatori sibique fuis jurejurando fatisfecit. Filii quoque ejus, qui affuerant, ad fua remearunt, Pippinum inibi ductus expectavit, placitaque eum Legatos direxit, ut veniret. Qui fe venturum promisit, & venire dilusit. Ipse vero ad hyemandum Rec. *Vicelinus Annalista Bertinianus.*

SYNODUS HAMBURGENSIS,

IN QUA ARCHIEPISCOPATUS

Hamburgensis inftituitur, & S. Anfchcarius fit primus Archiepiscopus.

Concilium Hamburgense anno Christi 831. a Ludovico Pio Imperatore huc anno coactum, in quo inftituitur ifti Archiepiscopatus Hamburgensis, eique datur Anschfes S. Anfchcarius, uti ex ejus vita metrice conscripta a Gualtero Monacho veteris Corbeiæ, quam ex mſ. Parisiensi Monasterii S. Germani de Pratis exhibent Alla Sanctorum ad diem 3. Februarii p. 427. tòt cap. 28. sic:

Orbis Romani Rector, lux aurea Mundi,
Victor magnificus, cultorque Dei Ludovicus,
Ut coram multis confultibus egerat, inde
Hammahargenſi fynodum collegit in urbe:
Collegit Proceres regni, venere Priores,
Arbitrio quorum per Pontificum fynodalem
Cenſorum, ſtoviem trans Albim in finibus urbem
Saxoniæ poſitam, matrem, caput, atque tribunal
Nordalbingarum fore cenſuit eccleſiarum;
Omnibus ut terris ſimul, & populis Aquilonis
Et præſtata foret . . . . & metropolis eſſet;
Presbyter & mittendes epiſcopus omnis in illis
Finibus egrederetur ab hujus Præſule ſedis.
Hanc igitur tota ſynodi plaudente corona
Primus Antiſtitum reverente Ebone Remenſi
Affiſtentibus, Officiaque Monaſteriorum,
Cum mediis tectis fulciret eos Trevirenſis,
Archimandritum facrari Cæſar ad aram
Antiſtitum fecit, quem circa juſta peregit
Dirigit Palatine tum forte hierarcha capellæ;
Drogo vir illuſtris Metenſis epiſcopus urbis;
Patribus Imperii, quos culmen in urbe cucgit,
Inter Heilogandus fuit, & coepiſcopus ejus
Vulgerius, cum qui pridem parochiam
Per diſtricta tenuerunt pontificatum,
Rem confirmando, partis capiat illinendo
Unguentis Hermon, queis barba fragravit Aaron.

Hæc eadem habet S. Ramberus Archiep. in ejuſdem vita cap. 5. apud Bollandianos pag. 433. his verbis. Cognito Patris fui (*nempe Caroli*) voto, ne quid ejus ſtudii imperfectum remaneret, una cum conſenſu epiſcoporum, a plurimis ſynodi conventu in præfata ultima Saxoniæ regione trans Albim in civitate Hammaburg fedem conſtituit, (*nempe Ludovicus Imperator*) Archiepiſcopatumque ſubjacentem univerſa Nordalbingorum eccleſia, & ad quam pertinentes omnium regionum Aquilonarium præſules ad conſtituendos epiſcopos, five presbyteros in illas partes pro Chriſti nomine diſtinandos. Ad hanc ergo fedem dominum & patrem noſtrum Anſchariam prædictus Imperator ſolemniter conſecrari fecit Archiepiſcopum per manus Drogonis Metenſis Præſulis, & ſomme ſanctæque Palatinæ dignitatis tunc Archicapellani, adſtantibus Archiepiſcopis Ebbone Remenſi, Hetti Trevirenſi, & Otgario Mogontiacenſi una cum pluribus aliis in conventu Imperii præſulibus congregatis, aſſiſtentibus quoque & conſentientibus, ac pariter conſecrantibus Helingando & Willerico epiſcopis, a quibus jam dictas parochiæ illius partes commendatas ceperat. *Erat autem Præſul ricus Bremenſis, & Helingandus Ferdenſis epiſcopus. Cum autem obiiſſet S. Anſcharius anno Chriſti 865. die 3. Februarii, epiſcopatus vero ejus anno 34. gravi corporis morbo laborare quatuor ante ejus mortem menſibus, ut tradit citatus Ramberus, apparet eum conſecratum ejſe epiſcopum Hamburgenſem anno Chriſti 831.*

ANNO CHRISTI 833.

** CONVENTUS VORMATIENSIS

ANNO CHRISTI DCCCXXXIII.

ANNO CHRISTI 833.

Ludovici Pii Imperatoris xx. in quo abbatiæ S. Remigii Senonenſis ad Varellias transferendæ ab Aldrico archiepiſcopo conceſſum privilegium, & a Jacobo Tavello, Luca Dacherio, aliiſque relatum, perhibetur confirmatum fuiſſe a pluribus epiſcopis atque abbatibus.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Anonymus vitæ Ludovici auctor, eamque ferunt annales Vultdenſes a P. Pithœo primum editi refunxit anno Chriſti 833. Vormatiam venifſe Ludovicum Imperatorem initio quadrageſimæ (menſis Martio non Maio legendum eſſe certus in vita ab eodem Pithœo, Duchenio, aliiſque publicata ut omnia illi exactiſſime reſpondeant; ubique utique revocata atque coercita congregatio contra filios ſuos [cum diu quid agendum foret deliberaſſet] in Aſtalium profectum fuiſſe. Adfuiſſe quoque complures epiſcopos eorumque eſſe nos Barradon, Aldericum principem ſuum obnuſſe, eumque fubſcripſiſſe hos memoratum narrat. Neque tamen velim exiſtimes, omnes qui modo fubſcripti reperiuntur Epiſcopos, præſentes tum Vormatiæ exiſtiſſe; quod enim in aliis factum eſſe obſervavimus, idem huic quoque chartæ congrit, ut & aliis factoſſis temporis ac veluti per vices ſubſcribendi delegandi tribuerint. Cum qui hic extra ordinem numerantur, atque indigna dumtaxat epiſcopos dicitur Stephanus Binutiencſium Metropoleos Aquilo Theodoſii Auguſtanenſis antiſtes & Rhetii Remenſis conſobrinus, non dorum Epſc. cerne; quid, quod plurimos baſtenus fefellit, ante illum annum Indictionem nullus geſſavit. Illud denique quod jam in ſynopſi noſtra Hiſtoria ante aliquos annos enumeratum, verifimum eſſe manuſcriptæ cenſeo, chartulario editore diplomati Ludovici imperatoris defignati diem 16 Novembris anni 834. indictionis XVII. jam a morte Sapecabli inchoata.

Dominis ſanctiſſimis & reverendiſſimis fratribus & coepiſcopis, religioſiſſimis quoque, & venerabiliſimis abbatibus in ditione domini imperatoris Hlotharii ferentiſſimi Auguſti conſtitutis, Aldricus minimus ſervorum Chriſti famulus, ſanctæ Senonicæ eccleſiæ archiepiſcopus.

A cum conſilio fratrum noſtrorum ; canonicorum videlicet & monachorum , nec non & fidelium laicorum , vifum eſt nobis propter importunitatem loci , & monachorum ibidem Deo degentium , præfatum cellam ad Vallicellas tranſmutare , & a fundamento ædificare , quam Rothlaus ob amorem Dei & remedium animæ viri fui Meginarii , five pro ſeipſa , ſuoque liberorum , ac parentium , ad præfatam diſtam cellam beati Remigii per donationis titulum delegavit , vel tradidit : ea videlicet ratione , ut divinus ibi agereiur cultus , & illis pro quorum ſalute traditum fuerat , augerentur merces. Volumus etiam ut loca , ſuper quæ ædificatum fuit ſupradictum monaſterium , id eſt , aqua , virgultum , arcus , vel omnia quæ infra muros civitatis habuit , vel extra , abſque ullo alicujus diminutione ac impedimento habeant rectores & monachi , ad eorum uſus qui ibidem Deo ſub norma beati Benedicti degerint.

Hujus itaque rei cauſa hanc ſeriem libelli degeſtam fanctiſſimo cœtui veſtro relegendam, atque veſtris ſubſcriptionibus roborandam obtuli , qua ſtatuere per veſtram unanimitatem decreti , ut nullus de noſtro epiſcopatu , quicumque per tempora divina præſtante ſucceſſerint gratia , quicquam de his rebus , quas præſenti tempore memorata cella ufibus monachorum attributas poſſidet , minuere , vel abſtrahere , vel aliis uſibus applicare , vel breſcifi quicquam , vel ſuorum , vel extraneorum date præſumat ; ſed , ut inſtituta eſt , quæcumque nunc temporis retinet per diverſa loca , & territoria , uſibus monachorum deputata , & quæ a tinentibus Deum eidem poſtmodum fuerint loco collata , abſque ulla diminutione vel fubſtradatione cellæ & monachis ibidem conſervantibus maneant inconvolſa.

Hæc autem ſunt infra ſcripta loca monachorum ſtipendiis in memoratæ cella degentium deſtinata . Primitus Valliculas , ubi ædificare præfatum volumus monaſterium : Stanticus cum adjacentiis ſuis : id eſt , vetus Ferrariæ ; & Petra Urſana cum territoriis & ſpiritu :

ANNO CHRISTI 831. Chryſolaeus cum adjacente ſibi Hermentaria, cum territoriis & ſylvis: Fontinicula cum territoriis; Lauſa cum adjacentiis ſuis, hoc eſt vico S. Sidronii, cum territoriis & ſylvis, & ſimul laſione: Bracticus cum territoriis: Columbarios cum adjacentiis ſuis, hoc eſt, Aſſhinicus, Silvianus, & territoria cum cum ſylvis: Villa manſica cum adjacente ſibi ponte & territoria: Miſcericacus cum adjacente ſibi Ternana; Villa nova cum adjacentiis ſuis, hoc eſt Cavanarias, & Capotenus: Noerollis cum adjacente ſibi; Capreacis cum territoriis & ſylvis, & ſimul Poteolis. In ſumma ſunt manſa ingenuum nonaginta, & hoſpitia decem & novem. Quidquid itaque in ſupradictis locis, vel circa eandem cellam præſenti tempore monachi in eadem divinæ gra- B tiæ famulantes, poſſidere noſcuntur, vel ſi qua funt alia quæ forte meam fugerunt memoriam, & tamen ea ſuis ſtipendiis aſſignata retinent cum territoriis, vineis, pratis, ſylvis, aquis, aquarumque decurſibus, & cæteris adjacentiis, ipſis tantum ex integro, ut præmiſſum eſt, eorumque obſequiis pro perpetuo abſque ulla diminutione ſub præſato memorati epiſcopi noſtri jure debito cedant.

At vero epiſcopus qui pro tempore auctore Deo præfuerit, abbatem de eodem monaſterio, quem videlicet quem omnis congregatio ſibi ordinandum popoſcerit, & ſinceritas morum, & bonorum actuum probitas commendaverit, ſi inter eos talis inventi queruntur, eis ordinandum procuret. Quod ſi talis inter eos minime inveniri potuerit, de eadem parochia vel diœceſi Sononica, conſentientibus ſanctis coepiſcopis ejuſdem diœceſis, & circumpoſitis venerabilibus abbatibus, eis præfiendum atque ordinandum providerat. In aggregandis quoque monachis hanc modum abbas qui præfuerit, teneat, ut trinecnarium numerum quatuorvicis ſumma non excedat, donec rerum copia major ſuccreſcat. Epiſcopus quoque in exigendis muneribus abbatem ejuſdem loci non gravet, ſed ſufficiat ei ad annua dona equus unus, & ſcutum cum Lancea.

Quod ſi in expeditionem publicam ire juſſus fuerit, addantur ei de eodem loco carra duo, unum vini, alterum frumenti, verveces decem: ſupra quæ in exigendis muneribus, cupiditatis, avaritiæque cauſa gravare eos nullatenus præſumat, ne & monachi ejuſdem cellulæ hujuſcemodi negotio a ſuo propoſito exorbitare, & epiſcopus cauſa eorum perditionis addictus ſempiternas cogatur luere pœnas.

Corpora etiam ſanctorum, quæ in noſtra parochia jamdicta expectant ſui beatam immutationem, a pravis & deſidioſis cuſtodibus permittantur negligenter, ita ut officio, luminariæ, ac debita careant cuſtodia. Idcirco ob amorem Dei, cui viventes in carne ſervierunt, & emolumentum animæ noſtræ, pervolutantem & licentiam dominii ac juſtitiæ Ludovici ac Caroli regum, quia congruum ad hoc locum invenimus illo deportanda volumus. Sed quia facta auctoritas vetat, ne in talibus & ſimilibus eccleſiis Chriſti per alicujus incuriam ſanctorum inferatur, multorum epiſcoporum expoſcit conſenſum, ad veſtræ paternitatis notitiam hæc omnia preſenti volumus, quatenus veſtra deinceps cenſione & loco ipſe, quod favente Deo ordinare ſtabilimus, & memoratis ſanctorum pignoribus a Dei ſervis ibidem Deo famulantibus digne laudabiliter ſervitur; & pro domini noſtri ac totius ſanctæ Dei eccleſiæ ſtatu

A indefeſſe vota debita perſolvantur. Quod opus Deo dicatum, ut per temporea labentia, omnibus ſanctiſſimis patribus & fratribus in Dei nomine conſentientibus, firmiorem obtineat reſtitudinis ſtatum, & intactum permaneat, manu noſtræ parvitatis ſubter relegenda firmamus. Et ut rata decreges manere poſſint quæ ſcripta ſunt, manibus veſtræ ſanctitatis roborando exhibuimus.

In Chriſti nomine Aldricus eccleſiæ Senonicæ indignus archiepiſcopus hoc privilegium fieri decrevi, & ſubſcripſi.

In Chriſti nomine Landramnus Tiroricæ eccleſiæ archiepiſcopus recognovi & ſubſcripſi.

In Chriſti nomine Bartholomæus Narbonenſis eccleſiæ archiepiſcopus fieri & ſubſcripſi.

Jonas Auriſanenſis eccleſiæ indignus epiſcopus huic facto adſtipulator ſubſcripſi.

Ego Raynardus Rothomagenſis epiſcopus ſubſcripſi.

Theodulus Sueſſionenſis epiſcopus huic facto ſubſcripſi.

Aldricus Cenomanicæ urbis epiſcopus.

Cæſarius Bajocenſis epiſcopus ſubſcripſi.

In Dei nomine Radulfus Lexovienſis epiſcopus adſtipulator huic facto ſubſcripſi.

Aesmadus Parhiorum indignus epiſcopus ſubſcripſi.

Stephanus Biturienſium indignus epiſcopus ſubſcripſi.

Aledus Genevenſis epiſcopus ſubſcripſi.

Adalhelmus Cathaluanenſis epiſcopus ſubſcripſi.

Ragnerius Ambianenſis epiſcopus ſubſcripſi.

Helias Tricaſſinenſis epiſcopus ſubſcripſi.

Hubertus Meldenſium epiſcopus ſubſcripſi.

Alduinus Virdunenſium epiſcopus ſubſcripſi.

Delricus Baſilienſis epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Fulconinus Warmatienſis epiſcopus indignus.

In Dei nomine Teugrinus Albenſis epiſcopus.

Atto Nannetenſis civitatis epiſcopus.

Gerfredus Nivernenſis civitatis epiſcopus.

Parona epiſcopus.

Boſo abbas ex monaſterio ſancti Benedicti ſubſcripſi.

Adrevaldus abbas ex monaſterio Noviacenſi.

Deidonus ex Remenſi cœnobio abbas.

Chriſtianus abbas monaſterii ſancti Germani.

In Dei nomine ego Bernoinus Carnotenſis epiſcopus ſubſcripſi.

Ragnerandus abbas de monaſterio ſancti Calilepſi.

Ingelmonus Sanienſis epiſcopus ſubſcripſi.

Fova Cavilonenſis epiſcopus ſubſcripſi.

Diploma Ludovici Pii imperatoris, ratum habentis præfatum Aldrici Archiepiſcopi privilegium, datum anno

DCCCXXXIV.

IN nomine Dei noſtri & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, Ludovicus divina reproptiante clementia imperator Auguſtus. Si enim quod ad ſervorum Dei quietem pertinet devotiſſima ſollicitudine, & imperiali providentia, procuramus ad emolumentum animæ noſtræ vel æternam beatitudinem capeſſendam, hoc proculdubio pertinere non dubitamus. Idcirco notum fieri volumus omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus, noſtrisque præ-

ANNO CHRISTI 831. præſentibus ſcilicet & futuris, quia Aldricus venerabilis Senonicæ urbis archiepiſcopus noſtræ fuggeſſit manſuetudini, de quodam monaſterio memorati epiſcopii ſui, quod Juvara muros ejuſdem civitatis in honorem beati Remigii confeſſoris Chriſti poſitum fuerat, & propter impedimenta quædam quæ ex propinquitate atque aſſiduitate præfatæ urbis nonnulli ſui domino famulantes perpeti videbantur, ipſe in alterum locum, cujus vocabulum eſt Vallilias, octavo ſcilicet urbe miliario, eum fecerit tranſmutari. Quem etiam locum Rothlaum, quondam Ingeltrudis comitis uxorem ſupradicto ſancti Remigii monaſterio ob ſuam virisque ſui requiem atque remedium, donationis titulo delegandum eſſe. Sed ne quantibet contrarietatem aut inquietudinem a præfatibus per tempora labentia in eadem fede ſibi ſuccedentibus monachi, quos a memorato loco tranſmigrari fecerat, queliber tempori cogerentur, privilegium eis eccleſiaſtica auctoritate in urbe ſupradicta una cum venerabilibus coepiſcopis fidelibus noſtris diverſarum eccleſiarum conſtituta feciſſe profeſſus eſt, ſicut etiam pro perfpecto atque relecto manifeſtiſſime claruit. In quo firmiſſime conſenſu omnium ſanxerunt, ut nullus pontificum ſuccedentium quidpiam de rebus, quas in priori loco degentes poſſederant, imminuere, aut majora illi ſervitia, quæ ſub eo pertolerant, inferre præſumeret, ſed liceret illis res ad memoratum monaſterium religioſiſſima devotione fidelium delegatas quieto ordine poſſidere, nihilque ei oneris amplius imponere, quam in memorato privilegio cum eiſdem venerabilibus coepiſcopis confirmato conſtitutum eſſe conſtabat.

Verum licet eccleſiaſtica atque pontificalis conſtitutio ſua, imoque divina auctoritate eſſe & præ-

a) Forte *Mi-ſi.*

b) Forte *provehat.* H.

c) Forte, *ut quod a.* H.

Ex Tom. I. Concil. Britan.

CONCILIUM LONDINENSE

HABITUM IN FESTO SANCTI AUGUSTINI

Anglo-ſaxonum apoſtoli, id eſt vigeſimo ſexto die Maii, anno domini DCCCXXXIII. præſentibus Egberto rege Weſtſaxonice, & Wichthalfo rege Merciorum, utroque archiepiſcopo, cæteriſque Angliæ epiſcopis & magnatibus, in quo de cohibendis Danorum irruptionibus agitur, confirmantur. privilegium & conceſſiones Wichthalfi regis monaſterio Croylandiæ facta preuve ſequitur.

Wichthalfus diſpoſitione divina rex Merciorum omnibus Chriſticolis univerſam Merciam inhabitantibus ſalutem ſempiternam.

Wichthalfus magnifice dilatabit regnum ſuum.

Tangluh. Sanctus. Hiſt. Croyl.

MAgnalia Dei publicare & prædicare minime mihi vereccundum, ſed vere videtur honorificum & glorioſum: unde apere confiteor domino, qui in altis habitat, humilia reſpiciens in cælo & in terra, quoniam ad tempus iratus eſt mihi, converſus eſt furor ſuus, & conſolatus eſt me, humilians in ira ſua peccatorem ufque ad terram, detrahens uſque ad pulverem, & iterum is miſericordia ſua ſuſcitans de pulvere egenum, & de ſtercore exigens pauperem, ut ſedeam cum principibus & ſolium gloriæ teneam. In die igitur bonorum me inmemor fim malorum, memor eo *Rahab* & Babylonis ſicentium me, non *Rahab* meretricis, ſed *Ethelelredæ* ſanctiſſimæ virginis, cognatæ meæ, pro ſponſi ſui agni immaculati amore Croylandiæ reclufæ, & in tempore tribulationis meæ *Concil. General.* Tom. IX.

D me in cella ſua quatuor menſium ſpatio diſſ. Wichthalfi magentiſſime abſcondentis a facie inimici & perſe- gia laudata. quentis: memor etiam ero Babylonis, non tyranica conſulonis, ſed ſanctiſſimæ eccleſiæ Croylandienſis, quæ a terra tuttis ad cælum aſcendens viſibilis & orationibus, phalmis & lectionibus, diſciplinis & afflictionibus, lacrymis & ſanguibus, eleemoſynis & innumeris aliis devotionibus pietatique operibus, pro ſæcula peccatore ſanctiſſimum violentiam regno cælorum ingerit die ac nocte.

Itaque quoniam venerabilis pater dominus *Siwardus* abbas Croylandiæ protexit me in tabernaculo ſuo in die malitiæ, celans ac ſalvans a reb. ſuis, facie tribulantis; ultra privilegia meorum antecceſſorum regum Merciorum, qui prædictum monaſterium variis liberatibus & donariis nobiliter illuſtrarunt, offero & ego magno altari prædicti monaſterii de paupertate mea calicem aureum, crucem auream, & tabulam capellis propriæ laminis aureis deauratam, me profitens di-

ANNO CHRISTI 833.

ste ecclesiæ perpetuam pro viribus defensorem. A & ibi ascendendo per aquam de Weland, quæ est quarta aqua claudens totum in circuitu sicut tertia aqua de Nene claudit eam ex altera parte de Croyland, usque ad Seweram de Afendiffe eadentia in Weland, ubi stans fracta crux lapidea, diffaut ab ipsa de Afendiffe per tres perticatas in ejus ripa Australi, & ipsa aqua de Afendiffe est quinta aqua claudens ab illo loco totalem præfectionem, contra Aquilonem usque ad Afruidfoth.

Si extra illas quinque aquas & metas prænotatas fugitivus inventus fuerit, tamquam *Sacrilegus* Jerosolymis publice lapidatus fabjicietur dus pœnam quam meruit patietur. Quod & in fra prædictas metas, & prædictarum aquarum ripas exteriores homicidium, furtum, vel alium facinus fecerit, per hoc ipsum dicti monasterii exterii capiendus, juxta demerita in ipsa insula, ejus immunitatem perdidit, patietur, & ibidem judicandus in carcere abbatis condemnabitur. Et ut illud abbatis negotium firmius & firmius ad posteros perseveret, per dominum meum *Egbertum regem* Westsaxonix, & *Athelwulphum* filium ejus illud obtinui confirmari. Offero etiam sacerdotalis dicti monasterii in ministerium sanctissimi altaris chlamydem coccineam, qua indutus eram in coronatione mea, ad capiam inde ipse casulam faciendam, de in ecclesiæ sanctissimum ornamentum, velum meum autem, quo invisitur excidium Troiæ, in meo anniversario, si placuerit, in parietibus suspendendum. Offero etiam refectoratio dicti monasterii ad usum præsidentis quotidie in refectorio lepydum meum deuratum, & per totam partem exteriorem barbatis vinitoribus ad drachones pugnantes celatum, quod in creribotum meum filius sum vocare, quia signum crucis per transversum leyphi imprimitur interius, cum quatuor angulis simili impressione protuberantibus; & corna mensæ meæ, ut de nostro monasterii libro inde in festis sanctorum, & in suis benedictionibus memoriter aliquando animæ donatoris *Wythlafii*.

Confirmo etiam illo monasterio omnes terras & tenementa, possessiones & earum peculia, & omnia alia donaria, quæ prædecessores mei reges Merciorum, & eorum proceres, vel alii fideles Christiani, sive Judæi dicta monasteria dederunt, vendiderunt, vel invadiaverunt, aut aliquo alio modo in perpetuam possessionem tradiderunt: & specialiter donum *Thurodis* quondam viventis Lincoln. &c.

Istas terras & tenementa prædicto monasterio Croylandiæ, & monachis ibidem Deo servientibus, in pacifcam & perpetuam possessionem concedo, trado, & confirmo, habenda de me & hereditibus meis quibuscunque regibus Merciorum post me successuris, in perpetuum & putam elemosynam liberæ, quietæ, & solutæ ab omnibus oneribus sæcularibus, exactionibus, & vectigalibus universis, quocunque nomine censeantur. Quod si quis adversarius, instigante diabolo, in quibuscunque præditis terris, aut tenementis, tot regum spatio pacifice possessis, & eorum auctoritate confirmatis, calumniam ponere voluerit in futurum, me & successores meos reges Merciorum protitetur præsenti chirographo & pollicetur, dicti monasterii fautoros in perpetuum defensores.

Istud chirographum domino Sigwardo abbati patri meo, & Etheldrithæ sanctissimæ virgini, pro Christi amore ibidem recluſæ, carne quidem cognatæ meæ, sed, quod magis est, in Christo carissimæ sorori, quondam promissum, in

ANNO CHRISTI 833.

in præsentia dominorum meorum Egberti regis A Westsaxonize, & Athelwulphi filii ejus coram pontificibus & proceribus majoribus totius Angliæ in civitate Londonia (ubi omnes congregati sumus pro consilio capiendo contra Danicos piratas hiiora Angliæ alldique infestantes) signo sanctæ crucis confirmavit.

SUBSCRIPTIONES.

Ego Celnothus archiepiscopus Dorobernensis consului.

Ego Enbaldus archiepiscopus Eboracensis consignavi.

Ego Osmundus Londoniensis episcopus collaudavi.

Ego Helmstanus Wistoniensis episcopus assensum præbui.

Ego Herevinus episcopus Lichfeldensis consensi.

Ego Cedda Herefordensis episcopus aspiravi.

Ego Adelstanus Shirebournensis episcopus procuravi.

Ego Humbritus Helmati episcopus approbavi.

Ego Wileredus Dommorensis episcopus annui.

Ego Herfordus Wigornensis episcopus gratum habui.

ANNO CHRISTI 833.

Ego Godwinus Roffensis episcopus favi.

Ego Hedda abbas de Medeshamstede ratificavi.

Ego Ambertus abbas Ripadii interfui.

Ego Kenevinus abbas de *Bardeney* affui.

Ego Egbertus ex Westsaxonia concedi.

Ego Adelevulphus filius regis Westsaxonia consensum dedi.

Ego Wulfhardus dux adfui.

Ego Athelmus dux audivi.

Ego Herenbrithus dux acceptavi.

Ego Swithinus presbyter regis Egberti præsens fui.

Ego Bosa scribis regis Withlafi manu mea chirographum illud scripsi.

Ego Withlafus Mercionum rex nostri Jesu Christi gratia rex Merciorum ad sanctæ matris ecclesiæ honorem & divini cultus exaltationem, anno incarnationis ejusdem nostri Salvatoris octingentesimo tricesimo tertio, in festo sancti Augustini confessoris, doctoris & apostoli nostræ gentis, hæc pauca offero, pluraque offerrem, qui quotidie meum tam sancto monasterio promitterem, nisi antea sepulturam meam Ripadio devovillem, verumtamen spiritui meus permanebit vobiscum in æternum.

a CONVENTUS COMPENDIENSIS, IN QUO LUDOVICUS PIUS Imperio privatur.

Quæ sequuntur scripta sunt apud Compendium palatium contra Christianissimum imperatorem Ludovicum, postquam regno ad tempus privatus est. Acta sunt autem studio non imitande deprehensi ejus ab Ebbone auctore ejusdem mali, & ceteris episcopis, qui errore annitentibus, vel timore confirmatibus. Non sunt autem hæc ut salubris concilii decreta ampleclenda sed ut exitialis commenti molimina refpuenda.

C quatenus pestilabito torpore, atque tegnitie, vel humano favore, aut mundiali timore, se exercendo ministerium suum, ut & prædecessoribus laboriter consultant, & futuris fint exemplum salutis. Verum quia in ægro Dei, qui est ecclesia Christi, nostris quoque infidiis & hostis antiqui pulluluræ non ceſſant, quæ neceſſe eſt ut adhibito ſacrudo paſtorali radicitus extirpentur; & propter malevolos quoſque, qui bene aſta aut intelligere nolunt, aut malevola intentione perpetrare intelligere, quam ipſam veritatem delectantur ampleCti, oportet eoſdem paſtores, ut quandocumque de generali utilitate, vel publica correctione, quidpiam in conventibus ſuis decreverint, id juxta morem eccleſiaſticum ſcriptis committant: videlicet ut poſteris omnem ambiguitatem & occaſionem ipſe decretendi vel reprehendendi penitus amputent. Proinde notum ſit omnibus eſſe neceſſarium duximus omnibus fidiis fanctæ Dei eccleſiæ, præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter nos epiſcopi ſuper imperio domini & gloriolliſimi Lotharii imperatoris conſtituti, anno incarnationis domini Jeſu Chriſti DCCCXXXIII. indictione 12. anno ſiquidem ejuſdem principis primo, in menſe videlicet Octobri, apud Compendium palatium generaliter convenimus, & memoratum principem humiliter audivimus. Et hoc quidem illi, ſive optimatibus illius, ſeu omni generaliter populi, quæ undique illuc confluxerat, manifeſtare juxta injunctum nobis miniſterium curavimus, qualis ſit vigor & poteſtas ſive miniſterium ſacerdotale, & quali meretur damnari ſententia qui monitis ſacerdotalibus obedire nolaerit. Deinde tam memorato principi, quam cuncto ejus populo de-

ANNO CHRISTI 858.

nentiare studuimus, ut domino devotissime placare non different, & in quibus eum offenderant placare non different. Examinata quippe iunt multa, quæ per negligentiam in hoc imperio contigerunt, quæ ad scandalum ecclesiæ, & ruinam populi, vel regni interitum manifestis indiciis pertinebant, quæ necesse erat ut cito corrigerentur, & in futuro omnibus modis vitarentur. Inter cetera etiam commemorandum est a nobis, & omnibus ad memoriam reducendum, qualiter a Deo regnum illis per administrationem bonæ memoriæ Caroli præstantissimi imperatoris, & per præclarissimum Iuorum laborem, pacificum & unitum atque nobiliter dilatatum fuerit, & domino Ludovico imperatori a Deo ad regendum sub magna pace commissum, dominoque protegente, inh eadem pace, quamdiu idem progeny Deo studuit, & parentis exemplis uti, ac bonorum hominum consiliis acquiescere curavit, conservatum manserit. Et quomodo in processu temporis, sicut omnibus manifestum erat, per ejus improvidentiam, vel negligentiam, in tantam venerit ignominiam & vilitatem, ut non solum amicis in mendificium, sed etiam inimicis veneris in derisionem. Sed quia idem princeps misericordiam sibi commissam negligenter tractaverit, & multa quæ Deo & hominibus displicebant & fieri & facere compulsus, vel fieri permiserit, & hæc omnia nefandis consiliis Deum irritaverit, & sanctam ecclesiam scandalizaverit, & , ut cetera quæ innumera sunt omittamus, novissime omnem populum sibi subjectum ad generalem incestum contaminavit, & ab eo divino jostoque judicio subito impetitus fit subtractis potestas ; nos tamen memores præceptorum Dei, ministeriique nobis, atque benedictionum ejus, dignum duximus, ut per licentiam memorati principis Lotharii legationem ad illum ex auctoritate sacri conventus mitteremus, quæ eum de suis retribus admoneat ; quatenus certum consilium suæ salutis capiat, ut quia potestate privatus erat terrena, juxta divinum consilium & ecclesiasticum auctoritatem, ne secundum animam perderet, elaboret in extremis potius totis viribus studeret. Quorum legatorum consiliis & salubrimis admonitionibus libenter assensum præbuit, spatium populeti, diemque constituit, qua de salubrium rerum monitis certum ei responsum redderet. Cum autem suprascriptus infrater dies, facer idem conventus unanimiter ad eundem venerabilem virum pervexit, eumque diligenter de quibus fuerat admonitus, & sanctam ecclesiam scandalizaverat, ac populum sibi commissum perturbaverat, admonere, & cuncta illi ad memoriam reducere curavit. Ille vero eorum salutiferam admonitionem, & dignam congruamque exaggerationem libenter amplectens, promisit se illis in omnibus acquiescurum salutari consilio, & subitorum remediale judicium. Porro de tanta salubri admonitionum libertate, illico dilectum illum sum Lotharium Augustum sibi fidelium aforum lupplicavit, ut ille rupris quibuslibet morulis cum suis primatibus veniret : quarenus primum inter eos murua reconciliatio secundum Christianam doctrinam fieret, ut si quid in cordibus eorum navi aut discordiæ inerat, pura humilisque pollutatio venia expiaret ; ac deinde coram omni multitudine judicium sacerdotale more penitentis sulcipieret : quod & non multo post factum est. Veniens igitur idem dominus Ludovicus publicum sanctæ Dei genitricis Mariæ, ubi sanctorum corpora requiescunt, Metardi videlicet confessoris Christi atque pontificis, nec non Sebastiani præstantissimi martyris, adstantibus

ANNO CHRISTI 858.

presbyteris, diaconibus, & non parva multitudine clericorum; præsente etiam præfate domino Lotharii filio ejus, cujusque proceribus, atque totius populi generalitate, quotquot videlicet intra sui septum eadem continere potuit ecclesia; & prostratus in terram super silicium ante sacrosanctum altare confessus est coram omnibus, ministerium sibi commissum satis indigne tractasse, & in eo multa modis omnibus offendisse, & ecclesiam Christi scandalizasse, populumque per suam negligentiam multifarie in perturbationem induxisse : & ideo ob tantorum reatuum expiationem publicam & canonicam se exponere velle & penitentiam : quo miserante domino, per eorum ministerium & adjutorium percipere mereretur absolutionem tantorum criminum, quibus Deum lædendo se sub eodem altare prostraverat. Quem etiam idem pontifices, ut pote medici spirituales, salubriter admoneruut, asserentes ei quod parum & simplicem confessionem sequeretur vera remissio peccatorum, ut aperte confiteretur errata sua, in quibus maxime se Deum offendisse profitebatur, ne forte inetius aliud tegeret, aut in confessio Dei quidpiam dolose ageret, sicut jampridem in Compendio palatio ab ipso facto conventu correptus coram omni ecclesia eum fecisse omnibus notum erat. Ne sicut tunc, ita & nunc, per simulationem & calliditatem duplici ad Deum corde accedendo, ad iram potius quam ad veniam luorum peccatorum provocaret : quoniam, *scriptura testante, fimulatores & callidi provocant iram Dei.* Verum poli hujusmodi admonitionem profellus est se in omnibus iis præcipue delinquisse, unde a memoratis sacerdotibus fuerat familiariter, five verbis, five scriptis admonitus, & digna incorpatione correptus : super quibus illatarum summam reatuum suorum, unde illum specialiter redarguerent, continentem ei dederunt, quam ille in manibus gestabat.

CAPUT I.

Videlicet, ficut in eadem chartula plenius continetur, reatum facrilegii incurrendo, & homicidii, eo quod paternam admonitionem, & terribilem confectationem sub divina invocatione, ante fanctum altare, in præfentia facerdotum, & maxima populi multitudine, sibi factam locumdum suum promissionem non confecraverit, eo quod fraudibus & propinquis violentiam intulerit, & neporem suum, quem ipse liberare potuerat, interficere permiserit : & quod inaemorat voti sui, signum sanctæ religionis propter vinditam sue indignationis fieri postes jullerit.

II.

Quod auctor scandali, & perturbator pacis, ac violator sacramentorum existendo, pacem quod propter pacem & unanimitatem imperii, ecclesiæque tranquillitatem, itinuturi consilio & consensu cunctorum fidelium fuorum fuerat inter filios suos factam, & per sacramentum confirmatam, super illicita potestate corruperit : & in quoquod fideles suos, in contrarietatem ejusdem primi pacti & juramenti, aliud sacramentum jurare compulerit, in perjurii reatum præstitutionis sacramentorum incideriti ; & quantum hoc Deo displiceatis, liquido claret : quia postea necipse, nec populus sibi subjectos pacem habere meruit, sed omnes in perturbationem, pernam peccati fultinendo, justo Dei judicio postea inducti sunt.

III.

Quia contra Christianam religionem, & contra

ANNO CHRISTI 858.

tra votum suum, sine ulla utilitate publica, aut certa necessitate, pravorum consilio delusus, in diebus quadragesimæ expeditionem generalem fieri justit, & in extremis imperii sui finibus in cœna domini, quando paschalia sacramenta ab omnibus Christianis rite sunt celebranda, placitum generale le habiturum constituit. In qua expeditione, quantum in ipso fuit, & populum in magnam murmurationem protraxit, & facerdotes domini a fuis officiis contra fas amovit, & pauperibus graviffimam oppreffionem irrogavit.

IV.

Quod nonnullis ex fuis fidelibus, qui pro ejus fuorumque filiorum fidelitate & falvatione, regnique autoritatis recuperatione, humiliter eum adierant, & de infidis inimicorum fibi præparatis certum ediderant, violentiam intulerit : & quod contra omnem legem, divinam videlicet ac humanam, cos & rebus propriis privaverit, & in exilio mali juslerit, & quosdam absentes morti adjudicari fecerit, & judicantes procul dubio ad falsum judicium induxerit, & facerdotibus domini ac monachis contra divinam & canonicam auctoritatem præsidentibus irrogavit, & absentes damnavit, & in hoc reatum homicidii incurrendo divinarum feu humanarum legum violator extiterit.

V.

De diverfis facramentis, fibique contrariis atque pernicioſis, a filiis five a populo eo præsidente & compellente irrationabiliter fæpe factis, pro quibus non modicum in populo fibi commisso peccati maculam induxit, reatum perjurii nihilo minus incurrisse : quorum hæc procul dubio in auctorem, per quem fieri compella sunt, jure retorquentur. Sed in multorum purgatione, in injuftis judiciis, in falfis teftimoniis atque perjuriis, quæ eo permittente coram le perpetrata sunt ; quantum Deum offenderit ipse novit.

VI.

De diverfis expeditionibus, quas in regno fibi commisso non modicum inutiliter, sed etiam noxie sine confilio ac utilitate fecit, in quibus nimirum multa & innumerabilia sunt in populo Christiano flagitia perpetrata, in homicidiis & perjuriis, in facrilegiis, in adulteriis, in rapinis, in incendiis, five in ecclesiis Dei, five in aliis diverfis locis factis, indiscriminibus & oppreffionibus pauperum miferabili & pene aquæ Chriftianos inundato patratis ; quæ omnia ad auctorem, ficut præmiffum eft, reflectuntur.

VII.

In divisionibus imperii ab eo contra communem pacem & totius imperii falutem ad libitum fuum temere factis, & in facramento etiam quod juraverat compolito omnem populum, ut contra filios fuos, ficut contra inimicos fuos agerent, cum ipse eos paterna auctoritate conflatuque fidelium fuorum pacificare potuiffet.

VIII.

Quod non fufficerent ei tot mala & flagitia per fuum negligentiam & improvidentiam in regno fibi commisso perpetrata, quæ enumerari non poffent, pro quibus & regni periclitatio, & regis dehonestatio evidenter provenerat. Sed insuper ad cumulum miseriarum noviffime omnem populum fuæ potestatis ad communem interitum traxerit, cum debuiffet effe eidem populo dux ſalutis & pacis, cum divina pietas inaudito & inviſibili modo, ac noftris faculis præcidendo, populo fuo miſereri decreviſſet.

Constat igitur, quia quicumque potestati a domino datæ resistit, juxta apostolicum documentum, Dei ordinationi resistit. Et idcirco in commune statuimus, ut si quisquam episcoporum, aut quilibet sequentis ordinis ecclesiastici, deincpsa timore, aut cupiditate, aut qualibet suasione, a domino & orthodoxo Ludovico imperatore defecerit, aut etiam sacramentum fidelitatis illi promissum violaverit, & ejus contrariis malevola intentione quolibet modo se conjunxerit, gradum proprium canonica atque synodali sententia amittat. Quod si quisquam laicus superius comprehensa facere tentaverit, sciat se ab universo gradu anathematizandum.

De vita & doctrina inferiorum ordinum.

Quia vero de vita atque doctrina episcoporum, quæ in posterum servanda, nec non tenenda, de pluribus perparca divinæ auctoritatis documentis prædiximus, necesse est etiam ut de sequentibus ordinibus aliqua adjungamus.

I.

Ut abbates canonici gregibus sibi commissis insistater invigilent, & geminam eis pastionem impendant, id est cibi & verbi, quatenus abbæ murmurationis vitio domino servire valeant: simul etiam ut prædicti abbates ecclesiastica jura immerata custodiant, & videlicet ut cognoscant, cujus prænomine nocentur in eo quod abbates vocati sunt, quod & intelligitur in typo Christi, nomen spiritalis patris. Idcoque semetipsos nomini quod accipiunt conformet, ut subditis & spiritalibus filiis exemplum præcundo & informando religiose exhibeant. Idcoque non convenit ministerio ipsorum aliqua turpia aut facularia, vel etiam inania quæque fectari, quæ contra religionem esse noscuntur: sed potius canonice, religiose, caste, fobrie, atque pie & juste vita eorum omnibus sibi commissis æternæ felicitatis ducatum præbeat: & inquantum ipsi abbates, abbatumque subjecti, episcopis propriis pro fe fuisque omnibus rationem reddituros noverint, tanto eorum consilio atque auctoritate modis omnibus mancipentur.

II.

Abbates vero monachorum oportet pervigili studio gregis sibi commissi curam gerere; videlicet ut fine quibus esse non possunt, emporalia subsidia administrent, tan-

ANNO CHRISTI 836.

toque id studiosius decenter agere, quanto fciunt exercitus nihil contingere licere. Simul etiam divinæ lectionis studio jugiter eos informet, ne aut temporali auxilio divinum opus explere nequeant, aut torpentes otio in laqueum tentationis incidant. Ipsos etiam monachos passim, & quasi absque canonicæ auctoritatis jugo, effrenatos per facularia negotia minime oportet discurrere, & villicis atque facularibus curis infervire, fed secundum institutionem canonicam in quibus renuntiaverunt contentos esse, & neque facularibus, neque ecclesiasticis negotiis, nisi in causa neceffitatis, acceptæ tamen propriæ civitatis episcopi licentia, intereffe.

III.

Monachi interea non debent parvipendere pastores suos, in cujusque parochia conffitentes, ficut aliqui faciunt.

IV.

Episcopi ministros non fectantes avaritiam per parochias suas conffituant. Comperimus quorumdam episcoporum ministros, id est chorepiscopos, archipresbyteros, & archidiaconos, non fofum in presbyteris, fed etiam in plebibus parochiæ fuæ avaritiam potius exercere, quam utilitati ecclesiafticæ dignitatis infervire, populique faluti conffulere. Quam negligentiam, immo eorum execrabile ac damnabile cupiditatis vitium omnes in commune deinceps virandum ftatuimus. Pertimefcenda porro & vigilanter cavenda eft facerdotibus domini Heli facerdotis ruina, qui filios fuos indigne agentes, Deumque pravis fuis actibus ad iracundiam provocantes, facrificioque domini injuriam irrogantes, quia verbis tantum & non verberibus corripuit, eis divina juffaque ultione ruentibus ruit. Ac fi forte, quod abfit, ullus episcoporum deinceps fecerdotes suæ parochiæ ministros in parochia sua conffituerit, & eorum cognitam pravitatem auctoritate paftorali aceiter fcire detrectaverit, exemplum negligentis Heli facerdotis imitari fe cognofcat, & fynodali correptioni modis omnibus fubiiciendum. Nam & in confenfu communi ftatuimus, ut unufquifque epifcoporum fuper archidiaconos fuos deinceps vigilantiorem curam adhibeat, quoniam propter eorum avaritiam & morum improbitatem multi feandalizantur, miniferium facerdotale vituperatur, & in eccleffis a facerdotibus multa propter eos negligantur.

V.

Presbyterorum vero qui præfunt eccleſiæ Chriſti, & in confeſtione divini corporis & ſanguinis conſortes cum epiſcopis ſunt, miniſterium eſſe videtur, ut in doctrina præfint populis, & in officio prædicandi, nec in aliquo deſidiæ inventi appareant.

ANNO CHRISTI 836. Item ut de omnibus hominibus, qui ad ecclesiam ecclesiæ pertinent, per omnia curam gerant, scientes se pro certo reddituros rationem pro ipsis in die judicii, quia cooperatores oneris nostri esse procul dubio noscuntur. Quapropter ab ortu nativitatis cujusque ad se pertinentis præsidium curam habeat, ne aliquis eorum absque renatione sacri baptismatis moriatur. Post acceptum autem sacrum baptisma, sine manus impositione episcopi non remaneat: ac deinde imbuatur scire orationem dominicam atque symbolum. Postea vero qualiter vivere debeat docetur. Si forte vitiosus vel criminosus apparuerit, qualiter corrigatur provideat. Si autem infirmitate depressus fuerit, ne confessione atque oratione sacerdotali, nec non unctione sacrificati olei per ejus negligentiam careat. Denique si finem urgentem perspexerit, commendet animam Christianam domino Deo suo more sacerdotali, cum acceptione sacræ communionis, corpusque sepulturæ, non ut mos est gentilium, sed sicut Christianorum.

VI.

Lib. 5. c. 175. De presbyteris, & eorum ecclesiis, unde multa negligantur, & scandala generantur, innostra discussione quatuor nobis pericula apparuerunt. Prima quia nonnulli eorum, ab ipsis sacerdotibus quædam fecuritate accepta, nec ea quæ ad cultum divinum pertinent faciunt, neque in restauratione & luminaribus ecclesiæ studium habent, nec etiam scuioribus suis debitam reverentiam exhibent, & insuper ecclesias suas expoliant, & in prædiola sua propria transferunt: Quæ omnia ad negligentiam eorum pertinere deprehendimus. Ob id vero quadam occasione B acceptæ seniores eorum permoti in tantam audaciam prorumpunt, ut eos etiam illicite, & inhonestè, atque irreverenter tractare præsumant. Unde summopere omnibus modis ab hinc providendum judicavimus, ut ea quæ a domino imperatore, consultu episcoporum, ob honorem & amorem Dei ecclesiis concessa sunt, non in avaritiam presbyterorum, aut in rapacitatem episcopalium ministrorum, sed in utilitatem ecclesiæ, & in usus clericorum & pauperum deveniant.

VII.

Lib. 5. c. 171. Illud quoque non minus periculosum esse didicimus, quod in quorumdam episcoporum parochiis quosdam presbyteros, contra interdicta sanctorum canonum, feminas in domibus suis non solum habitare, sed etiam ministrare sibi faciunt, quas & laqueum sacerdotibus perfæpe extitisse, & multos hac occasione in scandalum, & in damnationem corruisse cognovimus. Quæ transgressio & tempore genitoris vestri, & vestro, in conventibus episcoporum secundum auctoritatem canonicam prohibita, sed necdum ad correctionem plene est perducta. Unde in commune consuimus, ut hi qui tantæ transgressionis incorrectores hactenus extiterint, si ablinc hujus rei correctores esse neglexerint, juxta apostoli sententiam, quasi consentientes malorum coerceantur. C

VIII.

Similiter de illis presbyteris, qui contra statuta canonum villici sunt, tabernas ingrediuntur, turpia lucra sectantur, & diversissimis modis usuris inserviunt, & aliorum domos inhonestè & impudice frequentant, & comessationibus & ebrietatibus deservire non erubescunt, & per diversos mercatus indiscrete discurrunt, obser vandum judicavimus, ut ablinc districte severiterque coerceantur; ne per eorum illicitam & indecentem actionem, & ministerium sacerdotale vituperetur, & quibus debueranr esse in eorum exemplum, deveniant in scandalum. D

IX.

Necessarium etiam in publicam reperimus ecclesiis, ut clericorum ordo majori adstringatur disciplina & custodia, ampliorique foveatur stipendiorum copia, ut occasione temporalium subsidiorum sanctarum non depereat institutio rerum.

X.

De eorumdem presbyterorum vita, quæ, ut vos vere fatemini, ridicula habetur, quantum nobis posse est, curabimus ut minus perfecti eorum actus ad debitum revocentur statum. Vestrum autem erit præcipere laicis, ut juxta congruan eis de debitum impendant honorem, & in eos qui contra eos perperam gesserunt congrua procedat castigatio, quateous & illi corrigantur, & reliqui terreantur.

XI.

Decemimus etiam, ut presbyteris nulla omnino cohabitet feminarum: contementes autem hanc conflictationem periculum proprii fustinere gradus.

XII.

Illud namque necessarium visum est de monasteriis puellarum, quæ in quibusdam locis lupanaria potius videntur esse, quam monasteria, propter negligentiam dispositorum, aut certe insolertiam prælatarum. Unde postulandum est, ut religiosi viri ad hoc dirigantur, ut talia inquirant, & secundum religionem Deo placabilem emendare studeant, sicut superius de clericis decrevimus.

XIII.

Admonendæ etiam sunt prælatæ monasteriorum, ut subditas moribus probis atque exemplis præcedant, & de necessariis subditarum sibi rebus curam gerant, & ab eis non exigant quod ultra vires earum esse videtur. Quod si fecerint, & ipsæ & subditæ earum ad æternam vitam pervenire valebunt. E

XIV.

Admonendæ sunt, ut prædicti presbyteri non in ipsis monasteriis multimodi sint anguli, vel talia loca, quæ sint tenebrosa, aut certe visui prælatorum occulta, in quibus Deus pro feelebrius inibi commissis ad iracundiam provocetur. F

XV.

In custodiis vero congregationum, tam canonicorum, quamque monachorum, nec non sanctimonialium, summopere studendum censuimus, ut in omnibus locis clausura eis præsidentur religiosi eorum congruentia: sed & habitacula domorum, jo quibus religio Deum sequi volentibus perfici atque augeri possit potius quam vitia nutriri. Hoc tamen ut non negligatur a prælatis congregationum missis dominicis committitur. Modius autem erga ipsarum congregationum disciplinam hic esse debet, id est ut canonici, secundum id quod contineturin libro qui de eorum vita collectus, religiose conversentur: monachi vero secundum traditam a beato Benedicto regulam unanimiter, quatenus cumque possit esse, cujusque ordinis sint, in eorum ordinibus sectentur. Sanctimoniales denique, secundum id quod earumdem sexus fragilitati congruit, religioni cum omni diligentia fubdantur.

Hæc nos fideles & devotissimi famuli & oratores vestri, juxta parvitatem sensus nostri, prout ætatis temporis permisit, secundum sanctam ordinationem vestram, de his quæ ad nostram, & confacerdotum subjectorumque nostrorum correctionem & emendationem pertinere perspeximus, pauca de multis sanctarum scripturarum excerptes exempla, licet perplura mihi ad hæc pertinentia non ignorenrur, quæ si per singula annotarentur, nec etiam anni volutionem ad hoc posse credimus sufficere; ideoque, ut diximus, pauca succincte ordinatimque, ut videtur, annotavimus.

XVI.

Communi consensu insuper censuimus, ubicumque possibile fuerit, unicuique ecclesiæ suus providearur ab episcopis presbyter, ut per se eam tenere possit, aut etiam priori presbytero subjugatus ministerium sacerdotale perficere possit: Quia in multis locis periculis presbyterorum immi- ANNO CHRISTI 836. nentia perspeximus. Videlicet in officiis divinis, quamquam missarum celebrationes per omnes ecclesias fibi commissas agere possent, cetera officia, quæ ad divinum cultum pertinent, propter impossibilitatem & multitudinem ecclesiarum, quodammodo negligebu elapsa. Similiter & providendum in baptismate infirmorum, & in confessione querentium, atque in communione periclitantium, perplura remansisse. Idcoque congruentius, ut supra dictum est, omnibus videtur, cuique congruere ecclesiæ proprium habere presbyterum.

Ells itaque hæc in habentibus, nunc quia communium salutem perspiciendam atque considerandam dignum duximus, petimus insuper jam, quia labor ad ea quæ proposita sunt inquirenda additus est, ut non in tædium auditui vertatur, fed potius ad audiendum aures accommodentur, fupplici devotione rogamus.

CAPUT III.

De persona regis, filiorumque ejus, & ministrorum.

Tertium quoque capitulum duobus superioribus capitulis ex parte convenire videtur, in vita feilicet atque doctrina sacerdotum; in quibusdam vero, pariter cum sacerdotibus principes & omnem populum Christianorum tangere non debitatur, fed & in utroque ordine partim deficisse. In sacerdotibus enim defecit, auctoritate sacerdotali ordinis labente, quantum in ipsorum studio aliquid minus fuit quam convenit: in principibus vero, vilescente in illis quos vobis nevola intentione enutrire studuistis atque sublimastis, non permanente dilectione, fed abundante iniquitate, & refrigescente mutuam exercitate. Sed nunc quia de his quæ præmissa sunt vestro ardentissimo desiderio pries satisfacere studuimus; illud tamen, quod ad vestram specialiter personam ministeriumque pertinere cognoscimus, nullatenus oblivioni tradidimus: fed potius vestræ saluti prospicientes, nonnulla capitula necessaria fideliter colligimus, & vobis familiariter admonitionis gratia devotoque porrigenda devovimus. Similiter quædam ad filios vestros pertinentia, quædam vero ad commilitones vestros non minus pertinentia. Nec præterendum diligenter judicavimus, ut aperte atque distincte injiciendo, legendo, & audiendo, vestra cognoscere possit solertia, filiorumque vestrorum, ac cæterorum omnium industria, de quibus, & pro quibus conveniente humilitati nostræ secundum virium possibilitatem nostrarum fideliter tractavimus pro communi omnium perpetua salute.

I.

Ut quid rex dictus sit, Isidorus in libro sententiarum scribit: Rex enim, aquit, a regendo vocatur. Si enim pie, & juste, & Isidorus libro 3. Sent. c. 48.

ANNO CHRISTI 836.

ANNO CHRISTI 836.

ANNO CHRISTI 836.

ANNO CHRISTI 826.

ricelo ad tempus reticere, nunquam tamen interrogati de ipsa veritate fine gravi discrimine possumus mentiri. Sed quia veritas saepe odium generat, & semno Dei adversarius a domino nostris carnalibus voluptatibus defcribitur, tamen ei in via, id est in praesenti vita consentiendum est. Sic etiam erga nos agendum est, ut quotiescumque interrogati veritatem proferimus, quantumquam nonnulli infirmi fine causa scandalizentur, nobis tamen quaerendum est propter ipsam veritatem. Nam saepe, quando vobis suggerimus, ut fideles quique res ecclesiarum pie & cum reverentia & timore Dei tractent, & cognoscant illas Deo esse dicatas, quatenus sic habeant de illis temporalem profectum, ut non propter ignorantiam & negligentiam aeternum patiantur detrimentum: suspicantur nonnulli, quod nos causa cupiditatis nobis huc admoneamus, quam causa faluris, cum nos veraciter nullis rebus sibi collatis optemus eos exspoliari, sed magis eorum communi saluti consulitur proficiatur. Idcirco nos rerum, ut multi arbitrantur, ambitione, sed animarum potius delectamur salvatione.

VII.

Didicimus sane nonnullos episcoporum a quibusdam perfonis etiam temerariis detractione accusatos atque detractos, sine approbatione tamen, in causis reprehensibilibus, quae pontificatus ordini non congruere visae sunt, si approbare fuerint. Idcirco obnixe precamur, ut si aliquis deinceps accusator annisus fuerit aliquem excessum in episcopali ordine rite reprehendere, & ad aures imperiales perducere, ut non facile per cujuscumque personam officium tanti ministerii in aliquo vilefcere videatur. Accusator itaque uti, sicut hactenus, deliefcendo se fubtrahere locum non habeat, sed necessitate accusatus: hujus rei veritas fynodali conventui pateat, ibidemque omni occasione remota iterorum examinatio fecundum veritatem examinetur, ut quod quisque meretur, accusatus videlicet, sive accusator, pro merito sententiae suscipiat. Quapropter fubjacent: ne forte quifquam facerdotum fe reprehensibilem exhibere audeat, aut etiam quifque levissimaginariteque propriae intemperantiae affensum praebens, tanti ordinis viros fine causa atque probatione vituperare praesumat. Licet enim facerdotes modernis temporibus, propter imminentes perturbationes, in multis fint negligentes, non fune ramen vituperandi nec defpiciendi: fed propter illum, cujus ministerium gerunt, audiendi & cum honore venerandi. Poft apoftolos enim noftros haec domini fententia dirigitur: *Qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit.* Quapropter attendendum

ANNO CHRISTI 826.

A eft, quod facerdotum Chrifti fpretio ad injuriam Chrifti pertinet, cujus vicem & miniſterium gerunt.

VIII.

De confervandis rebus quae a fidelibus conferuntur, in canonibus Nicaeni concilii roboratum esse conftat: Quae fune ecclefiae fub omni folicitudine, & conficientia bona, & fide quae in Deum eft, qui cuncta conficerae judicatque, ferventur, quae etiam difpenfanda fune judicio & poteftate pontificis, cui commiſſus eft populus, & animae quo intra ecclefiam congregantur. Item in decretalibus papae Symmachi: Synodali igitur convento provida fententia modis omnibus enervari placuit, & in irritum deduci, ne in exemplum remanenter praefumendi quibuslibet laicis, quamvis religiofis vel potentibus, in quacumque civitate quolibet modo de ecclefiafticis facultatibus aliquid diſtrahendo decernere, quarum folis facerdotibus difponendi indiſcuſſa a Deo cura commiſſa docetur. Quoniam, ut beatus Profper ait, res ecclefiae non funt propriae, ſed communes: vota videlicet fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum. Ergo quae a religioſis viris ad fubſtantiam pauperum ac fervorum Dei, & fuftentationem ac reparationem ecclefiarum fune derelicta, nulli contra fas fine aliqua pietatis conſideratione licet diſpergi. Item unde ſupra in concilio Toletano: Quia ecclefiarum omnium diſpenſatio ordinationem pontificum & poreſtatem pertineat, nec a quoquam aliqua praeſumptione diſtrahantur. Item poſt pauca: Omnis itaque rei ecclefiaſticae quantitas, ſicut remedium veniae tribui conferenti, ita damnum rite praeparat abſtrahenti.

IX.

Iterum monendo monemurdini veſtrae ſupplicitter ſuggerimus, ut deinceps in bonis paſtoribus rectoribuſque in ecclefiis Dei conſtituendis magnum ſtudium atque ſolertiſſimam adhibeatis curam: quia, ſi aliter factum fuerit, & ordo ecclefiaſticus fuam non habebit dignitatem, & religio Chriſtiana in multis labefactanda damna detrimenti ſui patietur, & animae veſtrae, quod non optamus, periculum generabitur.

X.

Similiter poſcimus, ut in abbatiſſis conſtituendis, & rectoribus monaſteriorum, veſtrum ſpecialiter caveatis periculum; ſcitote vobis ſape eſſe dictum, & per divinam auctoritatem crebrius manifeſtatum.

XI.

Sed & hoc obſecramus, ut in eligendis adiutoribus veſtris, & reipublicae miniſtris; qui vice veſtra populum Dei regere & gubernare aeque judicare debeant, ſolertiſſimum providentiam habeatis, ſemper illud attendentes quod in libro Exodi ad Moſem dicitur: *Provide*, inquit, *de omni populo viros prudentes & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint avaritiam: & conſtitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, qui iudicent populum omni tempore: quidquid autem majus fuerit, referant ad te, & ipſi minora tantummodo iudicent, leviuſque tibi ſit partito in alios onere. Si hoc feceris, implebis imperium domini, & praecepta ejus poteris ſuſtentare.* Unde & in libro Deuteronomii: *Iudices*, inquit, *& magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis, quas dominus Deus tuus dederit tibi per ſingulas tribus tuas, ut iudicent populum juſto iudicio, nec in alterum partem declinent.* Item ibi: *Diuique vobis in illo tempore: Non poſſum ſolus ſuſtinere vos, quia dominus Deus veſter multiplicavit vos, & eſtis hodie ſicut ſtella coeli pluvimi. Dominus Deus patrum veſtrorum addat ad hunc numerum multa milia, & faciat vobis ſicut locutus eſt. Non valeo ſolus ſuſtinere veſtra negotia, & pondus, & ſurgia. Date ex vobis viros ſapientes & gnaros, & quorum converſatio ſit probata in tribubus veſtris.* Sed & in libro Paralipomenon ita legitur: *Conſtituitque vos Joſaphat iudices terrae in cunctis civitatibus Juda munitis per ſingula loca, & praecipiens iudicibus, Videte, ait, quid faciatis. Non enim hominis exercetis iudicium, ſed Dei, & quodcumque iudicaverit is, in vos redundabit. Sit timor domini vobiſcum, & cum diligentia cuncta facite. Non enim eſt apud dominum Deum veſtrum iniquitas, nec perſonarum acceptio, nec cupido munerum.*

XII.

Rogamus etiam veſtram pietatem propter divinam miſericordiam, veſtramque ſalutem, ac totius populi utilitatem, nec non & regni honorem atque ſtabilitatem, ut veſtra pietas ſolerſiſſimam vigilantiam adhibeat, quatenus conſiliarii & dignitatis veſtrae miniſtri, cuſtodeſque animae veſtrae & corporis, qui debent eſſe intra regnum aliis decus, & bonitatis exemplum, & in ceteris nationibus bonae opinionis condimentum, caritatem, pacem, atque concordiam, omni ſimulatione & callidirate poſtpoſita, adinvicem habeant, ut ſecundum Dei voluntatem, & veſtram honeſtatem, atque totius populi profectum, communiter decerneat, & veri vobis adiutores in omnibus concordier exiſtant. Tunc etenim veri conſiliarii, verique adiutores veſtri, & totius regni ſtabiliter eſſe poterunt, ſi unanimes extiterint, & inviceni dilectionem habuerint. Decet quippe, ut ſacra domus veſtra cunctis ſpectabilis appareat, & imitabilis exiſtat, & fama ſuae bonae opinionis, five alios imperii veſtri ſubiectos, ſive exteras nationes abundantiſſime perſundat. Ubi igitur omnes diſſenſiones & diſcordiae diminuendae, & o-

ANNO CHRISTI 826.

A mnis malitia imperiali auctoritate eſt comprimenda, neceſſe eſt ut quod in aliis corrigere decernit, in ea minime reperiatur.

XIII.

Nam & hoc humiliter admonemus, ut liberos veſtros, quos vobis divina pietas largiri voluit, in timore Dei iugiter diligenter que educatis, ſicuti & facitis. Et ut in mutua dilectionis caritate & fraternitatis amore, atque unanimitatis concordia viciſſim conſiſtant, ſedula paternaque admonitione inſiſtatis. Et ne illicitis actibus creatoris ſui offenſam incurrant, provida ſolertique circumſpectione nihilominus invigiletis; attendentes beatum Job, cujus fiudium, ut B. Gregorius in moralibus libris ſcribit, circa filios eruditendos tale extitit, ut non ſolum eos exteriius perfectos opere & ſermone perficeret, verum etiam eorum corda facrificii oblatione mundaret. Attendite etiam David inſtruentem Salomonem filium ſuum, de quo in primo libro Malachim legitur: *Ego*, inquit, *ingredior viam univerſae terrae: conforta re, & eſto vir fortis, & obſerva cuſtodias tuas domini Dei tui, ut ambules in viis ejus, & cuſtodias ceremonias ejus, & praecepta. Fili mi, cognoſce Deum patris tui, & ſerviat ei vere de perfecto, & animo voluntario.* Attendite etiam Tobiam, de quo legitur, quod cum factus eſſet vir, accepit uxorem Annam de tribu ſua, & genuit ex ea filium, nomen ſuum imponens ei, quem ab infantia timere Deum docuit, & abſtinere ab omni peccato. Item idem allogues eumdem filium ſuum: *Omnibus*, inquit, *diebus vitae tuae in mente habeto Deum, & cave ne aliquando peccato conſentias, & praetermittas praecepta domini Dei noſtri. Ex ſubſtantia tua fac elemoſynam, & noli avertere faciem tuam ab ullo pauperе. Ita enim fiet, ut nec a te averratur faciem dominus. Quomodo poteris, ita eſto miſericors, &c.* Item paulo poſt: *Attende tibi, fili mi, ab omni fornicatione, & praeter uxorem tuam nequaquam patieris crimen ſcire. Superbiam numquam in tuo ſenſu, aut in corde dominari permittas: ex ipſa enim origine ſumpſit omnis perditio.* Et idem non poſt multa: *Conſilium ſemper a ſapiente perquire. Omni tempore benedic Deum, & pete ab eo ut vias tuas dirigat, & omnis conſilia tua in ipſo permaneant.* Item idem: *Audite ergo fili mei: Servite domino in veritate, & inquirite ut faciant quae ſunt placita illi: & filios veſtros mandate ut faciant juſtitias & elemoſynas, ut ſint memores Dei, & benedicant eum in omni tempore in veritate, & in tota virtute ſua.*

XIV.

His omnibus praelibatis, innotefcimus vobis, quod ea, quae in capitulis veſtris nobis tractanda commiſiſtis, ſcilicet quid a principibus & reliquo populo, vel ita ut divina

ANNO CHRISTI 836.

vitæ auctoritas docetur, aut aliter teneatur, vel quid inde ex parte, aut ex toto dimittendum sit, ut non teneatur; nec non & in his quæ præsenti anno conscribi, & per missos vestros ob vitia comprimenda per imperium vestrum direxistis: fatemur quod in his capitulis, quæ superius continentur, multa demonstrata sunt, quæ a pastoribus ecclesiarum, & a principibus & reliquo populo hactenus neglecta existerunt, & aliter quam divina auctoritas se habeat in his eos egisse & agere novimus. Sed si hæc nostra facerdotalis admonitio effectum, Deo operante, per vestrum bonum studium abhinc obtinuerit, credimus quod multa quæ a multis aliter, quam divina auctoritas se habeat, dimissa sunt, quæ non tenebantur, corrigentur.

XV.

Ibidem. Nam & illud, quod in eisdem capitulis continetur, ut manifestum fieret, quæ causæ id fecerint, ut facerdotes & principes a recto tramite deviassent, exceptis præmissis capitulis, in quibus, sicut diximus, multa negligebantur; specialiter tamen unum obstaculum ex multo tempore jam inoleviste cognovimus, id est, quia & principalis potestas, diversis occasionibus interveniebus, secus quam auctoritas divina se habeat, in causis ecclesiasticis profiterit, & facerdotes parrim negligentia, partim ignorantia, partim cupiditate, in sæcularibus negotiis & solicitudinibus ultra quam deberant se occupaverint. Ex hac occasione aliter quam divina auctoritas docear in utraque parte actum extitisse dubium non est. Sed quia, Deo miserante, a progenitoribus, & genitore vestro, & a vobis multa correcta gratulamur, si ea quæ admonemus prosperum successum habuerint, credimus quod ad perfectionis statum vestra intentio nostraque devotio Deo cooperante pervenire possit. Verumtamen quia novimus statum hujus regni sub tali conditione & tenore creviste atque dilatatum esse, & a prudentissimis sanctisque prædecessoribus nostris, sive feliciter ab episcopis, sive a principibus, tam caulam ex toto correctam non fuisse, propter hæc quæ suo tempore dici possunt, & pondus tantæ confederationis, parvitatis nostræ vires excessit, quoniam necotium, nec spatium temporis, nec plenitudinem consacerdotum nostrorum, sicut ipsa necessitas exposcebat, habuimus.

XVI.

Ibid. c. 17. Porro de episcopali libertate, quam Deo annuente, vestroque adminiculo suffragante, adipisci ad Dei servitium peragendum cupimus, suo in tempore vobis dicendi atque vobiscum conferendæ reservavimus. Quatenus nostris, ut & nosmetipsos salvare, populoque nobis subjecto utiliter prodesse, atque pro vobis & stabilitate imperii vestri liberius valeamus exorare, & de vestris obsequiis, & regni adjutorio, solatium debitum minime subtrahatur, sed, si possibile fuerit, potius augeatur.

ANNO CHRISTI 836.

XVII.

Vestram interea, Deo amabilis Auguste, petimus clementiam, ut absque inevitabili necessitate sanctum tempus quadragesimæ liberæ ecclesiasticis viris sub quiete agere, quatenus tempus illud, quod purificatio esse debet aliorum temporum, non inquietur inquietudine perturbationum.

B

XVIII.

Jejunium diebus dominicis tenere, & canonica interdicit auctoritas, & refurrectionis dominicæ tanta solennitas. Et ideo placita illis diebus, neque nupcias, pro reverentia tantæ solennitatis celebrari vetum est.

Gregorius concil. rom. 28. Bibliot. patr.

XIX.

Monasteria divinis solummodo cultibus dicata non debere sæcularibus dari, & canonica prodit auctoritas, & ipsorum destructio docorum. Sed quia id exigit reipublicæ necessitas, saltem collapsa loca erigi debent, & clerici locis, in quibus fuerant, restituti, quousque opportunitas id permittat emendari plenius.

C

XX.

Laici sine monendi sunt, ne facerdotes contemptui habeant, neve eorum monita desiciant, & tam turpiter tractent, uti hactenus; ne superveniat quod dicit propheta: *Populus tuus sicut hi qui contradicunt sacerdoti: & corruet bostis ejus in gladio.* *eorum in terram.*

XXI.

Meminisse etiam debent qui res ecclesiæ atque familiam sub manu sua habent, non eos debere severe & crudeliter cum eis agere, fed cogitare, quia utrorumque dominus est in cœlis: & consectum atque antiquum ab eis servitium exigant, nihil superaddentes.

D

XXII.

Sane communicatio corporis domini omni die dominica debuit celebrari. Ideoque necesse est, quantum ratio permittit, ut moderna corrigatur consuetudo, ne forte qui longe est a sacramentis, quibus est redemptus, longe sit a salute, quam fuerat consecuturus.

E

XXIII.

Similiter est postulandum de presbyteris, qui hinciode de diversis parochiis veniunt, & in palatio morantur, ut sine proprii episcopi consensu ibi locum consistendi non habeant, nec recipiantur: quia fieri potest, ut intra parochiam meam perpetrati criminis, ne id palam juxta canonum sanctiones ulciscatur, palatinas ædes frequentent:

ANNO CHRISTI 836.

tent: aut certe, licet non sit ordinatus, ipse tamen absque litteris ordinatum se attestetur.

XXIV.

Nec minus de monachis postulandum est, ut & ipsi in publicis locis sine ratione decenti discurrere prohibeantur, quia hoc a proposito ipsorum procul abstitit. Fieri etiam potest, ut quidam illorum, sicut superius dictum est de presbyteris, perperraro feclere in monasterio, causam vagandi potius eligant, quam regularibus disciplinis subjacere.

XXV.

De raptoribus etenim viduarum ac virginum dignum duximus, ut ab universis comitibus omni nisu investigentur, & inventi condigna invectione ex auctoritate imperiali castigentur, ut a tam illicita præsumptionis audacia ipsi coerceantur, & ceteri hoc admittere volentes terreantur.

Si hæc omnia debito dignoque ordine implecntur, opitulante superna gratia honestatem ornatumque ecclesiæ adimplere credimus. Qui enim ecclesiæ in una atque indiferta Christi fide ac dilectione concorditer ad cælestia tendens populus dicitur, necesse est ut præclcatorum bene vivendi ac docendi instantia, & auditorum obediendi atque exhibendi infidentia perpetretur. Hic vero omnia fieri ullatenus nequit, nisi unius cujusque officium propcie conservetur, immo peragatur. Constat autem eum peregrinantem dum domus ne dictum est, pontificalemque perfonis gubernari, facerdotali fcilicet, ac regali: quatenus auctoritate episcopali, atque imperiali censura, intcrincleus & extrinfecus circumlepta, liberius modum propriam valeat conservare. Proinde cum liqueat nos plurimum ac multifarie exorbitasse, in hoc fummopere integritatem fuscreitatemque centimus esse custodiam, quod fiorum vestrorum sedulo atque improbitas, fed & quorumdam processum perverfitas atque infidelitas in inaudítum a sæculi facinus excreviste cognoscitur. Quæ omnia nullo modo integra, & ad rectitudinem dignumque finem perduci posse nobis videntur, nisi misericorde dominus imperialis potestas, paterna hereditate immo vigore fincerius restituta, honor sanctæ Dei ecclesiæ integerrime reparetur, & episcopalis auctoritas proprio, immo a Christo domino sibi commisso officio denuo folvatur. Meminisse enim, in præterritis conventibus nonnulla capitula ab episcopis, vestra admonitione fuisse tractata atque statuta pro necessitate & communi salute utrorumque ordinum, ecclesiasticorum videlicet atque sæcularium: sed nescimus quibus impedimentibus obstaculis, quasi oblivioni tradita. Ideoque affectu devoto, fupplici admonitione admonemus, & admonendo precamur, ne illa, quæ nunc licet perparca præfibavimus, ad statum sanctæ Dei ecclesiæ, simili modo oblivioni tradantur, sed pro speculo ab omnibus inconvulfa habeantur atque conserventur. Verum quod nos, si hæc vobis cultibus attributa nos fuiffent, cum temporali periculo, propter auctoritatem ministerii nostri, vos ad ea peragenda admonere, immo admonendo exigere a vobis quoquo modo debueramus vos e contra propter divinum amorem & honorem & admonendo nos ad po-

tiora provocastis, & piam opportunamque bis fere devotissime curastis. Proinde humilibus piecibus fpeciales pietati veftræ fuggerimus, ut bonum quod cœpistis Deo optulante indeficienter perficere ne graveminl, & in adimplendis operibus juftitiæ ac pietatis & mifericordiæ nullatenus perficiatis: quoniam non inchoantibus, fed perfeverantibus, præmium æternæ vitæ datur, & juxta veritatis vocem, *qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.*

LIBER I. *opera. Augl. widow.*

Matth. 10.

SYNODI AQUISGRANENSIS II. AD PIPPINUM REGEM AQUITANIÆ LIBRI III.

B

In quibus ea, quæ per commonitorium regi antea fuggeflerant, manifeftis facræ fcripturæ auctoritatibus confirmantur.

TITULI CAPITUM LIBRI I.

I. *Quod Deus nullum peccatum inultum dimittit.*
II. *Cur Deus quadam præcata in hoc sæculo indicat, quædam in futuro judicanda reservat.*
III. *Contra eos qui dicunt nullum esse discretionem, si tribus Deo oblatis in suis utuntur necessitatibus.*
IV. *Quod omnia terrarum regna & omnia bona terræ domini sint, & ex suis sibi sua offerantur.*
V. *Quomodo David rex de ædificanda domo domini Salomonem filium suum instruxerit.*
VI. *De impensis quas David ad domum domini construendam præparavit.*
VII. *De diversis donariis quæ in templo domini consecravit.*
VIII. *Quod juxta verbo David peregrini sumus & advenæ in hac peregrinatione.*
IX. *Quod nemo quidquam offerre valet, nisi quod de manu Dei accepit.*
X. *Quod nemo de iniuste acquisitis Deo gratum quid offerre valeat.*
XI. *Qualiter orige & religio Deo offerendarum rerum inchoaverit.*
XII. *Qualiter apostoli post resurrectionem Christi tam in oriente, quam in occidente ecclesias fundaverint.*
XIII. *Quod memorata origo & religio primum fuerit altari ab Abel usque ipso.*
XIV. *Quod Noe & altare domino ædificaverit, & holocaustas super illud obtulerit.*
XV. *Quid benedictionis Noe pro eo quod altare domino ædificavit, & desuper holocaustas obtulit, consecutus sit.*
XVI. *Quid promissionis, quidve benedictionis Abrahæ pro altaris exstructione Deus credidit, eique diversa altaria erexit, consequi meruerit.*
XVII. *Quod Isaac Abrahæ non imitantur hi, qui ea quæ Deo in alterius fuis famulandum est auferunt.*
XVIII. *Quod Abraham prophetæ Melchisedes sacerdotii Dei officinis determinata dederit ex omnibus.*
XIX. *Quod fides & devotio Abrahæ circa divinum cultum in ramentum exstruxit, ut ad filium suum domino immolandum paratus fuerit.*
XX. *Quid imitatores Abrahæ, id est amatores & exaltatores, ac dilatatores, sive etiam venceratores divini cultus, a domino, & in præsenti sæculo tueri & exaltari, & etiam in futuro mercede æterna mereantur donari.*
XXI. *Qualiter Isaac altare Deo ædificaverit, tabernaculumque extenderit.*

LIBER I. AD TITUL. PRÆFATIO

XXIII. *Quod in Iacob non fallum sanctæ religionis amplius augmentatus sit.*

Quod Iacob non fallum altaria erexerit, aleum absque fraudem, nullumque abhorrerit, sed & de omnibus quæ Deus illi dedisset decimas & hostias se daturum promiserit.

XXIV. *Quod Christiana religio adinstar Iacob domos in honorem Dei adificet, & altaria erigat, ipsque locum superfundit, & sacrosanctis chrismate perungat.*

XXV. *Quod post internecionem Amalecis Moses altare domino adificaverit.*

XXVI. *Quod post altaria a Mose domino adificata, & cætera qua ei a domino injuncta sunt peracta religio divinis cultus excreverit.*

XXVII. *De diversis donariis quæ dominus ad constructionem sanctuarium & tabernaculum fieri præcipit.*

XXVIII. *Quam explicationem præceptus in lege pro redemptione sua domino offerre præcipitur.*

XXIX. *Qualiter ignis in altari nocturni jubetur.*

XXX. *Quod ad sanctuarium dominii procurationis promittatur.*

XXXI. *Quid autem ad sanctuarium domini non pertinentibus dominus commiserit.*

XXXII. *De dominibus & agris & hominibus domino sanctificatis, & quod ea quæ dominio sanctificantur, ad jus pertinent sacerdotium.*

XXXIII. *Quid constitutio libri Levitici innuat. Adhuc ex libro Numerorum & Deuteronomii.*

XXXIV. *De omnibus primitiis, & de his quæ ad sanctuarium domini offeruntur, quod ad jus pertinent sacerdotum: nec non & de reliquo & dedicatione tabernaculi & altaris, & de his qua in eadem dedicatione a principibus dominio oblata sunt.*

XXXV. *Quod non sit dominus in ministris suis detrahendus.*

XXXVI. *De portibus prade, quam filii Israel concedunt, sacerdotibus & Levitis, & tabernaculo dominii exhibitis: & quod dominus in tabernaculo sua propriam aramum habere voluerit.*

XXXVII. *Quod urbes dominus & suburbana eorum Levitis dari præceperit.*

XXXVIII. *De votis Deo reddendis.*

PRÆFATIO, SIVE EPISTOLA SYNODI AD PIPPINUM.

Inlyto celestique gratia regio munere insignito: filio nimirum domni Karoli regis nobilissimo, & per immensum a Deo roborando, Carni venerabilium præsulum, & sequentis ordinis religiosorum sacerdotum, apud Aquisgrani ipsius salutiferi & ubique providentissimi pii & orthodoxi genitoris vestri domini nostri Ludovici Cæsaris eximii, ob honorem & decorem sanctæ Dei ecclesiæ procurandum, & quadam dignitates ecclesiasticas, magna ex parte collapsas atque fractas, ad priscum statum nitoremque dominio opem ferente renovandas fundaliter congregatæ aternæ beatitudinis optat felicitatem.

Magistur Ecclesiæ orastores vestri, salutamus super ceteros, & super ceteros amatores devotissimi, misericordiæ vestræ amatores devotissimi, misericordiæ vestræ amatores devotissimi, misericordiæ vestræ

LIBER I. CAP. XIII. XIV. &c.

Gen. 4.

XIII.

Memorata igitur origo & religio primum coepit fine altari ab Abel justo, de quo in libro Genesios ita legitur: *Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum. Et respexit dominus ad Abel, & ad munera ejus: ad Cain vero & ad munera ejus non respexit.* Quibus verbis non inconvenienter accipi potest in persona Abel hi qui sua sponte, id est ea quae de manu Dei acceperunt, Deo creatori sine gratiarum actione: in persona vero Cain hi qui malevolo & invido animo, nulla aequalitia quidquam Deo offerre gratum putant. Quapropter necelle est ut factum Abel imitetur, & factum Cain prorsus detestetur.

XIV.

Noe quoque ingentis cataclysmi periculo domino se protegente liberatus, coque jubente de arca egressus, non extra eam, sed in ea, sed jam supra altare, ob liberationem sui holocausta Deo obtulit, facit in eodem libro Genelcos legitur: *Aedificavit autem Noe altare Domino, & sumens de cunctis pecudibus, & volucribus mundis, obtulit holocaustum super altare, odoratusque ob dominus odorem suavitatis.*

Gen. 8.

Hebræus.

XV.

Perpendenda sunt haec verba quibus dicitur: *Odoratusque eſt dominus odorem suavitatis.* Manifestum quippe eſt, & offerentis animum, & eadem holocausta Deo ufquequaque grata exiſtere: quoniam nec in offerente, nec in his quae C oblata sunt, quidquam Deo odibile ac detestabile creditur exiſtiſſe: & propter donum sun ubsistit, continuo benedictionem a domino eundem Noe percepiſſe. *Benedixit*, inquit, *Deus Noe & filiis ejus, & dixit ad eos: Crescite & multiplicamini, & replete terram: terror vester ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ*; & cetera quae ſequuntur. Si enim oblationem Noe dominus in odorem luavitatis odoratus eſt: procul dubio obſtitiſſorem ibi abſtinentiam rerum & detestatur & detestatus eſt. Et ſi pro ſua oblatione benedictionem a Deo idem Noe promeruit, patet profecto, quod qui Deo obtata ſibi ſubjecit, aut alius diſtribuit, pro benedictione maledictionem incurrit.

Gen. 9.

XVI.

Abraham autem cujus non natura, ſed gratia filii ſumus, & in cujus ſemine, id eſt in Chriſto, benedicimur, qui credidit Deo, & reputatum eſt ei ad juſtitiam, & qui domino imperante egreſſus eſt de terra ſua, & de cognatione ſua, & de domo patris ſui, & venit in terram quam Deus ei demonſtravit, cui & dominus dixit: *Faciam te in gentem magnam, & magnificabo nomen tuum, eritque benedictus: benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atque in te benedicentur universa cognationes terræ.* Cui etiam rurſus apparenti dixit: *Semini tuo dabo terram hanc. Qui aedificavit altare domino, qui apparuit ei. Et ipſe*, ut in libro Geneſeos legitur, *inde transgrediens ad montem, qui erat contra orientem Bethel, tetendit tabernaculum suum, ab occidente habens Bethel, & ab oriente Hai. Aedificavit quoque ibi altare domino, & invocavit nomen ejus.* Item poſt panca in eodem libro: *Dixit dominus ad Abraham poſtquam diviſus eſt Lath ab eo: Leva oculos tuos, & vide a loco in quo nunc es, ad aquilonem & meridiem, ad orientem & occidentem; omnem terram, quam videris tibi dabo & ſemini tuo in ſempiternum: faciamque ſemen tuum ſicut pulverem terræ. Si quis potuit hominum numerare pulverem terræ, & semen tuum numerare poterit. Surge & perambula terram in longitudine & latitudine ejus: quia tibi daturus ſum eam. Movens igitur Abraham tabernaculum ſuum, venit & habitavit juxta convallem Mambre, quæ eſt in Hebron: aedificavit quoque ibi altare domino.* Perpendendum itaque eſt, quamve fidei, quantæve devotionis vir iſte ſanctus fuerit, qui pro eo quod Deo credidit, eique altaria erexit, cultumque ejus veneranda didexit, & a Deo benedicti, ſemenque ſuum propagari ac multiplicari, eique ampliſſima regna terræ dari, ac hoſtibus ſuis triumphum ibi praeberi, nec non & in loco ſemine ejus oriturum Chriſtum, gentes, quæ nos ſumus, benedici, & ulla, quæ enumerare longum eſt, beneficia promereri nunciati.

A

B

C

D

E

Gen. 12.

Gen. 13.

XVII.

Quod ſi Abraham pro eo quod Dei altaria erexit, cultumque ejus veneratus eſt, tot a Deo meritorum praerogativa donatus, doluerunt ſanctum, quin altarium ſanctorum eversores & facratorum rerum, quibus in eiſdem altaribus Deo famulandum eſt, ſubreptores damnentur. Reverſo igitur eodem Abraham a cede regum, quos Deo fecum pugnante ſuperaverat, & egreſſo ibi obviam rege Sodomorum, ita de illo in eodem ſequitur libro: *At vero Melchiſedechrex Salem pro- Gen. 14. ferens panem & vinum, (erat enim ſacerdos Dei altiſſimi) benedixit ei, & ait: Benedictus Abram Deo excelſo, qui creavit coelum & terram; & benedictus Deus excelſus, qui protegente hoſtes in manibus tuis ſunt. Es dedit ei decimas ex omnibus.*

XVIII.

Quod Melchiſedech ſacerdos Dei altiſſimi typum geſſerit Chriſti, non ſolum ſenſit eccleſia. Quod ei Abraham decimas ex omnibus dedit, ipſa illo Abrahæ ingentia commendantur praeconia. Quem imitantur qui ſacerdotibus Chriſti ob illius amorem & honorem decimas dant: & ab illius meritо ſequeſtrantur, qui Deo oblatas decimas aufeunt.

XIX.

Videamus itaque ſequentia, quibus fides & devotio Abrahæ quodam admirabili modo incrementum: qui adeo erga divinum cultum tremoque Dei ſtudioſus exſtitit, & accendendo flagravit, ut jubente dominо non ſolum jam altare in honorem Dei conſtruxerit, ſed etiam in eo unigenitum filium ſuum immolare paratus fuerit. Et quod ne filium immolaret angelus eſt inhibuit, ariecem tamen in holocauſtum Deo pro filio obtulit: & propterea audire meruit, ſicut in ſuperiori libro legitur: *Quoniam fecisti verbum hoc, & non pepercisti unigenito filio tuo propter me; benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas coeli*, & cetera quae ſequuntur. Perſpicuum quippe eſt, & valde mirandum, quia quanto ſerventior circa Dei cultum mens Abrahæ fuit, tanto amplius uberiuſque divina beneficia, & praeſentia & futura, ſibi pollicere audivit.

Gen. 22.

XX.

Unde datur intelligi quod amatores, & exaltatores, ac ditatores, live etiam veneratores divini cultus, a domino & in praeſenti ſaeculo defendi & exaltari, & in futuro mercede aeterna meneratur donari: & qui ſecus agunt, aut egeſtate, infernalibus cruciatibus manciparі. Deus itaque, ſicut jam ſupra dictum eſt, ſi ea quae dediſt ſibi ſuisque ſacratis locis jubet offerri, & ea quidam auferre non pertimeſcunt; quid facerent, rogo a ſi Deus illis aut ſemetipſos, aut filios eorum ibi in

ANNO CHRISTI 836.

in holocauſtum juberet offerri? Certe credendum eſt, quod ficus in auferendis ſacratis rebus Deo inobedientes exiſtunt, ita nihilominus in offerendamen in perſonis exiſtunt, aut filiis, inobedientes exiſterent.

XXI.

Audiamus etiam quid Iſaac patriarcha fecerit, de quo ita in memorato habetur libro: *Aſſendit ex illa loco in Beſabee, ubi apparuit ei Deus in ſpecie nocte dieni: Ego ſum Deus Abrahæ patris tui. Noli timere, quia ego tecum ſum, & benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum propter ſervum meum Abraham. Itaque aedificavit altare, & invocato nomine domini extendit tabernaculum.* Attende quod Iſaac Deus apparet, & ne memoere debeat, admonere, eique benedicere, ac ſemen ſuum ſe multiplicaturum polliceri dignatus eſt: eique ſe Deum Abrahæ oſtenderit, tabernaculumque extenderit. Et perpende, quod pro Dei beneficiis, quibus largiente ejus clementia, immenſis ſe negotiis obtentum habet mortaliate utimur, potius debeamus divinum cultum adiuſtar Iſaac, & ceterorum ſanctorum patriarcharum, in altaribus erigendis & oblationibus ſuis illibatas ſtudiosius obtendi honorare, quam his abſtractis, noſtroque libitu uteretes quodammodo dehonorare.

Videamus praeterea quomodo religio, de qua agitur, in Jacob patriarcha amplius exuberaverit, de quo ita in eodem libro legitur: *Igitur profectus Jacob de Bersabee pergebat Haran: cumque veniſſet ad quemdam locum, & voluiſſet in eo requieſcere poſt ſolis occubitum, tulit de lapidibus quicubierant, & ſupponens capiti ſuo, dormivit in eodem loco. Videtque in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens coelum, angelos quoque Dei aſcendentes & deſcendentes per eam, & dominum innixum ſcalae dicentem ſibi: Ego ſum dominus Deus Abrahæ patris tui, & Deus Iſaac: terram in qua dormis, tibi dabo, & ſemini tuo. Eritque ſemen tuum ſicut pulvis terræ. Dilataberis ad occidentem, & orientem, & ſeptentrionem, & meridiem: & benedicentur in te & in ſemine tuo cuncta tribus terræ: & ero cuſtos tuus, quocumque perrexeris, & reducam te in terram hanc, nec dimittam, niſi compleverо in universa quae dixi. Cumque evigilaſſet Jacob de ſomno, ait: Vere dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam. Pavensque: Quam terribilis, inquit, eſt locus iſte: Non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta coeli. Surgens vero mane, tulit lapidem quem ſupposuerat capiti ſuo, & erexit eum in titulum, fundens oleum deſuper. Appellavitque nomen urbis Bethel, quæ prius Luza vocabatur. Vovit etiam votum, dicens: Si fuerit Deus mecum, & cuſtodierit me in via per quam ambulo, & dederit mihi panem ad veſtendum, & veſtimentum ad indiendum, reverſuſque fuero proſpere ad domum patris mei, erit mihi dominus in Deum, & lapis iſte quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei: cunctorumque quae dederis mihi decimas offeram tibi. Item poſt pauca: Transivitque in Salem urbem Sichimorum, quæ eſt in terra Chanaan, poſtquam reverſus eſt Jacob de Meſopotamia Syriæ, & habitavit juxta oppidum, emitque partem agri, in qua fixerat tabernaculum, a filiis Emor patris Sichem, centum agnis: & erecto ibi altari, invocavit ſuper illud fortiſſimum Deum Iſrael. Item poſt pauca: Ingressa Sichimorum Dei Jacob: Surge & aſcende Bethel, & habita ibi, fac que altare Deo, qui apparuit tibi quando fugiebas Esau fratrem tuum. Jacob vero convocata omni domo ſua ait: Abjicite*

A

B

C

D

E

Gen. 26.

Gen. 28.

Gen. 33.

Gen. 35.

deos alienos, qui in medio veſtri ſunt, & mundamini, ac mutate veſtimenta veſtra. Surgite, & ascendamus in Bethel, ut faciamus ibi altare Deo, qui exaudivit me in die tribulationis meæ, & fuit ſocius itineris mei. Et infra: *Venit Jacob Luzam, hiemque ibi in terra Chanaan, cognomento Bethel: ipſe & omnis populus cum eo. Aedificavitque ibi altare, & appellavit nomen loci illius, Domus Dei. Ibi enim apparuit ei Deus, cum fugeret fratrem ſuum.* Item infra: *Apparuit autem Deus iterum Jacob, poſtquam reverſus eſt de Meſopotamia Syriæ, benedixitque ei, dicens: Non vocaberis ultra Jacob, ſed Iſrael erit nomen tuum: & appellavit eum Iſrael, dicitque ei: Ego Deus omnipotens, crece & multiplicare, gentes & populi nationum erunt ex te, reges de lumbis tuis egredientur. Terramque quam dedi Abrahæ & Iſaac, dabo tibi & ſemini tuo poſt te.* Et poſt: *Et ille erexit titulum lapideum in loco, qua locutus ei fuerat Deus, libans ſuper eum libamina, & effundens oleum, invocavitque nomen loci illius Bethel.* Item poſt multa: *Profectus eſt Iſrael cum omnibus quæ Gen. 46. habebat, & venit ad Puteum juramenti. Et mactatis ibi victimis Deo patri ſuo Iſaac, audivit eum per viſionem nocte vocantem ſe, & dicentem: Jacob, Jacob. Cui reſpondit: Ecce adſum. Ait illi Deus: Ego ſum fortiſſimus Deus patris tui, noli timere, deſcendere in Aegyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi. Ego deſcendam tecum illuc, & ego adducam te inde reverentem.*

XXIII.

Ecce quomodo major in me Jacob divini cultus amplificatio facta eſt, qui non ſolum altaria erexit, ollem deſuper fudit, victimas obtulit, & Deo, ſi proprere ad propria illum redire feciſſet, de omnibus quae illi dediſſet decimas & holocauſtas illi daturum promiſit, locumque, ubi in ſomnis ſcalam pertingentem ulque ad coelos, angelosque per eam deſcendentes & aſcendentes, & dominum innixum ſcalae vidit terribilem, & vere domum Dei ac portam coeli eſſe dixit.

XXIV.

Unde hodie quoque Chriſtiana religio, exemplum ſumens ex antiqua patrum tradition, dominos in honorem Dei aedificat ac dedicat, & altaria erigit, & ſacrificia offerre, & ſacrificium ſanctificatum perungit ea, & de factis dictisque quibus Jacob melodium Chriſto canit, & a fidelibus oblationes & mota, & preciolarum diverſitatum munera, ad decorem & honorem divini cultus, ſacerdotum, ceterorumque miniſtrorum Chriſti uſus, pauperumque receptionem ac recreationem, ſuſcipit domus: Qui autem hujuſcemodi donaria ad injuriam Dei omnipotentis, templorumque ſanctorum ſuorum delinorationem & humiliationem, ſacerdotumque Dei veneracionem autore praſumit, reatu indiſcriminis & damnationis, ut perpendat ſalubriter admonemus. Quoniam, ſient verbis ejuſdem patriarchæ Jacob aperte demonſtratur, cunctа Deo dicata tempia, & terribilia ſunt, & Dei habitacula, & vere domus Dei ſunt, & portæ coeli. Paveat ergo adioſtar Jacob humana praſumptio, ne quodammodo de tam terribilibus & ſacratis locis violandis ſibi proveniat damnatio.

XXV.

lente pingi juſſit, ac farta tecta ejus noviter re-
ſtauravit. Ubi & obtulit veſtes de miſilo qua-
tuor. Similiter & vela quatuor. Ipſe vero al-
miſcus & beatiſſimus papa ſcholam cantorum,
que priden orphanotrophium vocabatur, & pre
nimia vetuſtate pene in ruinam poſita auque
corrucrata videretur, Dei annuente clementia,
a fundamentis in meliorem quam olim fuerat
ſtatum noviter reſtituere. Nam & baſilicam
beati Romani martyris, que non longe ab ur-
be foris portam Salariam ſita eſt, a fundamen-
tis perfecit, quam etiam titulo ſanctorum Sil-
veſtri & Martini conſignum eſſe decrevit. Fecit Sanctis Theo-
autem & baſilicam ſancti Theodori martyris, dori.
que in Coranis videtur ſtipes poſita, millia-
rio ab urbe Roma octavo, quam etiam lapi-
dide pidturis fulgentibus decoravit.

Fecit autem in baſilica beati Petri apoſtoli ve-
ſtem de chryſoclavo habentem in medio falva-
toris effigiem, & dextra lævaque ejus omnium
ſanctorum apoſtolorum rutilantes figuras, quam
etiam preciofiſſimis gemmis prafinis & hyacin-
thinis peroravit. Hic igitur lumine opere con-
ſummato, ipſe a Deo protectus & beatiſſimus
papa, pia devotione ſolicitus pro deſiderabili
directione ſanctorum Silveſtri & Martini, ec-
cleſiam, que ſancto ſorum in nomini con-
ſecrata, quam ab exordio facerdotii ſui, oliqe-
quo ad pontificatus culmen deductus eſt, fre-
nue gubernavit, & per oſtium tempora directa
vetuſtate marcuerat, ruiniſque conſtructa diutina
antiquitate lacerata manebat, Dei annuente cle-
mentia, in meliorem polerioremque ſtatum a
fundamentis perfecit. Abſidem quoque ipſius,
aureis molivo perfuſis coloribus, ingenti amore
depinxit. Et ad honorem omnipotentis Dei, ejuſ-
demque beatiſſimi Silveſtri pontifici corpus cum
beatiſſimo Fabiano atque Stephano, & Sotere
martyribus ac pontificibus, ſimulque Afterio mar-
Concil. General. Tom. IX.

Beati Ma-
tiæ.

Sancti ar-
changeli.
" fuit,
Gargani

Pitius &
burgis.

Sancti Ro-
mani.

Sancti Pauli.

Sancti Sil-
veſtri &
Martini.

Ludovicus
Augustus
Imperator.

Constantiniana
Basilica.

A tyre cum faceratiſſimis filiis ejus, ſanctoque Cyria-
co, & Mauro, Largo, & Smaragdo, atque
Anaſtaſio, & Innocentio pontificibus, una cum
ſancto Quirino, ac Leone epiſcopis, pariter Ar-
temio, Nicandro, & Creſcentiano martyribus,
cum quibus beata Soteris, atque Paulina, nec
non Memmia, Juliana, & Quirilla, Theopiſte,
& Sophia virginibus atque martyribus, & beata
Cyriaca vidua cum aliis multis, quorum nomina
Deo ſoli ſunt cognita, utroque ſub ſacro altari
deſtinas collocavit.

His igitur magnifice peractis, gratanti animo
nunteque ſolicita obtulit in eadem eccleſia ſita pe-
renniter permanenda; regnum aureum valde pre-
cioſiſſimum cum gemmis pretioſis, & hyacinthi-
nis, & albis, quod nuncupaſue ſuper altare cerni-
tur pendens, habens in medio eiuſem de ſuro pu-
riſſimo cum gemmis fulgitter preciolis. Item ga-
baſhas ex argento puriſſimo auroque perfuſas qua-
tuor, pendentes ante veſtibulum facri altaris, at-
que gabathas interraſſet deauratas cum bullis dua-
bus. Crucem auream cum gemmis valde optimis
duabus. Et aliam ſimiliter crucem de argento
unam. Obtulit in eadem baſilica thymiamaterio
argento fuperindutis roſtor tria, patenas de argen-
to puriſſimo, ac deauratas duas. Calatorium de
argento quo in facro utantur officio, deauratum
unum. Regnum de argento cum tintinnabulis,
habens in medio crucem cum cruce, unum.

Hic beatiſſimus papa ſuperno amore exarde-
ſcens, obtulit ubi ſupra aquamanilia de argento
puris tria. Item ſecretaria de argento duo. Co-
nas majores de argento quatuor cum delphinis
penſantes libras ..... Calices de argento majores
pariter ac deauratos duos. Patenam de argento
majorem auroque perfuſum, habentem in medio
effigiem domini noſtri Jeſu Chriſti. Ceroſtrata de-
ſuper argentata paria tria. Canifira de argento
tria. Patenas cum calice deauratas unam. Scy-
phum argenteum unum penſantem libras .....

Obtulit vero ad honorem ipſius venerande ba-
ſilicæ cenſuales ſuos omnes ſub deſcriptione: rogas fa-
militer de antichaco paria ſex. Feci autem hic
præclaras ad gloriam atque honorem ſanctorum
confeſſorum, de quibus ſuperius mentionem fe-
cimus, chlamydem ex argento puriſſimo penſans li-
bras .....

Nam & confeſſionem facri altaris argenteis ta-
bulis, auroque perfuſis penſantem libras ..... ena-
gnifice ornavit, ut per ſacras corum interceſſiones
æthereirregni gaudia poſſiderent.

Hic miſericordiſſimus & benignifſimus antiſtes
obtulit ubi ſupra imagines de argento auroque per-
fuſas tres, quarum una habet effigiem domini noſ-
tri Jeſu Chriſti. Alie vero due ſanctorum Silve-
ſtri & Martini, " ſedentes ſuper veſtibulum facri " ſedentes.
altaris.

Obtulit vero in jam ſuperius dicta baſilica ve-
ſtem de chryſoclavo habentem hiſtoriam refure-
ctionis domini noſtri Jeſu Chriſti, cum gemmis
prafinis, hyacinthinis, & albis: fecit etiam &
aliam veſtem de fundato valde preciolam cum chry-
ſoclavo habentem in medio effigiem ſalvatoris
domini noſtri Jeſu Chriſti dextra lævaque ejus ef-
figies ſanctorum Silveſtri ac Martini. Similiter
cum gemmis prafinis, hyacinthinis & albis. Im-
mo vero obtulit ſanctiſſimus præſul cortinas Ale-
xandrinas precioliſſimo opere contextas tres. Vela
de fendato ornata in circuitu de blattin, que pen-
dent in arcu ipſius baſilicæ viginti quatuor. Vela
alia de fundato cum periclyſi de blattin quinde-
cim. Vela alia holoſerica, ex quibus facrum cir-

B r cum-

cumdatur altâre, quatuor; unum ex eis habens in A
medio crucem & gammadias de chrysoclavo, & alia ornamenta ibi circitèr de blattio.

Hæc infrigidis & bestiffimus papa divina inspiratione protectus juxta fatus spiritus basilicæ ad laudem creatoris monasterium in honore beati Petri ac Pauli apostolorum Sergii & Bacchi, sanctorumque Silvestri & Martini a fundamentis construxit. In quo monachorum Deo servientium congregationem pro quotidianis laudibus in præsidia ecclesiæ die noctuque domino Deo nostro deprecantes constituit.

Qui hæc illustrans pontifex, postquam sedem Romanam & apostolicam annis tribus gloriosissime rexit, hæc luce subtractus ad æternam migravit requiem. Fecit autem commutationem unam in mense Martio, presbyteros octo, diaconos tres, episcopos per diversa loca numero viginti & tres. Sepultus vero est in basilica beati Petri apostoli.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Sergius II. quanto fuerit gestus.

a *Sergius.*] Post obitum Gregorii IV. *Joannes diaconus* fuit violenter intrusus in cathedram: sed cum schismaticum ab ea legatione depulissent, consensu omnium creatus est *Sergius* qui tamen secundus, quarto Idus Februarii, anno domini 844. Nomen quod habuit ante pontificatum nequaquam, ut fabulantur recentiores historici, immutavit. Accidit in Sergio eodem, quod per calumniam hujus pontifici impingunt. Hic enim vocabatur Petrum, & perperam Sergium II. nominavit; non ab aliquam nominis usurpandorum, sed reverentiæ causa. Posthac enim indignum se ratus illo nomine, quo Christus primum apostolicæ sedis pontificem præcipue exaltaverat ex Simone Petrum nuncupavit. Primus quoque Romanus appellationem illa nomen nuncupavit quidem Octavianus Alberici patricii filius, qui vocatus est Joannes XII. ac infra 1 annos sedit non quos annos ignorant. Unde commentum esse puto, quod Sergius quartum annum illibatis, Sergius prius Os porci appellatum, ab omnibus turpissimum primum se aliter appellari voluit, nonnunquam simul impossibile. Neque tamen putabat contra admissa illa nomenclatorum scriptorum, genus celebrata victoria contra sarracenos & impiissimos Saracenos, infausti tribunum exigentes, obtentu auxilio sancti Jacobi, qui omnibus peregrinis, ut regi per visionem præcipitus erat, suæ aciem adversus barbaros dimicare eft visus.

Quare Ludovicus dicatur *Sancti Ludovici* apud Sanctum Dionysium.

b *Ludovicum Imperatorem cum filio Ludovico Romam mittit.* Quo de casu infra. Ludovicus Pius. Addit Vionnetus ad anno 844. hos verbis concepta: *Ludovicus filium suum Ludovicum, quem in Italia regem fecerat, ac imperatorem nominari fecerat, per Dragonem Romam mittit. Cui Sergius jam tunc pontifex coronam imposuit, & acclamante militantis populo, imperator & Augustus eft salutatus.* Ita quidem impudentia Sigeberti fabulamini relinquatur, dum in gratiam imperatori fabulantur, eum iisdem, per libitu animi sui, scribit Ludovicum a Lotharii Romam missum facile ad confirmandum electionem pontificis Sergii.

c *Ludovicum alios familia pervenisse, regali coronandi corona, rogantem Leogabardi præfecti.*] *Ludovicum* non regem Longobardorum, sed imperatorem Romæ creatum & coronatum esse, plurium monumentis testatur erudita. Hoc unicum commentitium, an prorsus coronam imperii Sergius, vel potius Leo IV. impofuerit. Leo Ostiensis in chronico, Anno Viennensis Leo hæresiarcha, & diplomata quædam apud Sigonium de regno Italiæ libro primo, annum primum Ludovici imperatoris referunt ad compotum Sergii papæ, & ad annum domini 844. Adi vero Romanenses fastos, ubi Sergius imperii Ludovici refinare ad annum secundum Leonis IV. qui eft redemptionis nostræ 848. Idque ideo quod allegatis acta concilii Romani quintus annus imperatoris computetur cum anno feptimo Leonis quarti, & 851. Christi Redemptoris. In re minis subita pericium minus infpendo. De epitaphio Sergii papæ pubblicis rectus inveniri vide annales cardinalis Baronii anno 847. numero tertio.

EPISTOLA SERGII PAPÆ II.

AD EPISCOPOS TRANSALPINOS

De prælatione Drogonis vicarii sedis apostolicæ.

OPtaverum equidem, fratres carissimi, tam gloriosi certaminis nostrum exhortationem exhibere præsentium, & pro recuperanda tam excellentis ordinis gloria modis omnibus deludere, sed quia nos cunctorum solicitudo angit ecclesiarum, ubi ipsi esse non possumus, more præcedentium nostrorum modernitatis nostræ vicarios damus. Ad notitiæ igitur humilitatis vicem, cunctis provinciis tratis Alpium constitutis, Drogonem archiepiscopum Metensem, glorioso quondam Carolo imperatoris filium, cujus beatissimi moderatoris indultitia Rounonorum Francorumque concorporavit imperium, cunta deliberatione consultimus. Ut quia ferentissimi atque pissimi filii nostri magni imperatoris Hlotharii, ejusque fratrum dilectissimorum filiorum nostrorum Hludovici & Caroli regum avunculus eft, insuper sanctitate doctrinaque conspicuus, ab hac sede sanctissima apostolorum principis auctoritate perceptâ, a vestris necessitatibus vice nostra idoneus ubique maneliter exultat. Et ejus omnium vestrorum solicitudinem illi gerere præcipimus, omnium volumus obedientia comitari. Dicet hæc, fratres, ut qui pro omnibus laborat, cunctorum subdolo fulciatur. Huic ergo in congregandis generalibus fynodis, in omnibus fupradictarum ecclesiarum patribus nostram commodamus auctoritatem; & quidquid provincialis fynodo fuerit definitum, ad ejus absque dilatione fatisfactionis notitiam perducendum. Si cui autem ab illis partibus hanc sanctam sedem appellare opus fuerit, & in nostra audientia fe audiri poposcerit, hunc commonemus, ut ad ejus primum accedat tribunal. Si nominati, & excellentissimi gottorum in fua regione rationabili diligentione prolata, si quis difficiliorem se eo, qui forte contentibus imperitior, fecundata diiordarverit, ut ab aliis reus, innocens judicetur ab aliis; tunc ipse gellis sæ nos delatis, literis etiam præfati fratris nostri, cui vicem nostram concedimus, commendatus, five ad nos, five ad beatissimi Petri sedem fecurus accedat, nullaque eum in veniendo mora præpolitat. Quam etiam conditio fratri nostro Drogoni archiepiscopo in examinatis ac perquirendis epifcopis & abbatibus fub hoc tenore hanc nostram licentiam & auctoritatem concedimus, falvo in omnibus hujus universalis Romanæ sedis primatu, nobisque pariter hoc honore, vigoreque & exaltatione cartiffimi ac fpiritalis filii nostri domni Hlotharii magni imperatoris. Nam nobis valde placuit, propter diversas ecclesiarum Dei perturbationes, hoc necessarium fatisque dignum opus explere. Si vero hæc admonitione contempta, fola impudentiæ fe, feminibus exundans exiftimaverit, noverit a nostra manfuetudine nequaquam fe temerariam absolutionem adepturam, nisi primum provinciali fynodo, & poftmodum generali, præfixi fanctæ nostri autoritatem fuerit affo venitata. Illic enim cautela fubtilius examinatur, ubi perperata dignoscitur. Tamen fi fe ad nos venire poposcerit, ut ante præditimus, non teneatur. Si autem vel loi metropolitani provinciarum fynodum evocatus adire noluerit, vel ad generalem præfixi vicarii legatique nostri conventum venire contemperit, cum hæc nostris apostoliciis auribus per fuas litteras

A lo, veritatem fabulentis, quæ ubique refragationis diversitatio vera propolitorum, dicens: *Brati Matth. 5.7 pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* At contra qui bella volunt, quia diaboli filii fint palam dare intelligi. Sed nos in eo qui vincit mundum, beato Petro apostolo interdicente confidimus, quod nullo typho fæculario audacie vestra fuccumbit auctoritas: tamen eft ad tempus præterlatæ, quia in æternum damnabuntur ambignum non eft. Vos autem eft perfecutionem patiminil propter juftitiam, beati. Deus vos incolumes custodiat, fratres. Amen.

B NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 *Epistola Sergii papæ.*] Ut Sergio II. adscribatur, cui eum antiquitus fuisse nomen Petrum Hieronymi qui Dragonem a Sergio patriarchatum item obtenuisse scribit epistola IV. Adriani ipsum anno DCCCXLIV. sanctissimo sine ex cap. 11. Synodi Venetiæ.

ANNO CHRISTI 844. ANNO CHRISTI 844.

CONCILIUM AD THEODONIS VILLAM.

CAPITULA QUÆ ACTA SUNT

In fynodo fecus Theudonis Villam habita, in loco qui dicitur Judicium, quando tres fratres gloriosi principes, Hlotharius videlicet, Hludovicus, & Carolus simul convenerunt, anno v. regni Caroli: cui fynodo Drogo Metensis epiſcopus præſedit conſenſu eorumdem regum: quæ & ipſi principes — ante ſe fideliſque eorum relecta capitula approbaverunt, & ſe eadem ſervaturos auxiliante domino promiſerunt menſe Octobri, indictione " VIII. (1)

C

* Simile leg. VIII. decisionum in formula de excommunicatione Papiensi. Ex P. Simmondi.

TITULI CAPITULORUM.

1. *De principes mutuam ſe caritatem & concordiam habere ſtudeant.*
"2. *Ut epiſcopi ordinentur in viduatis ſedibus, & ſua recipiant quæ his primum fuit.*
3. *Ut monaſteria laicis conceſſa, reſtituti deinceps viris ſeu feminis committantur.*
4. *De rebus eccleſiaſticis non permutandis, præter ſubſidium regni, exinde ſervitur reipublicæ.*
5. *De incenſum religioſorum, que laici teneant, cum interim & providentiam gerant epiſcopi.*
6. *Ut ordo eccleſiaſticus antiquum vigorem recipiat, judicium & juſtitia omnibus reddatur, & pœnitentia de præteritis agatur.*

D

PRÆFATIO.

NAvis ſanctæ eccleſiæ ab exordio ſuo variis ſæpe perturbationibus merſa, ſed excitato fidelium precibus gubernatore ſuo Chriſto nunquam eſt ufquequaque demerſa. Quæ quondam etiam ut nunc videtur patre collapſa, progenitorum vertebrum ſtudio & devotione eſt ſuſcitata. De Deo juxta modum divinitus conceſſum recuperata. Unde immenſas deimo Deo noſtro laudes referimus, qui & corda veſtra ad intentionem ſimilem excitavit, & poſt veſtigia patrum veſtrorum, quibus per temporale regnum E ad æternum proventitis, te velle docuit & inſpiravit. Veſtre nihilo minus nobiliſſime dominationi multimodas gratiarum actiones re-

(1) Lubbeus propterea hic in margine ſcribit, loco Indictionis VII. Conſentibus poſſunt eruipe a kalendis Septembris hujus Chriſti anni inchoare; nos eum annodomorum, Carolum Calvo plerumque adhibuiſſe indicionem a die Natali Chriſti inchoatam. Pagius ad ann. Chr. 844. n. 14.

ANNO CHRISTI 844.

pram, & prædecessorum vestrorum multo A
labore redintegratam ac adauctam atque gu-
bernatam, vestra discordia esse dilcidium &
perturbatam atque affectam : videtur nobis,
fide in præsenti feliciter regnare, & in futuro
cupitis esse salvi, & ab hac eadem ecclesia vo-
bis ad gubernandum commissa, pro qua ex
ministerio regali reddituri estis regi regum ra-
tionem in die judicii, eam multiplices ac per-
niciosas corruptionis pestilentias vultis amo-
vere, & vigorem regium ac seniorale, & su-
per vestros, & super inpugnantes exercitare
vestram optatis habere, caritatem illam, quam
1. Tim. 1. apostolus docuit, *de corde puro, & conscientia*
bona, & fide non ficta, inter vos fiudete habe-
re, & quia fic habeatis, & fidelibus & infi-
delibus vestris omni virtute & puritate curate
Joan. 13. manifestare, ficut dominus docuit, dicens:
In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si
dilectionem habueritis adinvicem. Quæ non tan-
tum verbo & lingua, fed potius remoto quo-
libet modo omni occulta nocendi machinatio-
ne, aut, quod absit, aliena a caritate aper-
ta inpugnatione, quocumque quis indiget,
pro viribus vero confilio & prompto auxilio
ab altero adjuvetur, quoniam scriptum est:
Prov. 18. *Frater qui adjuvatur a fratre, quasi civitas fir-*
ma. Et ita in populum vobis commendatum,
pro ista quæ hactenus operante per membra
sua diabolo versata est discordia, pacem il-
lum disseminare, quam Christus in cælum a-
Joan. 14. scendens fidelibus suis munere magno reliquit,
dicens: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do*
vobis, sine qua nemo videbit Deum.

II.

Quia bene nostis ab illo qui solus meritò &
rex & sacerdos fieri potuit, ita ecclesiam di-
spositam esse, ut pontificali auctoritate & re-
gali poteftate gubernetur, & scriptum esse li-
Prov. 11. quido perviderit: *Ubi non est gubernator, po-*
pulus corruit, & tanto periculosius, quanto
anima plus est preciosa quam corpus. Canon-
num etiam irrefragabilis auctoritas super epi-
scoporum ordinatione, & in populi ad cultu-
diendum suscepti vigilantia, se fedium fua-
rum tenaci stabilitate evidentissime præcipiat:
ferventissime Dei legatione fungentes monc-
mus, ut sedes quæ vestra discordia ulteriùs
nec nominanda sine facro episcopali ministe-
rio, & sine episcopis viduatæ manent, fub-
nora fundigis pestè simonicæ hæreseos, sine
dilatione, juxta auctoritatem canonicam, aut
epiícopos a Deo datos, & a vobis regulariter
desiguatos, & gratia sancti Spiritus confecra-
tos accipiant: aut quæ fuis epiícopis quacun-
que occasione privatæ sunt, canonice eos fine
ullique exculatione aut raditate recipiant.

III.

Nullum quoque monasticum ordinem a Deo
inspiratum, & ab ipsis apostolis fundatum,
seu a nominatissimis ac sanctissimis patribus ex-

ANNO CHRISTI 844.

cultum, atque per istud imperium a vestris B
piæ memoriæ prædecessoribus propagatum, &
quædam etiam loca specialius venerabilia,
contra omnem auctoritatem & rationem, ac
parum vestrorum, seu regum prædecessorum
consuetudinem, laicorum curæ & potestati,
in maximo vestro periculo, & illorum perdi-
tione, & Dei ac sanctorum non modica ad ira-
scendum provocatione, vos commisisse dole-
mus. Quapropter pro Christo devotissime
obtestamur, ut tam magnum offensum & ju-
stam reprehensionem, atque periculosam sine
exemplo prædecessorum præsumptionem, ab
animibus vestris, & a felicitate regni vestri
pellatis, & loca venerabilia, & habitum ac
ordinem sacrum, eis qui ad hoc vocari sunt,
viris scilicet ex clericali & ecclesiastico vel mo-
nastico ordine religiosis, seu & in suo fexu fe-
mineis Deo dicatis atque devotis, & in ecclesia
Christi eruditis, ad custodiendum & provi-
dendum committatis, qui & quæ Dei sunt
Deo, & quæ sunt Cæsaris Cæsari reddant.
Qui si minus perfecte & in divina religione,
& in reipublicæ utilitate profecerint, aut cor-
ripiantur, aut meliores & utiliores in loco eo-
rum substituantur; & non propter pravorum
nequitiam ordo religionis, & loca sacratissi-
ma eis quibus licitum non est committantur:
cum manifestissime scriptura demonster Ozam
mortè damnatum, qui arcam domini quasi
cadentem relevare voluit, quam vel contin-
gere illicitum ei fuit.

IV.

Occasionem etiam & fomitem, unde ordo
ecclesiasticus, & canonica forma, atque mo-
nastica religio, sæpe a longe superato tem-
pore, cum minus religiosos principes habuit, D
titubavit, & pene collabens deperiit, & ite-
rum, cum devotos & in Dei zelo ferventes
principes accipere meruit, resurrectione qua-
dam revixit, & vigorem recepit, atque sui
proceffus tempore ambulavit, (quod non sine
gravi dolore, & meus ultionis divinæ time-
mus) in vestri regiminis tempore in dextu-
ctionem, non in ædificationem, sicut Paulus
docuerat, accidisse confpicimus. Quod &
nostris peccatis, qui dispensatores & pastores
ecclesiarum esse debuimus, veraciter imputa-
mus: & eorum, quorum factione res ista adeo
male pullulavit & excrevit, alia prædecessa
peccata hoc merusse pro certo auctoritate di-
vina cognoscimus; ut qui nocebant, sicut
scriptum est, nocerent adhuc, & qui in for-
dibus erant, fordescerent adhuc: unde Deum
gravius ad iracundiam provocarent, & san-
ctos, quos intercessiones suis peccatis habere
debuerant, infensos haberent, & facerdotes
ac viros religiosos, seu Christi pauperes, quos
oratores & reconciliatores sibi de suo promere-
ri necesse fuerat, proclamatores adversum
se fieri irritarent; & ad cumulum fuorum pec-
cato-

ANNO CHRISTI 844.

catorum etiam illa peccata, unde in confes- C
su Dei rationem in die terribilis judicii reddc-
rent, augerent, quæ illi commiserunt, qui
eadem ista peccata per intercessionem fidelis-
marum oblationum deleverunt, quibus ec-
clesiasticarum rerum pervasores inconsulte,
& in periculem sui fine reverentia abiuuntur.
Quod ira verum esse ut dicimus dominus pro-
testatur, dicens: *Peccata populi mei comedunt*.
Peccata enim populi comeduut, qui contra
auctoritatem divinam res ecclesiasticas indo-
bite pervadunt, & nec intercessionis ope, a
nec predicationis consilio, vel quocumque
divino auxilio, pro peccatis eorum qui eas
dederant laborant, nec pio operi, ad quod
fides fidelium eas tradebat, invervire per-
mittuntur. De quo periculoso facto vos Chri-
stianissimi principes, venerabiliter admone-
mus, & devotissime obtestamus, ut memo-
res salutis vestræ, præfensis scilicet & æter-
næ, memores etiam largitatis progenitorum
vestrorum erga sanctas ecclesias, propter
quam feliciter regnaverunt, & sibi contrarios
superaverunt: memores fquidem cum quan-
ta religione, etiam ante Christi sanguinem,
& in tempore famis in Ægypto, discretione C
sancti Joseph apud nefandum regem Pharao-
nem terra sacerdotalis exstit. Innumera quo-
que scripturarum exempla, ut lacte ecclesiæ
nutriti, & scientiæ ipsius sufficienter repleti,
ante oculos reducentes, tunicam Christi, qui
vos elegit & exaltavit, quam nec milites auf
fuerunt scindere, tempore vestro quantocius
reconsuite & refarcite; & nec violenta abla-
tione, nec illicitorum præceptorum confirma-
tione, res ab ecclesiis vobis ad tuendum &
defendendum ac propagandum commissis su-
ferre tentate: sed ut sanctæ memoriæ avus &
pater vester eas gubernandas vobis fautore
Deo dimiserunt, temperate vestro quantocius
reconsuite & refarcite, & nec violenta abla-
tione, nec illicitorum præceptorum confirma-
tione, res ab ecclesiis vobis ad tuendum &
defendendum ac propagandum commissis su-
ferre tentate: sed ut sanctæ memoriæ avus &
pater vester eas gubernandas vobis fautore
Deo dimiserunt, temperate & præcepta
regalia earumdem ecclesiarum confervate ac
confirmate: ne, sicut inventavit * Samuel
propheta ad Roboam filium Salomonis in con-
scissione pallii, præsens regnum, quod ab-
sit, vobis parum labore acquisitum, & he-
reditate relictum, a vobis ipse Christus divi-
dat, & alienatum regnum quod promisit non
tribuat. Nec contra Dei faciem iratas homi-
num facies confidertis: quia si ad tempus illis
displicuerittis, cum vos Deo placebitis, in
vobis ille quod promisit implebit: *Cum pla-*
cuerint, inquiens, domino vie hominis, omnes
inimicos ejus convertet ad pacem. Quod ut com-
modius valeatis implere, unufquisque vir ec-
clesiasticus & intercessionis adjutorium, &
folatii quo res publica indiget subsidium, jux-
ta quantitatem rerum ecclesiæ sibi commissæ,
salvo jure quod exinde divinis dispensationi-
bus debet impendi, prompte & ex animo pa-
rare, & impigre, sicut nompe antecessorum
vestrorum consuevetur, præbere offerre.

a) Pro, *Samuel* — *Roboam* — *Salomonis* — *Ahiam* — *Jeroboam*.

V.

Et qui a sancta ecclesia, in area tritura do- A
minica docta, quædam movit redarguenda,
quædam diffinuilanda, quædam etiam gemen-
da usque ad tempus perferenda, perspexi-
mus, eo ferventiori zelo quo majora corrigen-
da sunt, vestram poteftatem & facerdota-
lis consilii auctoritatem, quædam ad præsens
ex asse non valere corrigere. Et ideo de ca-
nonicorum monasteriis & sanctimonialium,
quæ sub eadem forma vivere dicuntur, con-
fideravimus, ficut apostolus Paulus dicit, fe-
cundum indulgentiam, non fecundum impe-
rium, ut fi propter imminentem reipublicæ
neceffitatem laicis inerim committuntur, epi-
scopi providentia, in cujus parochia confi-
stunt, adjuncto fibi aliquo abbate viro reli-
gioso, fludeatur qualiter reftaurato loco-
rum, & fludium ac custodia officii & religio-
nis, atque subsidium temporalis neceffitatis,
in eisdem locis degentibus, juxta qualitatem
& quantitatem moderationis, adhibeatur &
minifterur. Et qui eadem loca tenuerint, eis
iude, ficut & de aliis Christianæ religionis
negotiis, pro Christi & vestra reverentia obe-
diatur. Quod fi quis non fecerit, provifo-
rum cure erit, ut ad vestram hoc notitiam re-
ferant, & vestra dominatio, fecundum fibi a
Deo commissum minifterium, pro modo cul-
pæ quæ emendanda funt corriget. Per loca
etiam monastica ejusdem ordinis provifores
neceffe erit disponere, cum vestra auctoritas
eos, qui vices Christi fecundum regulam di-
vinitus dictam in monasteriis agant, fludi-
derit ordinare.

VI.

Perimus tandem, ut ordo ecclesiasticus, in D
quibuscumque ei fcripturneceffe rigorem falutis
humanæ exterere, per poteftatem vestram, &
per minifterium minifterorum dominationis
vestræ, fecundum antiquam confuetudinem
fuum vigorem recipiat. Et populi generalitas,
una cum ecclesiastica devotione judicium quod
honor regis diligit, & juftitiam qua thronus
ejus firmatur, per dispofitionem vestram fu-
scipiat, feu admonitione atque consilio facer-
dotali vestra fublimitas, & quifque in quoli-
bet ftatu vel ordine, de rapinis, & ceteris,
quæ discordiæ malo acciderunt, præteritis er-
roribus pœnitudinem gerat, & domini recon-
ciliationem expostulet. Quam facile omnis
qui quæfierit invenit, fi in loco discordiæ
planara fuerit caritas quæ cooperit multitudi-
nem peccatorum: eumque potius quam nos
in consilio non nostro, fed Dei, attendatis
qui dixit: *Qui vos audit me audit, & qui vos* Luc. 10.
spernit me spernit. *Non enim vos estis qui loqui-* Matth. 10.
mini, sed Spiritus patris vestri qui loquitur in
vobis.

ANNO CHRISTI 870.

NOTA JACOBI SIRMONDI S. J.

(a) *Thodonis villam.*] In concilio Meldensi synodus hæc præponitur Lauterensi, prius enim capitula concilii Meldensis, quæ apud Theodonis villam flanta fuerunt, tum quæ apud Lauterum. Conflat autem utramque synodum uno eodem mense habitam, hanc in Cisalpino, illam in Lotharii.

ANNO CHRISTI 870.

CONCILIUM VERNENSE II.

CANONES CONCILII IN VERNO PALATIO HABITA,

Ubi præfedit Ebroinus Pictavorum episcopus, & Vvenilo Senonum archiepiscopus, nec non & Hludovicus sancti Dionysii abbas, & Hincmarus post Rhemorum episcopus, anno v. regni domini nostri Caroli filii Hludovici imperatoris mense Decembrio, indictione VII. (a)

[a] legendum est VIII. alias deficit mam.

TITULI CANONUM.

I. *Ut cultum Dei rex omnibus præferat, & misericordiam cum judicio & justitia conservet.*

II. *Ut mittantur a rege legati, qui fidelium patratores & apostolicæ disciplinæ contemptores corrigant.*

III. *Ut religiosi & idonei viri dirigantur, qui monasteria frementur in quibus collapsa est disciplina.*

IV. *Ut monachi vagi ad sua loca revertantur, & profugi vel ejecti corrigantur. Item de clericis ejectis an sacram deferendus.*

V. *De iis qui sanctimonialibus illicite misscentur.*

VI. *De sponsa ab altero rapta, & de pœna raptoris.*

VII. *De sanctimonialibus quæ religionis causa velatem habitum sumunt, vel crines attondunt.*

VIII. *Ut episcopi qui ad bellum non eunt, homines suos alicui ex fidelibus regis commiterant.*

IX. *Ut Rhemorum ecclesiæ pastore diu destitutæ quamprimum præficiatur episcopus.*

X. *Ut in ecclesia Aurelianensi ratum rex esse permittat ordinationem Agii episcopi.*

XI. *De pralatione Dionysio expetitandum videri episcoporum Galliæ Germaniæque conventum & confensum.*

XII. *Ut exactio restituantur loca & prædia ecclesiastica quæ laici possident.*

PRÆFATIO.

GRatias omnipotenti Deo referimus, incly-te rex Carole, nos episcopi & ceteri fideles, qui ex diversis partibus ad Vernum evocati fumus, quod depofita discordia, unde tot mala processerunt, quæ & enumerare longum est, & declinare adhuc impossibile, reditlis ad pacem cum fratribus vestris, quam & natura vobis & religione debetis. In qua ut semper maneatis per Christum, qui pax nostra est, obtestamur, ut qui maxime ea negligere discordia pene diuplas videris, concordia & Dei adjutorio relevatas cito aspicialis. Credendum est enim Deo, de quo verissime continent literæ: *Parebatem habet excelsa in regno hominum, & cui voluerit dabit illud.* Et qui dignationem mirabili pollicetur: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Ceterum quia eadem Deo inspirante dignati estis jubere, ne de statu ecclesiæ, qui

[a] Constitutionem illorum auctoritate se esse docet Lupus Abbas Ferrariensis in epist. 42. ut observavit Baluzius in Notis ad locum p. 468.

[b] *Ubi quinque Latibeus in margine loco Indictione VIII. perperam dicit legendum esse, Indictione VIII. quia, ut diximus, non observatur; post Ludovici Pii mortem Indictionem Gallicanam apud Francos in usu esse cæpisse. Pagius ad An. Chr. 744. n. 15.*

A memoriæ, quæ apud Theodonis villam flanta fuerunt, tum quæ apud Lauterum. Conflat autem utramque synodum uno eodem mense habitam, hanc in Cisalpino, illam in Lotharii.

B vehementeter magnitudine ac multitudine peccatorum nostrorum confulus eft, tractemus, in nomine & adjutorio ejus, quæ communi deliberatione reperimus, celficudini veftræ, ac populi fidelis devotioni humiliter aperimus. Nequeenim nos juftos approbare contendimus. Confideratione confcientiæ noftræ illud Jeremiæ fuppliciter dicamus. *Mifericordia domini, quia non fumus confumpti, quia non defecerunt miserationes ejus.* Sed ad Deum reverti, & vos nobifcum trahere meditantes officium noftrum exequimur cenfcis acquiefcentibus profuturum. Quippenon vobis noftra, fed illius auctoritate loquimur qui ait: *Qui eft ex Deo, verba Dei audit.* Abfit autem ut in vobis impleatur quod fequitur: *Propterea vos non auditis, quia ex Deo non eftis.*

CANONES.

I.

Itaque vos primo convenimus, ut quia veftra probitas cunctis vobis poteft prodeffe fubjectis, cultum Dei rebus omnibus præferatis. Namque ipfe dicit: *Qui glorificant me, glorificabo eos: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.* Præterea mifericordiam & judicium atque juftitiam confetveris. Scilicet in mifericordia temperet feveritatem poteftatis, judicium compefcat obftinate peccantes, juftitia merentibus digna reftituat. Siquidem, *Beati misericordes, quoniam ipfi misericordiam confequentur:* & *Beati qui cuftodiunt judicium, & faciunt juftitiam in omni tempore:* &, *Honor regis judicium diligit:* &, *Juftitia firmat thronum regis*, fapientiffimi Salomonis, immo per eum loquentis Dei prodit auctoritas. Taliter vobis agentibus, vel incruentam vobis, ut credimus, vel juftam de hoftibus victoriam divina gratia providebit. Exemplo vobis effe poffunt David & Ezechias, qui merito fanctitatis inimicos populi Dei vel pugnando, vel orando, mirabili celeritate vicerunt: fed & dome-

Matth. 5. Psal. 111. Prov. 16. Psal. 98.

II.

Verum ut ad nos epifcopos redeamus, per hanc civilem immo pluíquam civilem difcordiam multa interdum in nobis ipfis, ac aliis nobis commiffis, negleximus, interdum negligere coacti fumus: ita ut omnibus ordinibus religio magnum detrimentum acceperit, & alii quidem per ignorantiam in interitum rendant, alii vero longa lucritia affuefcah impune fe peccare poffe confidant. Tandem igitur ad propriam & ceterorum correctionem converfi, quæfumus ut fcelerum patratores, & apoftolicæ difciplinæ contemptores, miffis a latere veftro probatæ fidei legatis, abfque refpectu perfonarum, & excæcatione munerum coerceantur, & otio nobis quantum poffibile eft conceffo, fermo Dei prædicando fructificet, & canonum reverenda auctoritas debitum in omnibus vigorem obtineat.

Tim. 3.

III.

In locis fanctis, hoc eft monafteriis, aulios ftudio, nonnullos defidia, multos neceffitate victus & veftimenti a fua profeffione deviare comperimus. Quod petimus ut in omnibus parochiis directi a veftra manfuetudine religiofi atque idonei viri cum notitia epifcoporum fcrutentur & corrigant, ac fingulorum locorum ftatum veftræ celfitudini, & noftræ mediocritati, tempore a vobis conftituendo renuntient.

IV.

Monachos, qui cupiditatis caufa vagantur, & fanctæ religionis propofitum impudenter infamant, ad fua loca jubemus reverti, & regulariter abbatum folertia recipi. Eis autem qui poft evidentem profeffionem monachicum etiam habitum reliquerunt, vel qui fua culpa proiciuntur, nifi redire, & quod Deo fponderunt implere conftenuerit, hoc credimus poffe remedio fubveniri, fi in ergaftulis inclufi tamdiu a convettu hominum abftineantur, & pietatis intuitu convenientibus macerentur operibus, donec fanitatem correctionis admittant. Namque illi, qui quondam monachi, poftea relicta fingularitatis libertate, vel ad nuptias devolvuntur, papæ

ANNO CHRISTI 870.

domefticum lumen imperator Carolus, qui nomen quod familiæ veftræ peperit clariffimis actibus adornavit. Nec regni vobis amplitudinem ac foliditatem tanrummodo, verum etiam vobis benegerentibus, poft vitæ hujus excurfum, eadem Dei gratia gloriam largietur æternam, cui rex & prophera fuípirans, *Satiabor*, inquit, *cum apparuerit gloria tua.* Hæc autem veftræ majeftati non temere fuggerimus: quia veftri quoque cura nobis commiffa eft, quorum minifterio per fidem atque baptifma mundati diem tremendi judicii cum ceteris fidelibus expectatis.

Pfal. 16.

V.

Qui fanctimonialibus illicite mifcentur, & facrilega fœdera cum eis faciunt nupciarum, eos Innocentii papæ cenfura a communione jubet fufpendi, & nifi per publicam probatamque pœnitentiam omnino non recipi; aut his certe viaticum de fæculo tranfeuntibus, fi tamen pœnituerint, non negari.

VI.

Ab altero vero defponfata, & ab altero rapta puella, fecundum ftatuta Ancyrani concilii, ei a quo defponfata fuerat, redenda eft, etiamfi vim a raptore pertulerit. De raptore autem id nobis videtur opportunum, ut quoniam eccleſiaſtican excommunicationem parvipendunt, fæcularium legum terreantur auftteritate.

Can. 11.

VII.

Si quæ fanctimoniales caufa religionis, ut eis fallo videtur, vel virilem habitum fumunt, vel crines attondent, quia ignorantia magis quam ftudio eas errare putamus, admonendas caftigandafque decernimus, ne forte veteris ac novi inftrumenti prævaricatrices, juxta Gangrenſem fynodum, feveritate anathematis ab eccleſiæ corpore præcidantur.

Can. 13.

VIII.

Quoniam quofdam epifcoporum ab expeditionis labore corporis defendit imbecillitas, aliis autem veftra indulgentia cunctis optabilum largitur quietem, præcavendum eft urrifque, ne per eorum abfentiam res militaris difpendium patiatur. Itaque fi veftra confenfit fublimitas, homines fuos reipublicæ profitutores cuilibet fidelium veftrorum, quem fibi utilem judicaverint, commitrant, cujus diligentia, ne fe ab officio fubtrahere valeant, obfervetur.

IX.

Ebroinum eccleſiam diu multumque paſtore deſtitutam, imper ſpoliatam rebus, oneratam injuriis, abſque ingenti dolore ſeteri non poſſumus. Et quia veſtram ſublimitatem, & noſtram parvitatem eruere deſideramus periculo, obſecramus ut tam fœde lacerata eccleſia redintegretur, atque juxta venerabilium canonum conſtitutionem dignus ei celerior quæratur epiſcopus: ut clerus & populus tantis arritus & ſpiritalibus & corporalibus incommodis, conſola-

tio-

ANNO CHRISTI 846.

tione recepta, cum suo præsule, pro vestra salute ac prosperitate communi domino studeat supplicare.

X.

Aurelianensis etiam ecclesia confusione maxima nostrum laboravit. Tamen quia superiore anno archiepiscopus Vvenilo, suis annitentibus suffraganeis, ex eodem loco Agium presbyterum palatii vestri memoratæ ecclesiæ ordinavit, probabilium canonicorum ac laicorum attestatione infructus, & petitione impulsus, de eadem ecclesia nostro & vestro vacat periculo; hujus rei alium exitum non videmus, nisi ut vestra pietas quod a tantis viris factum est ratum esse permittat.

XI.

De prælatione reverendissimi Drogonis definire aliud non audemus, nisi expectandum, quam maximus cogi poterit, Galliæ Germaniæque conventum, & in eo meropolitanorum reliquorumque auctoritium inquirendum esse confensum, cui resistere nec volumus, nec valemus. Nobis tamen, si quid tale alicui committi poterit, & non alia, quam quæ præcendrit, latet causa, illi potestmum convenire videtur, qui & communione ecclesiæ nobis, & ecclesiarum vestræ protiquitatis privilegio sociatur.

XII.

Veniemus nunc ad ultimam partem admonitionis nostræ, quam qua intentione fundimus, dederit Deus ut vos ac procures, cetereique fideles, ea devotione fuscipiatis. Videmus enim irati Dei nobis & nostris imminere, cum pro rapinis & immanibus aliis feoleribus, tum etiam maxime quod ecclesiæ facultates, quas reges & reliqui Christiani Deo vovederunt, ad alimentum fervorum Dei & pauperum, ad excepcionem hospitum, redemptionem captivorum, atque templorum Dei instaurationem, nunc in usu secularium detinentur. Hinc multi fervi Dei penuriam cibi & potus ac vestimentorum patiuntur, pauperes consuetam eleemosynam non accipiunt, negliguntur hospites, fraudantur captivi, & fama omnium meritto laceratur. Et quidem, si hæc a paganis paterentur ecclesiæ, patientiam flagitaret. Nunc autem opprefsi a filiis nostris, hoc est ab his, quos vel nos, vel decessores nostri in Christo genuimus, Christianos eos nostro ministerio facientes, nullam patientiæ consolationem recipimus: quoniam de illorum interitu formidamus. Certe, quod nullus quamquam impudentissimus negare audebit, possessio ecclesiæ votum est fidelium, parrimonium pauperum, redemptio animarum. Votum ergo alterius quomodo quisquam Deo audet auferre? Hereditatem pauperum, qua temeritate præsumit invadere? Unde ait suas animas redemerunt, cur inde alii fuas perdunt? Itaque quædam loca venerabilia, quod nunquam antea audirum est, laici ex integro possident, quorundam partem fibi vindicant, quorundam prædia multipliciter divifa in beneficium fibi dari fecerunt. Ægypcii facerdotes, famis neceffitate ceteris cuncta vendentibus, fuas poffeffiones retinuerunt, & falfi dii reverentiam a fuis cultoribus meruerunt, quam in hac parte solus & verus Deus non obtinet. Ora perculfus eft, propterea quod autarcam fublevare præfumpfit, quam tangere nefas erat. Rident hoc aliquis, nisi, quod fummo dolore dicimus, quidam oppreffores ecclesiæ dignum fuis moribus exitum noftro etiam tempore invenerunt. Prophera clamat: *Qui diverrunt: Hereditate poffideamus fanctuarium Dei, Deus meus pone illos ut rotum; & ficut ſtipulam ante faciem venti.* Poftremo ipfe dominus Jefus conditor & redemptor: *Quid profert homo, ſi lucretur univerſum mundum; ſe autem ipſum perdat, & detrimentum ſuæ facies?* Et quifquam tam audax & defperatus inventur, qui poffeffiones Dei ad certiffimam perniciem ſuam occupet & invadat? O fideles Deo & vobis ipfis, nolite pro temporali abundantia divitiarum mereri fempiternam congeriem miferiarum: nec ulterius decus animæ veftræ ram poftifero, tam inaudito, tam denique certo facrilegio polluatis. Reddite Deo ſua, ut veftra cum pace poffideatis, tormenta evadatis æterna, & poftmodum ad gaudium domini noftri ut ſervi fideles intromittamini. Sæculares honores ſeculares poffidcant, eccleſiaſticos eccleſiaſtici fortiantur. Nec nos infatiabilis cupiditatis arguaris, quia, qualefcunque ſimus, vera nos dicere nec ipſi neſciris: & licet pauci, fint tamen aliqui noſtrum Deum timentes, qui juxta illud propheticum exaudiantur: *Voluntatem timentium ſui ſe facies, & deprecationem eorum exaudiet*: quia omnium finis quotidie appropinquat, & quæ videntur temporalia ſunt, quæ autem non videntur æterna. Si volumus evadere præſentes calamitates, & futuras eximere miſerias, in contritione a noſtris pravitatibus ad dominum convertamur, & declinantes a malo faciamus bonum, ut bona domini mereamur videre in terra viventium. Tu autem, clariſſime rex, quia veriſſime ſcripcum eſt: *Corruptores mores bonos colloquia mala*, fuge perverſorum conſortia, & conſilia, nec a te quiſquam petere audeat quod majeſtatem tuam præſtare non deceat. Nec timeas iratos homines, hoc eſt terram & cinerem, amplius quam. Deum qui te creavit, quique in veritate judicabit. Cujus voluntatem ſi perfecte ſecutus fueris, credimus quod quorumlibet hominum te contumacia liberabit, & omnibus angufiis cle-

ANNO CHRISTI 846.

menter eripiet, nec poſt hoc temporale regnum ad perpetuum cumulara felicitate perducet. In fine omnes alloquimur, quod ſi noſtris ſalutaribus acquieveritis conſiliis, veſtro profectui plurimum congratulabimur. Sin autem nos, immo Deum per nos loquentem, contemptoris, neceffitate implendi miniſterii, quod nollemus facere compellemur.

NOTA JACOBI SIRMONDI S. J.

[a] *Conciliam Vernenſe II.* Primum id fuit, quod ſub Pippino rege celebratum vidimus tom. VI. anno 752. Iiberinus Pictaverum epiſcopus, ut apparet ex diplomate Caroli Calvi, quod ſequenti anno datum eſt monaſterio Noſſiacenſi, archiepiſcopatus tuit facti palmi: eaque opinor cauſa eſt, cur præſente archiepiſcopo præſidet hoc coacilio.

ANNO CHRISTI 846.

IIdo CONCILIUM BELVACENSE.

HÆC CAPITULA QUÆ SEQUUNTUR FACTA SUNT

[a] Quidam dicunt Caroli absentia eius, qui ſub initium VIII. menſis dicta ſunt, ſynodi. Sed videntur annotantibus in ſynodi.

In ſynodo habita apud Belvacum civitatem anno DCCCXLVI. menſe Aprilio, anno [a] regni domni Caroli, indictione VII. Quæ collata ſunt inter eumdem principem dominum Carolum & epiſcopos regni ſui: & eadem idem princeps glorioſius Deo teſte ſub fidei ſuæ adſtipulatione ſe ſervaturum promiſit erga omnes eccleſias & epiſcopos regni ſui. Quæ ad vicem omnium epiſcoporum ſui principatus qui erant, quique futuri erant, de manu horum epiſcoporum conſervanda ſuſcepit: id eſt Vvenilonis, Erchanradi, Immonis, Rothadi, Symeonis, Lupi, Ragenarii, Helisæ, Erpoini, Ai, Hincmari presbyteri & vocati archiepiſcopi.

TITULI CAPITULORUM.

I. *Ut conſervetur jus eccleſiaſticum.*
II. *Ut epiſcopi ſine cauſa non dehonorentur.*
III. *Ut res eccleſiæ ablatæ reſtituantur.*
IV. *Ut præcepta illicita de rebus eccleſiæ reſcindantur.*
V. *Ut injuſtæ conſuetudines ab eccleſia non exigantur.*
VI. *Ut eccleſiæ contra oppreſſores defendantur.*
VII. *Ut præcepta eccleſiis data firmentur.*
VIII. *Ut ſi quis invitem fecerit, mutuo conſilio corrigatur.*

CAPITULA.

I.

Ex P. Sirmondo.

UT jus eccleſiaſticum & legem canonicam nobis ita conſervetis, ſicut antecceſſores veſtri, qui hoc bene & rationabiliter obſervaverunt; juxta quod ſciri poterit, & Deus vobis poſſe dederit, noſtris prædeceſſoribus conſervaverunt.

II.

Quod in mea perſona, nec in meo ordine, nifi forte, quod abſit, inantea contra Deum, & contra vos manifeſte fecero, ut damnari canonice debeam, adverſum me & Deum ordinem ita damnabiliter non faciatis, pro quacumque præterita cauſa, ut mihi dehonoratio aut damnatio veniat.

III.

Quod res ad eccleſiam mihi commiſſam pertinentes, & tempore principatus veſtri ablatas, ita præfentaliter reſtituatis, & reſtituas conſervetis, ſicut tempore avi & patris veſtri fuerunt: & excepto ſuperpoſito, B quod in uſus poſſidentium vel ex ædificiis abſumptum eſt, quomodo tunc erant, quantum ad hoc quod res uſurato nomine appellamus conſtat, quando vos inde illas tuliſtis.

IV.

Ut præcepta illicita de rebus eccleſiæ mihi commiſſæ a vobis facta reſcindantur, & ut de cetero ne fiant caveatis.

Ut ab eccleſia mihi commiſſa indebitas conſuetudines, & injuſtas exactiones de cetero non exadcetis: ſed ſic eas conſerveris, ſicut tempore avi & patris veſtri conſervatæ fuerunt. C

VI.

Ut contra deprædatores & oppreſſores eccleſiarum noſtrarum, & rerum ad eaſdem pertinentium, defenſionem fecundum miniſterium veſtrum, quantum poſſe vobis Deus duderit, exhibeatis.

VII.

Ut præcepta quæ avus & pater veſter eccleſiis nobis commiſſis fecerunt & firmaverunt, & ſtabilita conſervaverunt, quæ etiam vos confirmaſtis, de cetero rata conſervetis.

VIII.

Ut ſi vos contra hæc capitula, aut nos, quod abſit, non malitia, nec perverſo ſtudio, ſed aut per humanam fragilitatem, aut per ignorantiam, vel per ſubreptionem, non damnabiliter contra vos egerimus, mutuo hoc conſilio corrigamus, & firmata deinceps conveniencia maneat.

No-

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

Concilium Belvacense.) Qui synodo huic adfuisse dicuntur, quorum ludimus factum episcopi, max decedit quinquagenus Rainbertus Cenbicensis? conscribum in synodo Parisiensi, cui idem omnes subscripsere, praeter Lupum Castanensem.

NOTA SEVERINI BINII.

Concilium Belvacense.) De loco compone & tribus in hac synodo gestis, Flodoardus scriptor hujus temporis in sua Historia, lib. 3. cap. 5. Hincmarus hæc quæ sequuntur: *Anno incarnationis dominicæ octingentesimo quadragesimo quinto Carolus Calvus convocavit synodum episcoporum sui regni Belvacum civitatem provinciæ Remorum. In qua inter alia negotia ecclesiæ & regni, de ecclesiæ Hincmari defensione agere cœpit: quod Fulgentius episcopus Abricensis, & post eum Hetilo suus successor, adeo ut longo tempore immutatus fuit pastore ecclesiæ. Petrum episcopi remanserunt, quorum Hetilonem episcopum deposuerunt, & ordinarunt, & fuerit in augusto anno. Hincmarum sanctum in memoriam redixerunt, sive non fuerunt, sum quia res necessitas exegebat, cum quia pervium illorum erat, ut tandem discendo pati Ecclesiæ dispositorum in ecclesia Dominica. Et quia ordinatio Hincmari non tantum a clero & populo urbis civitatis ejus Remensis, verum etiam ad episcopis finitimis provincia eum confensu Providentia archiepiscopi Senonensis, & Ercanradi episcopi Parisiorum, nec non aliorum & religiosorum fandi Dionysii ita fuerunt, sibi Hincmarus monachus erat, ejusdem electus fuit, cujus electionem Carolus magnificus habuit. His igitur Rotrud, & scripsit Egilibertus eorum qui hanc eleganter confinxerat, ecclesiæ Rotomagi episcopus ordinatus eft. Porro hic ab adolescentia litteris humanioribus deditus, & in disciplina monastica in monasterio fandi Dionysii sub Hilduino abbate educatus; inde ad propios patrum parentum nobilitatem, quam legenti sub annum, in Ludovici imperatoris, cui familiaris erat, palatium admissus fuit. At qui, & illuc abbate sub ambitione episcoporum exercuit, ut ordo & disciplina monastica a multis degenerante quorumdem vitaciliorum, in posterum ulterius & splendorem pristinum in monasterio fandi Dionysii restituerent. Ex, ut fatis adjungimus quod verus confidebat, ipsorum corpus fanctum Eligandi, & in fanctuarium redigendo, cum nihil reformationem fabrum quidem.*

Cum autem Hincmarus propositis, sunt abbas Hilduinus ab decessionem capitis imperatoris, cum multis aliis nobilibus regni, qui ejus partes secuti fuerant, ejectus abbatia spoliatus in Saxoniam relegatus fuisset, hinc Hincmarus non decessit & promotionem pro propria episcopi, & honorabilem, & ipsum ecclesiam nobilissimam in Galliam fanctus fuit. Accepit ab primum sanctuarium, qua fuit cum regnum, ordinationem, & omnia ornamenta sua, quæ habuit gratia apud imperatores, principes, & alios nobiles, & abbatiam de ecclesiasticum in suis abbatias publicatione, & ipsum. Hincmarus pro Gregorius sua monasterio, & regnum Francia ab isto imperatore defuncto, illustrium suum, & publicum contra fidem imperatoris concilium ejus, fed il ipse præstare noluit. Ab post restitutionem imperatoris tunc intendit in utilitas fui abbatiæ, pacificavit multis in monasterio, ubi tandem religiosus exercitia, & corporum fanctorum martyrum, quæ exibit, parvulis in ejus abbatiam sacrum, monasterii dotem virginis Mariæ, & fandi Germani provisionem & administrationem, regis, fui episcopi, & abbatici dicens fui abbatiæ Dionysii hospitis. Inspice tua illi quandam pacificum honorum & fervorum largitas ejus, & postquam fuit conferentes reficiendi, & monasterio fandi Dionysii, in quo militaverat, inflaurando laborat.

1a CONCILIUM b MELDENSE,

IN QUO PRÆFIXIS RECENTIUM

Aliquot fynodorum decretis, alia simul ad redintegrandum ecclesiæ statum & ad principis ac reipublicæ salutem, prolata sunt capitula: in Meldensi ecclesia celebratum xv. Kalendas Julias, indictione VIII. anno Christi DCCCXLV. Sergii II. papæ anno II. Caroli Calvi regis anno VI. sacrorecente.

TITULI CANONUM.

En conventu in villa Condate.

1. *De honore cultuque Dei, atque ecclesiarum & fervorum Dei veneratione.*
11. *De honor & potestas regia inconvulsa permaneat.*
III. *De justitiis unicuique secundum leges suam faciendis.*
IV. *De nemo quidquam a regi contra justitiæ rationem suggerat.*
V. *De si quid regi subreptum est, fideliter admoneatur.*
VI. *De iis qui inimici concordiæ fuerint.*

Ex synodo apud Theodonis villam.

VII. *De principes mutuam inter se caritatem & concordiam habere studeant.*
VIII. *De episcopi in videntia sedibus ordinentur.*
IX. *De monasteria laicis concessa religiosis deinceps sub lege canonica commissantur.*
X. *De abbatiis quæ laïci monasteria regentes præsumebant.*
XI. *De rebus ecclesiasticis non pervidendis.*
XII. *De ordo ecclesiasticus antiquum rigorem recipiat, judicium & justitia omnibus reddatur, & de præteritis erroribus pœnitentia agatur.*

Ex synodo apud Lauriacum.

XIII. *De eo qui ecclesiasticum authoritatem contemnit.*
XIV. *De eo qui ecclesiasticum authoritatem contemnit.*
XV. *De eo qui contra regiam dignitatem esse comprobatur.*
XVI. *De eo qui potestati regiæ non obtemperat.*
XVII. *De eo qui adversus hæc capitula pergaticatur.*

Ex synodo apud Belvacum.

XVIII. *De rei ecclesiis ablata restituantur.*
XVIII. *De præcepta illicita de rebus ecclesiasticis refeindantur.*
XIX. *De injusta confuetudines. de ecclesia non exigantur.*
XX. *De missi dirigantur, qui inquirant que ad ecclesiam & rempublicam pertinent.*
XXI. *De precaria & commutationibus vocantur fedis fulti.*

XXII. *De precaria quomodo fieri ac renovari debeant, & de præceptis regalibus.*
Cum vero ſtrmato inter nos fraterque noſtros amoris fœdere, regnum noſtrum æquaſtiter in tres partes divilum, immo diſtinctum eſſet, & ſæpedicta Remorum eccleſia ſorti fratris noſtri Caroli obtigiſſet: ipſe dominante pendente eccleſiæ, Hincmarum venerabilem monaſterii beatiſſimi martyris Dionyſii monachum atque presbyterum, virum ſane doctum atque eruditum, conſenſu epiſcoporum clericique & populi, Remenſis metropoleos ordinari fecit antiſtitem. Sed quia frequenter ad nos pro hoc ipſo, Ebboniis facta eſt conqueſtio, cauſantis inique a ſibi adhuc ſuperſtiti ſucceſſorem attributum eſſe: inſtantiſſimas ejus petitione commonuiti, curavimus querelas ejus cauſa docebori veſtro Sergio papæ ſignificare, obſecrantes, ut ſi ipſe ratum eſſe decerneret, ex loo latere viros idoneos deſtinaret, qui una cum epiſcoporum ipſius provinciæ tractatu, cauſam utriuſque inquirentes, & canonice definire valerent: quoniam nos per illud tempus, quando ea, quæ ſupra commemorata ſunt, de jamdicto Ebbone geſta ſunt, in Italia degentes, nequaquam ad liquidum, ut poſtea comperimus, rerum ordinem ſcire valuimus. Cur tamen præfatus deceſſor veſter legatos a nobis petitos non miſerit, veſtram reverentiam nequaquam credimus ignorare.

Nunc autem ſupraſcriptus Hincmarus archiepiſcopus clementiæ veſtræ ſynodalia ſtatuta, per confirmationis fui, & teſtiaratione Remenſis eccleſiæ, offerens, petiit magnificentiam noſtram, ut a veſtra paternitate ei pallium, ſicut prædeceſſores veſtri ſuis largiti ſunt, intervenientibus noſtris obtineremus. Cujus petitionem rato & abſoluto judicio implendam exiſtimavimus: præſertim cum geſta ſynodalia provinciarum ciſalpinarum veſtrum, quæ etiam & antecceſſori veſtro miſti debuerunt, deſtinanda vobis ipſius cura decrevimus, quonium ſanctitatem veſtram ejus honori conſentire decet, cui plenitudinem epiſcoporum favere cognoſcitis. Itaque judicio ſententiaque veſtræ petitionem jam dicti archiepiſcopi nobis admodum devoti diſtelique ex integro committemus, hoc indubitanter affirmantes, quoniam ſi in dandis ei honoribus, confirmandoque ipſius ſtatu, mentem benevolentiamque patrum & prædeceſſorum veſtrorum imitari decreverit, condigna obſequia, graciſſimamque vicem plenius facilique recipietis.

Cæterum fiducialiter ſuppliamus, & obnixe ex veſtra paternitate depoſcimus, ut ſive memoratus archiepiſcopus per ſeipſum veſtram adiit ſanctitatem, ſive per nuntios veſtræ directe, affabilitatis & colloquii, familiaritatiſque veſtræ eis integerrimam copiam non negetis: ſed benignillime tam ipſum quam ceteros ſuos pro anuore noſtro ſuſcipiatis, & quidquid ex vobis competenti ratione popoſcerit, cum largitione pallii impleatis. Memorem nobis paternitatem veſtram incolumem gratia Divina cuſtodiat.

Ebboni re-pugnatur.

Hincmarus in prædeceſſo-rem.

Hincmari datum ab Ebbone.

Ex eodem MS. epiſtolæ Landeneniſis hanc epiſtolam edidit R. P. Ludovicus Cellotius S. J. ſequentis primo appendicis miſcellaneæ ad libros quinque hiſtoriæ Concilicæ hæreſeos pradeſtinatianæ; cum argumento ex præcedentibus notis deducto, quod lebbo per eniem annum ſedet. Juvenit unum hoc eum illo obſervare, duplicem, ab eodem Leone Ludovico ad Leonem papam miſſum fuiſſe pro ſuccedendo archiepiſcopo pallii in forum. Hincmari cognitione epiſtolam ut ea verbis Flodoardi colligo cap. 20. libri 3. de Rhemenſi hiſtoria: De prima vero quam modo exhibuimus hanc commendatitia epiſtola quæ *Qui Landenſes imp. nonnullis locis præſulem Hincmarum appellat Leonem papam hanc commendatitiam repertisse epiſcopi atque legatis. Sed & quando Romam petere idem pontifex diſſuaderet epiſtolam ſuam idem imperator per eo præſentibus, ſuppoſitis præſuto papa, ut ipſum Lotharii amicabiliterque ſuſcipere, & quidquid ab eo poſtulaſſet illorum ut libertatem ſibi ſervaret. De poſteriori vero hujus indicia quæ ſequuntur, videnti accipienda. His denique ſuccinctis tradit Hincmarus pro ſua ſanctitatis ac ſapientiæ reverentia, per interventionem Lotharii imperatoris palliam ad quotidianum ſuſcipit uſum a quarto Leone papa, a quo jam aliud percepera in deſignatis ſibi ſolemnitatibus debite ſervandum. Quem quotidianum pallii uſum multi nuquam archiepiſcopi ſe conteſſos vel delineſſe exiſtimarunt.*

FRAGMENTA QUÆDAM aliarum epiſtolarum Leonis IV. papæ.

Ex epiſtola ad † Nomenojum ducem Britanniæ.

Ut Gislardum invaſorem ſedis Namnetica defenſare deſinat.

Non ſatem & latrocem, qualem Gislardum ſentimus eſſe in Namnetica ſede, qui viventi, quod non licuit, locum ſibi non timuit uſurpare, pro cujuſcumque muneris donis ultra debes defenſare.

AD LOTHARIUM AUGUSTUM.

Cur Aleto epiſcopo Auguſtodunenſi pallium non concedat.

Mandaſtis ut privilegium & pallium Aleto epiſcopo concederemus. Unde poſcimus ut veſtra ſuper hoc magnitudo non indigneter: quoniam quod ab ipſo ſanctiſſimo papa Gregorio ulque ad hæc tempora noſtra factum minime recordamur, facere non poſſumus, neque præciſos patrum terminos immutare.

Item. Quod ſuſta de ſedula nos imitari conferendo non præcipitis, ita ab hoc veluti a magno nos præcipitio cuſtodire oportet.

AD HINCMARUM ARCHIEPISCOPUM.

Cur ſynodi Sueſſonenſis confirmationem differat.

Cauſas pro quibus hoc uſque ad tempus ſuſpenſum eſt, quia ſcitiat cauſa haceſſ, quia hi, quos depoſitos caritas veſtra auctoritate ſynodi lore aſſirmat, per propriias literas fedem apoſtolicam appellarunt, & volunt iterum noſtra ſe appoſitio auditi præſentia: & hore ſi culpabiles inventi fuerint, non ſe abnuunt canonicam ſuſtinere cenſuram.

AD HINCMARUM EUMDEM.

De eodem ſynodo duobus legatis demandatum ſcribit:

Sed ad veſtras petitiones exequendas & obtinendas Petrum venerabilem, & dilectiſſimum nobis, Spoletanum epiſcopum, viva voce noſtra vice executorem inſtruximus, & alium Petrum venerabilem æque & amantiſſimum, epiſcopum Aretinum, literis commonuimus, & aliot ſubleves veſtros atque noſtros ſimiliter inde monuimus, & religua.

Ex Hincmari epiſtola ad Leonem papam.

Ex eodem.

HO-

HOMILIA LEONIS PAPÆ IV.

DE CURA PASTORALI, EJUSVE officiis ac munere, quam per episcopos omnibus sacerdotibus curam animarum gerentibus intimat et volvit.

Leonis IV. Romani pontificis formu- lis Variorum Manuscriptorum codicis qui inscribitur Liber visus dictus.

FRatres, presbyteri, & sacerdotes domini & cooperatores mihi cœtis ordinis. Nos quidem quamvis indigni, locum Aaron tenemus ; vos autem Eleazari & Ithamar. Nos vice duodecim apostolorum fungimur ; vos ad formam septuaginta discipulorum estis. Nos vero pastores vestri sumus ; vos autem populares animarum vobis commissarum. Nos de vobis rationem reddituri sumus pastori nostro Jesu Christo ; vos de plebibus vobis commendatis. Et ideo, carissimi, vivere periculum † vestrum, admonemus & obtestamur, sicut alibi scripsimus, ut fraternitatem vestram, ut de communi salute vestra cogitantes, attentius auditatis admonitionem nostram ; & quæ vobis sugerimus memoriæ commendetis, & opere exercere studeatis.

In primis admonemus fraterneque præcipimus, ut vita & conversatio vestra irreprehensibilis sit, fecilicet ut cella & habitatio vestra sit juxta ecclesiam, & io ea feminas non habeatis. Omni nocte ad nocturnas horas surgite, cursum vestrum horis certis decantate, mihilque celebrationes devote peragite, corpus & sanguinem domini cum timore & reverentia sumite. Vasa sacra propriis manibus abluite & exergite. Nullus missam cantet *Scias* : nullus ante lotis ortum † in nativitate domini. Nullus cantet cum nisi jejunus. Nullus cantet qui non communicet. Nullus cantet sine lumine, sine tunicla, sine alba, stola, † fanone, & casula. Vestimenta nitida sint, & ad mundos altos ulus sint. Nullus in alba, quo in suo usu utitur presbyter missas cantare. Nullus in ligneo, plumbeo, aut vitreo calice audeat missam agere. Nulla femina ad altare dominicum accedat, & calcem domini contingat. Corporale mundissimum sit. Altare sit coopertum mundissimis linteis. Super altare nihil ponatur nisi tegumen cum reliquiis sanctorum, aut forte quatuor sancta Dei evangelia, aut pyxis cum corpore domini ad viaticum pro infirmis : cetera in nitido loco recondantur. Missale plenarium, & lectionarium, & antiphonarium unaquæque ecclesia habeat. Locus in secretario aut juxta altare sit præparatus, ubi aqua effundi possit, quando vasa sacra ablfuntur, & ibi linteum nitidum cum aqua dependeat, & ibi sacerdos manus lavet post communionem. Ecclesiæ sint cooperte bene & camerate, & attrium sit semper mundatum.

Nullus extra ecclesiam per domos, aut in locis non consecratis missas cantet sine licentia sui episcopi. Omnis presbyter clericus habeat scholarem, qui epistolam vel lectionem legat, & ad missam respondeat, cum quo & psalmos cantet. Nullus cum calcaribus vel cultellis missam cantet, quia indecens & contra regulas ecclesiæ est. Calicem & oblatam recta cruce signate, id est, non in circulo & † variatione digitorum, ut plurimi faciunt, sed distincte duobus digitis & pollice intus tenclo, per quos Trinitas annuitur, illud signum † recte facere studete : non enim aliter quidquam potestis benedicere.

Sacerdotes visitate, & ut sua rationabiliter disponant, admonete ; deinde reconciliate, & juxta qualitatem, oleo sancto inungite, & propria manu communicate, & nullus ptalmum communione dato adnotate, cercis diebus & temporibus conjugatos abstinere ab uxoribus exhortantium.

A nionem laico aut femine tradere ad defrendum ad infirmos. Nullus vestrum pro baptizandis infantibus, aut infirmis reconciliandis, aut mortuis sepeliendis, præmium aut munus exigat. Videte ne per negligentiam vestram ullus infans absque baptismo moriatur. Nullus vestrum sit ebriosus, nullus sit litigiosus, quia servum Dei non decet litigare. Nullus vestrum arma ferat in feditione, quia arma vestra spiritualia debent esse.

Nullus canum aut avium jocis inservitat. Nullus in tabernis bibat. Unusquisque vestrum (quantum ei datur a Deo) aliquid de sacro evangelio, vel de epistolis apostolorum die dominico vel festis diebus plebi sue annuntiet. Unusquisque presbyter officium suum recte adimplet ; qui autem officium suum, ab officio suspendatur, nisi emendet. Verbum domini, & non fabulas nisi ea ex corde vestro debetis populo annunciare & prædicare. Certum pauperum peregrinorum & orphanorum habete ; & ad prandium vestrum eos invitate. Effote hospitales ut a vobis alii bonum sumant exemplum.

Omni die dominica ante missam quam benedicite, inde populus afpergatur ; & ad hoc presbiter vas habete. Sacra vasa & vestimenta sacerdotalia nolite pignori dare. Nullus vestrum mitra digne portinentem cujuscunque religionis ad reconciliationem adducat, & ei testimonium reconciliationis ferat. Nullus vestrum oluras exigat, ut conducitor foeneratorum exiftat : Res & facultates quas post ordinationem vestram acquisitis, sciatis ad ecclesiam matrem pertinere. Nullus fine licentia episcopi per potestatem secularem ecclesiam acquirat. Nullus presbyter sine parochia te laicorum misceat aut caftaldio fiat. Nullus per pecuniam ecclesiam alterius fupplantet. Nullus ecclesiam ad quam invitatus eft dimittat, & ad aliam quæstus gratia fine licentia episcopi migret. Nullus plures ecclesias teneat fine adjutorio aliorum presbyterorum. Nullatenus uns ecclesia inter plures dividatur. Nec ad priores parochianum, nisi itinere, si sibi placitum fuerit, ad missam recipiat. Nullus in alterius parochia absque proprii presbyteri voluntate, vel rogatus, missas cantet. Nullus declinata aliqua pertinentem recipiat. Nullus penitentem invitet ut cenam manducare, & bibere vinum, nisi pro eo ad præfens † presbyterum fuerit.

Nullus baptizare præsumat, nisi in vigiliis paschæ & pentecostes, nisi pro periculo mortis. Nullus clericus vel laicus in ecclesia loqui audeat : tantum oret, maxime ante divinum officium. In sabbato paschæ, exstinctio veteri, novus ignis benedicatur, & per populum dividatur ; & vox una benedicta fimiliter. Unusquisque fontes lapideos habeat, & si lapideos habere non possit, vas saltem aliquod ad hoc paratum, in quo nihil aliud stat, habeat. Arreadite ut omnibus parochianis vestris verbum apostolorum, & oratiomem dominicum infinuetis. Vigilias apostolorum, & jejunium quatuor temporum, & rogationum, & litanias majores plebibus vestris omni studio obfervandas infinuate. Quarta feria ante quadragesimam plebem ad peccatorum confessionem invitate, & juxta qualitatem delicti penitentiam injungite non ex corde vestro, sed fecut in penitentiali scriptum eft. Ab illa quarta feria ufque in diem resurrectionis domini nullus manducet carnem vel sanguinem. Quatuor temporibus in anno, id eft in nativitate domini, in cœna domini, pascha & pentecoste, omnes fideles ad communionem corporis & sanguinis domini accedere

A benedicendus, nullus vestrum erat. Omnibus plebibus denuntiate, ut nullus uxorem accipiat, nisi publice celebratis nuptiis. Raptum omni modo prohibete : & ut nullus ad proximum fanguinitatis accedat, firmiter prohibete : & ne alterius fponsam quis ducat, contradicite. Portatius, peccuarios, & alios paftores, diebus dominicis ad missas venire admonete ; ut filius suis orationem dominicam & symbolum infinuent, vel per alios infinuari faciant. Chrisma femper fit fub cera & figillo propter quofdam infideles. Volumus autem, fratres carissimi, quatenus quæ noftra peccepiffis traditione, fideliter, quantum humana patitur infirmitas, bonis ftudeatis operibus adimplere, præftante domino noftro Jesu Chriſto, qui cum Patre, &c.

CONCILIUM PARISIENSE, IN QUO EBBONI,

Cum de ejus depositione Sergii papæ juſſu inſtaurari judicium cœpiſſet, Rhemenſis diœceſis, donec judicio ſe ſiſteret, eſt interdicta.

B *Nihil intentatum a Lothario relictum eſt, quo Ebboni Rhemenſem ecclesiam reſtituerent. Poſtquam enim pulſus eſt ex ſuggeſtione Caroli regis meta parum fauciſſe animadvertit, quod Romam cum Dragone Metenſi profectus anno* DCCC. XLIV. *redintegrari ſe a Sergio papa, & pallio donari fruſtra contendit. Illumautem anno ſequenti loco epiſcopum Rhemenſibus ordinatum cognovit ; quod reſpuendum erat, ejus apud Sergium, ut Ebbonis depoſiti, cauſam non penitus retractari jubentem. Ceterum Ebbo judicii exitum reformidans, aleam ſubire auſus non eſt. Itaque a Synodo, qua Pariſiis convenerat, dicendi Rhemenſi edicto, donec ſe ſiſteret, abſtinere juſſus deſiſtere in poſterum maluit, nullamque amplius, quod vixit, de reprehendi ſibi crimen emiſit. De hac vero Ebbonianæ C judicii reparationis Hincmarus in hoc tertio ſcribit libro* III. *cap.* II. Emenſo, *inquit*, anno poſt Hincmari ordinationem, Lotharius pro contentione regni, quam cum fratribus ſuis Carolum habebat, cujus obſequiis idem præful fideliter adhærebat, contra eum commotus, epiſtolam a Sergio papa exegit pro reparanda judicio de Ebbonis depoſitione. Unde idem papa literas Caſtrologi regi mittens, præcepit ut Guntbaldum Rothomagenſem epiſcopum cum ceteris regni ſui, quos ipſe Guntbaldus ad hoc ſibi eligeret, legatis ejus obviam Treveris ad hanc diriminendam querelam dirigeret, & Hincmarum epiſcopum ad ipſam ſynodum venire faceret. Ipſe quoque Guntbaldus literis mandavit, ut cum poſt diem ſancte D domini reſurrectionis miſſos ſuos in ſervitium imperatoris mitteret, ipſe cum epiſcopis prædictum locum hanc cauſam diſcuturus adiret. Sed & ipſi Hincmaro literas miſit, ut ad idem veniret concilium. Legatis itaque Sergii papæ juxta conditum tunc venientibus, Guntbaldus annuente regente Carolo cum epiſcopis ſynodum indixit, ad quam Ebbonem per literas & legatos ex auctoritate prædicti papæ convocavit. Quo tamen Ebbo E neque venire, neque vicarium perſonam, vel literas canonicas miſiſſe traditur. Guntbaldus tamen & ceteri epiſcopi, qui apud Pariſius tunc convenerant, Wenilo ſcilicet ecclesiæ Senonicæ metropolitanus cum diœceſanis ſuis, Lantramnus Turonenſis cum ſuffraganeis ſuis, & ſpecialiter Hincmarus cum omnibus Rhemenſis diœceſeos cooperiſcopis, literas ſuas ad eum miſerunt, ei diœceſim Rhemenſem interdicentes, ut non haberet dein licentiam ex ea perſonam ſolicitandi, nec verbo, nec miſſo aliquo, donec ſecundum poſſeſſionem Sergii papæ ipſis occurreret, & juxta canonica & apoſtolorum ſtatuta diffinitionem ſtatum ab ipſis coram generali conventu perciperet. Sed ille ad nullum ſynodum, vel ad ſedem apoſtolicam, vocatus, vocatus ſecundationis vel repetitionis de ſede Rhemenſi, aut de ordine ſuo venit. Qui etiam, poſtquam res geſtas Leoni papæ referentibus epiſcopis, & regalibus inſuper epiſtolis, ordinatio Hincmari, quando & quoquo die tunc norem Romam miſit, rata eſt cum ſatisfactione paſſi comprobata, per quinque circiter annorum curſum ſuperviſſe fertur † in corpore, utique ad † Ubi ab. 851. annum incarnationis dominicæ DCCCLI.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

B. P. Simondus anno 1625. fub Sergio papa & 847. fub Leone eenſuit duo Parifini ecclesiam fuiſſe concilia : quæ non in ſynopſi hiſtorica conciliorum & in demonſtratione chronologica adverſus Joannæ papiſſæ impugnatores Marcellum exiſtimaverunt in unum debere compingi celebratum 10. Kalendas Martias anno 847. more Romano, labente indictione decima. Neque vero retrahit ab unius incarnationis dominicæ 846. In enim ut potuit nonnus regnum inundationibus quique apud plerosque ſcriptos adhuc volvebatur ufque ad diem 25. Martii vel ufque ad paſchales feſtas. Etenim certe omnem decidit indictio decima quæ in privilegio Corbeienſi monaſterio in ea ſynodo confirmato apparet. Alias quoque monuit concilium hoc primo vere celebratum non ad finem Leonis IV. fed ad Sergii III. tempus potius effe evocandum.

ANNO CHRISTI 847.

CONCILIUM MOGUNTINUM I.

SUB RABANO ARCHIEPISCOPO

Pro juribus & immunitatibus ecclesiasticis, celebratum anno domini DCCCXLVII. tempore Leonis papæ IV. & Lotharii imperatoris.

Domino ſereniſſimo & Chriſtianiſſimo regi Ludovico A. ſtatum atque augmentum cum Dei gratia perdu-
vera religionis ſtrenuiſſimo reſtori, ac defenſori cere poſſent, & ubicunque per negligentiam
ſanctæ Dei eccleſiæ, una cum uxore & prole ſua, atque deſidiam, cuſtos ſecundum normam regulæ fan-
ejuſque fidelibus, vita & ſalus, honor & bene- ctæ Benedicti ad integrum reſtituatur. Hic ego
dictio, cum victoria ſine fine manſura. *ita ut diſpoſitis atque peractis, primo decreve-*
mus unicuique perſonæ vel ſexui congruum ho-
morem impendere ſecundum dictum ſancti Pe-
Te Tom. I. Concil. edit. Venet. Digniſſime reverentiæ veſtræ pateſcimus nos ſomiliimi ſanctæ unitati, Rabanus videlicet Moguntiacenſis eccleſiæ indignus archiepiſcopus, cum copiſcopis meis, qui ad præditæ eccleſiæ diœceſim pertinent: hoc eſt, Samuele, Egorbuldo, Bazurato, Hebbone, Gorbaratho, Hemmone, Vualtgario, Anſgario, Otgario, Lantone, Salomone & Gebehardo, cum reliquis collegis noſtris chorepiſcopis, abbatibus, monachis, presbyteris, & cæteris eccleſiaſticis ordinibus: quia veninus ſecundum juſſionem veſtram in civitatem Moguntiam, ibique pariter adunati, poſt triduanum jejunium, quod cum litaniis celebravimus, divinum ſuppliciter poſtulantes clementiam, quatenus ſancta gratia ſua conventum & aſſiduum ipſius ſynodi ibi acceptabilem facere dignaretur, & Chriſtiano populo proficientem ad ſalutem & vitam perpetuam vobiſque ad æternum honorem & gloriam. Uſi eſtimus decretimus, ut ſingulis parochiis per epiſcopos & clericos, per abbates & monachos, A oratio pro vobis & pro veſtra conjuge, ſimul prole nobiliſſima fieret: ſi quæ contrarietas ſurgeret, maxime ſi, miſſarum tria millia & quingenta, & pſalteriorum mille ſexcingenta) hoc omni devotione poſtulantes, ut Deus omnipotens diuturnum vobis ſanitatem ac proſperitatem concedat, regnumque veſtrum die ſtabiliat ab omni hoſte defenſum in terra, poſſique hujus vitæ termino in regno cæleſti gloriam vobiſcum ſimul cum ſanctis ſuis conſtat ſempiternam. Tunc vero confidentes in clauſtro ſancti Albani martyris, ſecundum morem illum, quo pricie temporibus ſuis ſub Carolo imperatore Egilbaldus & Richolphus cum cæteris epiſcopis & abbatibus illuc convenientibus fecerunt, & conpimus in Dei nomine nonnulli conſenſu & voluntate tractare pariter de ſtatu vere religioſis, atque utilitate & profectu Chriſtianæ plebis. Convenit inter nos de noſtro ſuprunomi collegio clericorum atque monachorum duos facere ſortimas, ſicut & fecimus: ita ut in una turma conſiderent epiſcopi cum quibuldam notariis, legentes atque perſcrutantes ſanctum evangelium, nec non epiſtolas & actus apoſtolorum, canones quoque, & diverſa canonicorum patrum opuſcula, cum cæteris ſacris dogmatibus, diligenti ſtudio perquirendo, juxtus modis ſtatum eccleſiæ Dei & Chriſtianæ fidei profectum. Una doctrina & exemplis juſtitia inparavilium largiente gratia Dei, perfici- B cere & conſervare poſſent. In alia vero turma ſederunt abbates ac probati monachi, regulam ſancti Benedicti legentes, atque tractantes diligenter, qualiter monachorum vitam in melioremque*

ſtatum atque augmentum cum Dei gratia perdu-
cere poſſent, & ubicunque per negligentiam
atque deſidiam toſtorum regularis ordo dilapſus
fuiſſet, cuſtum ſecundum normam regulæ ſan-
cti Benedicti ad integrum reſtituatur. Hic ego
ita ut diſpoſitis atque peractis, primo decreve-
mus unicuique perſonæ vel ſexui congruum ho-
morem impendere ſecundum dictum ſancti Pe-
tri primi paſtoris eccleſiæ, quo ait: Omnes honorate 1. Pet. 2.
omnes, fraternitatem diligite, Deum timete, re-
gem honorificate. Servi, ſubditi eſtote in omni to-
more dominis, non tantum bonis & modeſtis, ſed Luc. 20.
etiam dyſcolis; hæc eſt enim gratia in Chriſto Jeſu Matth. 18.
domino noſtro. Cui patia doctor gentium, ad
Timotheum diſcipulum ſuum ſcribens, ait: *Ante-* 1. Tim. 6.
cedat tibi doctrina, inſta in illis, hoc enim fa-
ciens, & te ipſum ſalvum facies, & eos qui te au-
diunt. Seniorem ne increpaveris, ſed obſecra ut pa-
trem; juvenes, ut fratres: anus, ut matres: juvencu-
las, ut ſoroes, in omni caſtitate. Inſuper etiam congruum eſſe viſum eſt, ut ſacerdotes & eccleſiæ Dei jure legitimo inconvulſo honoretur: Dei quidem dominus ait: *Qui vos audit,* Luc. 10.
me audit, & qui vos reſpit, me reſpit: qui autem
me reſpit, reſpit eum qui me miſit. Et apoſtolus ad Hebræos: *Obedite, inquit, prapoſitis veſtris,* Heb. 13.
C *& ſubjacete eis: ipſi enim pervigilant, quaſi ratio-*
nem reddituri pro animabus veſtris. Nam de reve- Act. 20.
rentia eccleſiarum dominus ait: *Domus mea domus* Matth. 21.
orationis vocabitur cunctis gentibus. Unde alibi Joan. 2.
legitur in evangelio, quod ipſe dominus cum verſifſet ad Jeruſalem, & introiſſet in templum, eos qui negotia terrena & emptiones atque venditiones illicitas in eodem exercebant, quaſi flagellum de funiculis faciens, omnes foras ejecerit. Proh dolor, hi temporibus nec loca ſancta reverentur, neque quos minuſtri Dei ſanctæ honorantur: ſed verſa vice illi qui honorari debuerunt flagellantur, ſpoliantur atque diverſis calamnitis lanigantur. Unde cum ſit magna nos coegit pro hac re ad vos reclamare, petere, ut ſicut apud anteceſſores veſtros reger atque imperatores, qui ante vos fuerunt, honorem ſancta Dei eccleſia habuit, & pertinentiarum eorum poſſeſſiones eccleſiaſticæ auctoritate perſtiterunt, manenteſque in eis ſemper illæſi perſeveraverunt; ita apud vos modernis temporibus incontaminatæ permaneant. Zelo enim Dei oportet vos defendere eccleſias Chriſti, qui vobis regnum in terra & dominationem tribuit, ut per multas ſuggeſtiones abſque veſtram conceſſionem, quam in eleemoſynam veſtram eccleſiis Chriſti conſuliſtis! , ſinitis permanati . Quia inhonoſtum eſt ut hoc quod non ſolum Chriſtianis temporibus a Chriſtianis imperatoribus, ſed etiam a paganis regibus nunquæ gentilitatis ad honorem Dei collatum eſt, veſtris temporibus in veſtro regno permutetur. Nam legimus apud Eſdram, quod Artaxerxes rex Eldræ ſcribæ legis Dei per epiſtolam mandaverit, ita dicens: *Ego Artaxerxes A* Esr. 1. 450. 7.
rex ſtatui atque decreti omnibus ſubditis meæ
publicæ, qui ſunt trans flumen, quodcumque pe-
tierit a vobis Eſdras ſacerdos ſcriba legis Dei cæli,
quod ad vitam Dei cæli pertinet, tribuatur diligen-
ter in domo Dei cæli: ne forte irafcatur contra re-
gnum regis & filiorum ejus. Et hoc quoque mando,
faciamus de univerſis ſacerdotibus, & Levitis, & cantoribus, & janitoribus, Nathinæis, & miniſtris domus Dei hujus, ne vectigal, & tributum, & annonam nullo modo poſſe mittere eis ſuſpectos. Tu autem Eſdra, ſecundum ſapientiam Dei tui, quæ eſt in manu tua, conſtitue judices & præſides, ut judicent omni populo qui eſt trans flumen, his, qui ſciunt leges Dei tui, & legem Dei tui, ſed & imperite diſcere ſi-
bere. Et omniſi qui non fecerit legem Dei tui, & le-
gem regis diligenter, judicium ejus ſit in , ſive in
mortem, ſive in exilium, ſive in condemnationem ſubſtantia ejus, vel certe in carcerem.

De Chriſtianis vero cogibus, & imperatoribus non neceſſe eſt aliqua exempla ponere, cum omnes qui recte fidei & ſani dogmatis fuerint, a Conſtantino imperatore, qui primus imperatorum Chriſtianum religionem defendere, atque honorem eccleſiarum Dei amplificare cœpit, quæ ad vos ſemper in hoc ſtudio ſolerter laboravit, ut eccleſia Dei pacem & tranquillitatem haberet, quarum ordines Dei inconvulſos foret, & ſervi ejus ſine impedimento Deo deleſtabiliter ſerviretur. Quaſi autem vindicta illis, qui contra mandata Dei, & contra juſſionem veſtram eccleſiæ Chriſti per avaritiam molleſtiam inferunt, conveniat, in ſequentibus per ſanctorum patrum canones, & per doctrinam divinarum ſcripturarum congruo loco demonſtravimus. Non enim formidamus, juxta evangelium domini ſalvatoris, corruptores templi Dei, & contaminatoribus locorum locorum, judicium congruum inferre: quis ſi illi a Chriſto domino ejecti ſunt foras de domo Dei, qui per cupiditatem tertenam violabant ſanctum locum; non eſt iniquum inſolentibus & le corrigere nolentibus canonicum inferre judicium, ut ſentiant corepti, quod non ſecurent ſentire admoniti. Deus omnipotens vos in ſua juſtitia confortet, & illæſum ab omni hoſte protegat.

TITULI CAPITULORUM.

I. *De fide catholica.*
II. *De dogmate eccleſiaſtico.*
III. *De ſacramento baptiſmatis.*
IV. *De pace & concordia.*
V. *De vera religione.*
VI. *De immunitate rerum eccleſiaſticarum.*
VII. *De poteſtate epiſcoporum ſuper res eccleſiaſticas, rerumque conventione cum laicis, deque abominandis perverſis pravitis.*
VIII. *De proprietatibus epiſcopis vel presbyteris poſt ordinationem acquiſitis.*
IX. *De matrimoniis.*
X. *De decimis dandis, & in quatuor partiones dividendis.*
XI. *De antiqua eccleſie habenda privilegia ſua.*
XII. *De presbyteri ſine conſenſu epiſcoporum per eccleſias conſtituantur, vel ab his recipiantur.*
XIII. *De clericorum vita, ſive monachorum.*
XIV. *De vota monachorum.*
XV. *De clericis comam nutrientibus.*
XVI. *De vita ſanctimonialium.*
XVII. *De paupertate non oppriendi.*
XVIII. *De rebus pauperum per malam occaſionem non emendis.*

Concil. General. Tom. IX.

ANNO CHRISTI 847.

XIX. *De his qui ad ſubvertendam juſtitiam munera accipiunt.*
XX. *De parricidiis.*
XXI. *De miniſteriis quæ partui ſuo necant.*
XXII. *De homicidiis.*
XXIII. *De homicidio non ſponte commiſſo.*
XXIV. *De miniſtris presbyterio ingredi poſſis.*
XXV. *De presbyteris poſt degradationem occiſis.*
XXVI. *De infirmis in periculo mortis conſtitutis.*
XXVII. *De his qui ſuſpendantur in patibulis.*
XXVIII. *De inceſtuoſis.*
XXIX. *De damnatis nuptiis.*
XXX. *Quota generatione conjugia copulari debeant.*
XXXI. *De modo ſolida penitentia.*

ANNO CHRISTI 847.

CAPITULA.

I.

Initium actionis noſtræ de fide eſſe decrevimus, quæ honorum eſt omnium fundamentum: & quamvis *fine fide* , ut dicit Hebr. 11. apoſtolus, *impoſſibile ſit placere Deo* , fides tamen indiget opere , *quia fides ſine operi-* Jacob. 2. *bus mortua eſt*. Ideo beatus Gregorius : Illele , inquit , vere credit qui exercet operando quod credit . Quapropter de fide notra ſtra omnes omnino Chriſtianos alterutrum inter ſe jugiter admonere & docere oportet : maxime tamen domini ſacerdotes in eo certamine laborare decet, ut ſimiter ab omnibus teneatur .

II.

Cum igitur omnia concilia canonum qui recipiuntur ſint a ſacerdotibus legenda & intelligenda , & per ea ſit eis vivendum & prædicandum ; neceſſarium duximus , ut ea quæ ad fidem pertinent , & ubi de exſirpandis vitiis & plaarandis virtutibus ſcribitur, hoc ab eis crebro legatur, & bene intelligatur , ut in populo prædicetur. Et quilibet epiſcopus * homilias continentes neceſſarias admonitiones, quibus ſubjecti eruditiantur: id eſt de fide catholica , prout capere poſſint: de perpetua terributione bonorum , & æterna damnatione malorum , de reſurrectione quoque futura, & ultimo judicio , & quibus operibus poſſit promereri beata vita , quibuſve excludi . Et ut eaſdem homilias quiſque aperte transferre ſtudeat in ruſticam Romanam linguam , aut Theotiſcam, quo facilius cuncti poſſint intelligere quæ dicuntur .

III.

Sacramenta itaque baptiſmatis volumus, ut concordiæ atque uniformiter in ſingulis parochiis ſecundum Romanum ordinem inter nos celebrentur jugiter , atque conſerventur : id eſt , ſcruinium ad ordinem baptiſmatis , hoc eſt in decretis Leonis papæ ſub duobus continetur capitulis , In capitulo quinto : Hæc duo tempora , id eſt paſcha & pentecoſtes ad baptizandum a Romano pontifice legitima ſunt præſixa. Item in

ANNO CHRISTI 847. in capitulo sexto: Non interdicta licentia, quia in baptismo tribuendo quolibet tempore periclitantibus subveniatur. Et Siricius: In qualibet necessitate fonte opus fuerit unctionem baptismatis, omni volumus celeritate succurri. Debent igitur episcopi cum magna diligentia presbyteris suis tradere baptismi sacramentum, & quid in eodem renuntiandum, quidve credendum sit. Renuntiatur enim diabolo & operibus ejus. Opera vero diaboli, opera carnis esse intelliguntur: quæ sunt, homicidia, fornicationes, adulteria, ebrietates, & multa alia his similia: quæ diabolici instinctu prius cogitatione mentis concipiuntur, quam opere perpetrentur. Pompæ vero ejusdem sunt, superbia, jactantia, elatio, vana gloria, fastus, & alia quamplurima, quæ ex his oriri videntur.

IV.

Sane opus est ut pax & concordia sit atque unanimitas in populo Christiano, quia unum Deum patrem habemus in cælis, & unam matrem ecclesiam, unam fidem, unum baptisma: ideo in una pace & unanimitate concorditer vivere debemus, si ad unam & veram hereditatem regni cælestis cupimus pervenire: *Quæ non est dissensionis Deus, sed pacis*, ut ipse ait. Igitur si inter omnes fideles pax & concordia habenda est, dicente apostolo: *Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum*: multo magis inter episcopos & comites esse debet, qui post imperialis apicis dignitatem populum Dei regunt. Ita enim inter se concordare debent, ut alterutrum sibi ad Dei servitium peragendum, & ministerium sum recte explendum, non eis solum non noceant, quin potius adminiculo sint.

V.

Si vero pax & concordia summum inter homines & maxime Christianos bonum judicatur, & præmium remunerandum, id est, ut ejus merito filii Dei vocemur: non ne e contrario discordiæ & dissensionis summum est malum, & summa pœna plectendum? ita ut sapiens dicat, animam domini illum detestari, qui inter fratres discordias seminat: atque ideo filius diaboli non immerito nominetur. Unde statuimus, atque auctoritate ecclesiastica confirmamus, eos qui contra regem, vel ecclesiasticas dignitates, sive reipublicæ potestates in unoquoque ordine * legitimas dispositiones conturbare, quique ordine * legitimas dispositiones rebellionis & repugnantiæ faciunt, a communione & consortio catholicorum verum pacem amantium summovendos, & nisi per pœnitentiam, & emendationem paci & ecclesiasticæ incorporaverint, ab omnibus fidelibus pacis sanctimus extorres.

VI.

Quisquis fastu superbiæ elatus domum Dei ducit contemptibilem, & possessiones Deo consecratas, atque ad honorem Dei sub regiæ immunitatis defensionem constitutas, invidiose tractaverit, vel infringere præsumpserit, quasi invasor, & violator domus Dei excommunicetur. Decet etiam, ut indignationem ipsius domini regis sentiat, cujus benevolentiæ contemptor, & constitutionis prævaricator extitit. Nihilo minus ramen rex fuæ concessionis immunitatem ab omnibus ditioni suæ subjectis illasam conservari præcipiat, affirmum non præbeat improvide affirmantibus, non debere esse res dominicas, id est domino dominantium deditas, ita sub defensione regis, sicut propriæ suæ sunt hereditates: magisque advertat, quia quanto Deus excellentior est homine, tanto præstantior est divina causa mortalium possessione. Quocirca decipiatur quisquis plus in proprijs quam in dominicis rebus gloriatur: quarum divinarum rerum defensor & custos divinitus statutus, diligenti cura non solum eas servare, sed etiam multiplicare debet, magisque ipsa quæ divinas præstantiora, quam ilia defendere illum oportet & augmentare. Si quis igitur infanda temeritate improbitatis regem a recto proposito avertere tentaverit, nullisque remediis mitigari posse visus fuerit, licet obsequiis aliquibus transitoriis sit necessarius, abjiciendus ab eo proiciendusque re est, juxta illud evangelicum: *Si pes tuus, scandalizat tuos sanabalizet te, erue illa, & projice abs te.*

VII.

Ut episcopi potestatem habeant res ecclesiasticas prævidere, regere, & gubernare, atque dispensare, secundum canonum auctoritatem, volumus: & ut laici in eorum ministerio obedianr episcopis ad regendas ecclesias, viduas & orphanos defendendos, & ut obedientes sint eis ad eorum Christianitatem servandam: consentientesque sint comites & judices præfulibus suis ad justitias faciendas juxta præcepta divinæ legis, & nullatenus per aliquorum mendacium, vel falsum testimonium, neque per periurium, aut per præmium, * lex justa in aliquo depraveatur.

VIII.

In concilio Carthaginensi scripsum est, ut presbyteri, diaconi, vel quicumque clerici, qui nihil habentes ordinantur, & tempore episcoporum vel clericorum sui agros vel quæcumque prædia suo nomine comparant, tamquam rerum dominicarum invasionis crimine teneantur, nisi admonili ecclesiæ eadem ipsa contulerint. Si autem ipsis propri

ANNO CHRISTI 847. prii aliquid liberalitate alicujus, vel successione cognationis obvenerit, faciant inde quod eorum proposito convenit. Quod si a fino proposito retrorsum everbiaverint, honore ecclesiastico indigni tamquam reprobi judicentur. Presbyteri vero non vendant rem ecclesiæ ubi sunt constituti, neseientibus episcopis suis, non habentes necessitatem. Nec episcopo liceat matriris ecclesiæ rem rituli sui nomine usurpare.

IX.

Concil. Aquisgran. c. 17. In concilio Carthaginensi ita continetur: De manumissionibus in ecclesia celebrandis, si id nostri consacerdotes per Italiam faciere reperiuntur, nostræ etiam erit fiducie ilsorum ordinem sequi, data plane licentia milso legato, ut quæcumque digna fide pro statu ecclesiæ & salute animarum agere potuerint, nos sciant laudabiliter in conspectu domini accepturos.

Jura fiscalia non tetigit ecclesiastica constitutio.

X.

Volumus ut decimæ, quæ singulis dantur ecclesiis, per consulta episcoporum a presbyteris ad usus ecclesiæ & pauperum fummina diligentia dispensentur. Quatuor autem tam de reditibus, quam de oblatione fidelium, prout cujusliber ecclesiæ facultas admittit, ficut dudum rationabiliter est decretum, convenit fieri portiones: quarum sit una pontificis, altera clericorum, pauperum tertia, quarta ecclesiæ fabricis applicanda juxta constitutionem episcopalem. Admonendum autem est, ut decima Deo omnino dari non negligatur, quam Deus ipse dari sibi constituit, quia timendum est, si quis Deo suum debitum abstinuit, ne forte Deus per peccatum suum auferat ei necessaria sua.

XI.

Ecclesiæ antiquitus constitutæ, nec decimis, nec aliis possessionibus pro novis oratoriis sine consensu & concilio episcopali priventur.

XII.

Quicumque presbyter per precium ecclesiam fuerit adeptus, omnino deponatur: quod contra ecclesiasticæ regulæ disciplinam agere dignoscitur, qui alium presbyterum legitime ad ecclesiam ordinatum per pecuniam expulerit: eamque sibi taliter vindicaverit: quod vitium late diffusum summo studio emendandum est. Itemque interdicendum videtur clericis, sive laicis, ne quis cuilibet presbytero præsumat dare ecclesiam sine licentia & consensu episcopi sui.

XIII.

Providendum necessario est unicuique episcopo, qualiter canonici vivere debeant, nec non & monachi, ut secundum ordinem regularem vivere studeant, ut ait apostolus:

ANNO CHRISTI 847. *Unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat*: & ut a negotiis sæcularibus omnino abstineant. Multa sunt enim negotia sæcularia de his tamen pauca perstringimus: ad quæ pertinet omnis libido, non solum immunditia carnis, sed etiam in omni carnali concupiscentia quidquid plus justo appetit homo, turpe lucrum, munera injusta accipere, sed etiam dare pro aliquo sæculari, cum quarelis precio aliquem conducere, contentiones & lites, vel rixas amare, in placitis sæcularibus disputare, excepta defensione orphanorum aut viduarum; conductores aut procuratores esse sæcularium rerum, turpis verbi vel facti jocularem esse, vel ipsum locum sæcularem diligere, alcas amare, ornamentum inconveniens propositio suo quærere, in deliciis vivere velle, gulam & ebrietatem sequi, pondera injusta vel mensuras habere, negotium injustum exercere (nec tamen justum negotium est interdictorum propter necessitates diversas, quia legimus sanctos apostolos negotiatos esse, & in regula sancti Benedicti præcipitur prævidere per quorum manus negotium monasterii transeat) canes & aves sequi ad venandum, in comessationibus & violentiis nimis incumbere, superfluitatem in quibuslibet rebus nolle frigere. Quæ omnia ministris altaris interdicimus, hortantes eos servare illud apostolicum: *Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus*: conficerare quoque sententiam domini dicentis: *Attendite ne graventur corda vestra in crapula & ebrietate*: moderare cibum & potum, ut juxta apostolum, sobrii sint, parati ad servitium domini: ante se joca sæcularia vel turpia fieri non permittere, sed pauperes & indigentes fecum ad mensam habere, & lectionem divinam iisdem audire, & fumere cibum cum benedictione & laude domini, secundum apostolum dicentem: *Sive manducetis, sive bibatis, omnia in laudem Dei facite*.

XIV.

Nullus monachorum aliquid proprietatis habeat, & res fæculares, quibus renuntiavit, nullatenus sibi usurpet, nec parochias ecclesiarum accipere præsumat fine consensu episcopi. De ipsis * vere titulis, in quibus * vero. confitiuri fuerint, rationem episcopo vel ejus vicario reddant, & convocati ad synodum veniant.

XV.

In decretis Gregorii papæ scriptum est: Si quis ex clericis laxaverit comam, anathema. Unde sanctimus, ut hujusmodi coerceantur ad priftinum statum reverti.

XVI.

Abbatissa, quæ in civitate monasterium habet, nequaquam de monasterio egredia-

ANNO CHRISTI 847.

tur, nisi per licentiam episcopi sui, aut qui A ejus vicem obtinet, nisi forte regali jussione cogatur. Et si quando foras pergit, de sanctimonialibus, quas secum ducit, curam & vigilantiam habeat, ut nulla eis detur peccandi licentia five occasio. Sed & cum pergit, in monasterio talem in vice sua constituere debet, quæ de sanctimonialium animabus curam & vigilantiam gerat. Habeat etiam abbatissa studium in ædificando ea quæ ad sanctimonialium necessitatem pertinent, & in restaurando. Sanctimoniales vero in monasterio constituræ habeant studium in legendo, & in cantando, in psalmorum celebratione five oratione, & horas canonicas, matutinam videlicet, primam, tertiam, sextam, nonam, vespertinam, completorium pariter celebrent, & omnes, excepta quam infirmitas tenet, in dormitorio dormiant, & omnibus diebus ad confolationem veniant, & ut cetera fervent, quæ in regula sanctimonialium continentur, & quæ a sanctis patribus illic constituta sunt.

Hora celebratio.

XVII.

Monemus regiam pietatem de oppressione pauperum liberorum, ut non a potentioribus per aliquod malum ingenium contra justitiam opprimantur, vel cogantur ut res suas vendant, five tradant, ne forte parentes eorum contra justitiam faint exheredati, & regale obsequium minuatur, & ipsi propter indigentiam mendici vel latrones, seu malefactores efficiantur, & ut sæpius non † fiant † manniti ad placita, nisi ficur in domínico capitulari olim facto præcipitur.

† sit, ut, minus vocab.

XVIII.

Propter provisiones pauperum, quorum curam habere debemus, placuit nobis, ut B nec episcopi, nec abbates, nec comites, nec vicarii, nec judices, nullusque omnino sub mala occasione, vel malo ingenio, res pauperum, vel minus potentium, emere, aut tollere audeat: sed quisquis ex eis aliquid comparare voluerit, in publico placito coram idoneis testibus, & cum ratione hoc faciat: ubicumque autem aliter inventum fuerit factum, hoc omnino emendari per regiam convenit justionem.

XIX.

Qui vero ad subverrendam justitiam a duobus munera acceperint, non hoc est ab eo qui quod sibi injuste ablatum est juste requirit, & ab eo qui eadem injuste invasit, admonendi sunt, & fortiter increpandi, ne regnum Christi, quod omnibus juste facientibus paret, sibi sine ulla retractatione fecludant.

XX.

Præcidium autem quum fit detestabile crimen, tum judicio facto inter Cain & Abel fratrem suum, dominus ostendit ipse, cum ad

ANNO CHRISTI 847.

Cain parricidam ait: *Maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, & susceptit sanguinem fratris tui de manu tua: cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos: vagus & profugus eris super terram.* In quo etiam pofuit fignum, hoc est ut tremens & gemens profugus semper viveret, nec auderet fedes habere quietas. Sed quia in modernis temporibus parricidæ profugi currunt per diversa, & varris vitiis, atque gulæ illecebris deservunt, melius nobis videtur, ut in uno loco manentes pœnitentia districta semetipsos castigent, si forte a domini bonitate indulgentiam facinoris sui percipere mereantur. Non enim eis licebit ultra militiæ cingulum fumere, & nuptiis vel conjugiis copulari, quia sacri canones hoc eis non consentiunt.

B

XXI.

De mulieribus quæ fornicantur, & partus suos necant, vel quæ agunt fœcum, ut utero conceptus excutiant, antiqua quidem definitio usque ad exitum vitæ eas ab ecclesia removet, humanius autem nunc definimus, ut eis decem annorum tempus fecundum præfixos gradus pœnitentiæ largiatur. Item in concilio Eliberitano cap. 63. scriptum est de his quæ filios ex adulterio necant: Si qua per adulterium conceperit, idque post factinus occiderit, placuit * vix in vita ei dari fine ei dandam esse communionem, eo quod geminaverit scelus. Item in concilio Ilerdenſi cap. 2. scriptum est * de his quæ abortum faciunt, vel nazos suos exinguunt: Hi vero qui male conceptos ex adulterio fetus, vel editos necare studuerint, vel in ventribus matrum pereuntes aliquibus colliserint, in utroque sexu adulteris post septem annorum pœnitentiæ curricula communio tribuantur, ita tamen ut omni tempore vitæ suæ fletibus & humilitati insistant.

C

XXII.

In concilio Ancyrano, cap. 21. de homicidis ita scriptum est; Qui voluntarie homicidium fecerint, pœnitentiæ quidem jungitur fe fubmittant, perfectionem vero circa vitæ exitum consequuntur. In concilio vero Agathensi, cap. 37. de homicidis & falsis testibus ita legitur: Itaque confumus homicidas & falsos testes a communione ecclesiastica submovendos, nisi pœnitentia satisfactione crimina admissa diluerint. Item in concilio Agathensi, c. 62. scriptum est de his qui servos extra judicem necant: Si quis servum proprium sine conscientia judicis occiderit, excommunicatione vel pœnitentia biennii reatum sanguinis emundabit. Item in concilio Eliberitano cap. 5. scriptum est, de domina quæ per zelum ancillam suam occiderit: Si qua femina furore zeli accensa flagellis verberaverit ancillam suam, ita ut intra

D

E

ANNO CHRISTI 847.

tra tertium diem animam cum cruciatu effundat, eo quod incertum fit voluneate an casu occiderit: si voluntate, post septimum annum: si casu, per quinquennii tempora acta legitima pœnitentia, ad communionem placuit admitti. Quod si vero intra tempora constituta fuerit infirmata, accipiat communionem.

A

XXIII.

In concilio Ancyrano cap. 22. scriptum est de homicidiis non sponte commissis, prior quidem definitio post septennem pœnitentiam perfectionem consequi præcepit: secunda vero quinquennii tempus expetere.

XXIV.

Qui presbyterum occidit, 12. annorum ei pœnitentia fecundum statuta priorum imponatur: aut si negaverit, si liber est, cum 12. juret: si autem servus; per 12. vomeres ferventes fe purget. Convictus vero noxæ usque ad ultimum vitæ tempus militiæ cingulum deponat, & uxorem amittat.

B

XXV.

Nunciatum est nobis, quod aliqui qui olim dixerunt fe fuisse facerdotes, & postea degradati pro suis peccatis, pœnitentiam agendo suffragia sanctorum per diversa loca transeuntes quæsierunt, trucidati sunt. Hujusmodi * interrectionibus omnem ecclesiasticam communionem denegamus, donec dignam pœnitentiam pro reatu suo fecundum judicium episcoporum exfolvant.

* fort. interfectionibus

XXVI.

Ab infirmis in morris periculo positis; per presbyteros para inquirenda est confessio, non tamen illis imponenda quantas pœnitentiæ, fed innocefcenda: & cum amicorum orationibus, & eleemofynarum studiis, pondus pœnitentiæ fublevandum: ut fi forte migraverint, ne * obligati excommunicatione, alieni ex confortio * bene fiant: a quo periculo fi divinitus erepti convaluerint, pœnitentiæ modum a fuo confessore impositum † diligentes observent. Et ideo fecundum canonicam auctoritatem, ne illis janua pietatis clausa videatur, orationibus & consolationibus ecclesiasticis facra cum * unctione Dei animati, fecundum statuta sanctorum patrum, communione viatici reficiantur.

a) Forte, obligati a excommunicatione alieni vel confortio vitæ fiant. b) Forte, bonorum

b) Pro, diligenter.

C

XXVII.

Quæstium est ab aliquibus fratribus de his qui in patibulis fuspenduntur pro suis fceleribus post confessionem Deo peractam, utrum cadavera illorum ad ecclesias deferenda fint, & oblationes pro eis offerendæ, & missæ celebrandæ, an non. Quibus refpondimus: Si omnibus de peccatis suis puram confessionem agentibus, & de gratiæ pœnitentibus communio in fine fecun-

D

E

XXVIII.

Ut episcopi incestuosos penitus investigare studeant omnino decrevimus: qui fi pœnitere noluerint, de ecclesia expellantur, donec ad pœnitentiam revertantur. Quod fi facerdotum voluntate admonitionibus autem accommodare, volentes in priftinis perdurare criminibus, oporet eos per facularis potentiæ difciplinam a tam prava confuetudine coerceri.

XXIX.

Si quis viduam uxorem duxerit, & poftea cum filiastra fua fornicatus fuerit, feu duabus forcibus nupserit: aut fi qua duobus fratribus nupserit, feu cum patre & filio: item fi quis celibem fratris, quæ pœnitere prius foror exiterat, carnali conjunctione violaverit: fi quis neptem in conjugium acceperit: fi quis novercam aut nurum fuam duxerit: fi quis confobrinæ fuæ impudice fe fociaverit, vel relictæ five filiæ avunculi, aut patris filiæ, vel privignæ fuæ concubitu pollutus, vel huiufcemodi conjunctionis attactu maculatus fuerit: eos disjungi & ulterius nunquam conjugio copulari, fed fub magna diftrictione fieri volumus.

XXX.

Contradicimus quoque, ut in quarta generatione nullus amplius conjugio copulatur: ubi autem poft interdictum factum inventum fuerit, feparetur. Sane eadem quæ in viri, hæc nimirum in uxoris parentela de lege nupriarum regula cuftodienda eft. Quia ergo conftat eos duos effe in carne una, communis illis utrimque parentela effe credenda eft, ficut fcriptum eft: *erunt duo in carne una.*

Gen. 2. Matth. 19.

XXXI.

Modus tempufque pœnitentiæ peccata fua con-

ANNO CHRISTI 847.

confitentibus, aut per antiquorum canonum institutionem, aut per sanctarum scripturarum auctoritatem, aut per ecclesiasticum consuetudinem imponi debet a sacerdotibus, Nam qui pro peccatis gravibus leves quosdam & inutilitates imponunt penitentiarum modos, & conflumine pulvillos, secundum prophetiam sermonem, sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite universæ ætatis ad tapiendas animas. Sed diligentio servanda est inter poenitentes, qui publico, & qui absconse pœnitere debeant. Nam qui publice peccat, oportet ut publica malefactor pœnitentia, & secundum ordinem canonum pro modo delicti excommunicetur, & reconcilietur. Pœnitentes vero tam explerionem conflituri temporis, quam facinoris remissionem desiderent, nec eis sufficiat, si a quarundam rerum perceptionibus abstineant, ni se etiam a noxiis delectationibus fubtrahant: declinantes autem a malo faciant bonum, inquirentes pacem, & eam quantur illam. Multa quidem alia per diversas quæstiones coram nobis allata sunt, sed pro brevitate temporis in præsenti concilio omnibus respondere, & ea absolvere non potuimus. Hæc vero quæ vobis transmissa sunt patrimus ut vestra auctoritate firmentur: & , si quis adversarius illis existere voluerit, prævalere non permittatur. Dei enim cooperatores vos esse debetis, & adjutores sanctæ ejus ecclesiæ, quatenus religionis Christiana incorruminata temporibus regni vestri vigue in finem ferveatur.

ANNO CHRISTI 847.

NOTA SEVERINI BINII.

SAnctiſſimi prædeceſſores noſtri, Stephanus videlicet, Eugenius atque Leo ſynodali decreto tale nefandum conjugium beri prohibuerunt, dicentes: *Ut conſobrinam, neptem, novercam, ſocrus uxorem, vel etiam quamlibet de propria conſanguinea, nullus præſumat ſibi in conjugio copulare, dicit Apoſtolus cum illis pariter jubemus, ut nullus fidelium relinquat uxorem. & illa virorum alterum duxerit, ſeparentur: nec liceat ei uno tem-*

ANNO CHRISTI 850.

pore duas habere uxores, uxoremve & concubinam. Jubemus etiam, ut nulli faceredotum, mul- tique laicorum liceat res immobiles ſub qualibet occaſione a piis & venerabilibus locis ſubtrahere, & in proprio uſu habere: qui vero præſumpſerit, canonicis ſubjacerat correctionibus. Vide ſupra canonem XVI. XXVII. & XXVIII.

Hincmarus Remenſis opuſculo de presbyteris crimi- natis, quod eſt XLVII. *tomo* II. *harum ſynodorum canones aliquot profert.*

CAp. XI. Et in ſynodis Romanis Eugenii & Leonis quarti decretum eſt: *Si epiſcum ſacerdotum, id eſt, epiſcopus, presbyter, vel etiam ſubditorum de quorumque famina.* &c. ut can.xv.

Cap. XII. Inde in ſynodo Romana ab Eugenio & Leone quarto celebratis decretum eſt: *Quamquam ſacerdotum teſtimonium credibile habeatur*, &c. ut can. XVII.

Cap. XIII. Et in eadem ſynodo Romanis apoſtolicorum Eugenii atque Leonis quarti, ubi ſacerdotum poſt condemnationem elſe oportuit conſtitutum eſt: *Ut ſacerdos contra quemlibet ſuæ in ordinem eccleſiaſticum provellus* &c. ut cap. XIV.

Cap. XIV. Et in ſynodis Romanis apoſtolicorum Eugenii atque Leonis quarti, de pervaſione quali pro parte eccleſiæ facta decretum eſt: *Si ſi quiſpiam iuvaſus comprehenſus dicat*, &c. ut can. XVII.

Et in eadem ſynodo decretum eſt, ut epiſcopi univerſique ſacerdotes habebant advocatos: *Quia epiſcopi, univerſique ſacerdotes* &c. ut can. XIX.

Et item ibi, de his qui advocatos invenire nequeunt: *Si enim quiſpiam ſacerdotum fuerit inopportunus* &c. ut can. XX.

De Anaſtaſii presbyteri titulo B. Marcelli iterata excommunicatione, ex annalibus Francicis Bertiniania Fran. Chiſiano tomo III. *ſcriptorum Francicorum publicatis, ad an. Chriſti* DCCCLXVIII.

QUarta feria poſt initium quadrageſimæ factione Arſenii ſilius ejus Eleutherius filiam Adriani papæ ab alio deſponſatam dolo decepit & rapuit, ibique conjunxit. Unde idem papa nimium eſt contriſtatus. Arſenius ad Ludovicum imperatorem perrgens in Benevemtum infirmitate corripitur, & theſaurum ſuum in manibus Ingelbergæ imperatricis commitrens, & ſi dicebatur, cum damonibus confabulans, fine communione abiit in locum ſuum. Quo mortuo Adrianus papa apud imperatorem miſſo obtinuit, ut præfatum Eleutherium ſecundum leges Romanas judicarent. Iſdem vero Eleutherius conſilio ut ferunt fratris ſui Anaſtaſii, quem-bibliothecarium Romanæ eccleſiæ in recordio ordinationis ſuæ Adrianus conſtituerat, Stephaniam olium uxorem ipſius pontificis, & ejus filiam, quam ſibi rapuit, interfecit: & iidem Eleutherius a miſſis imperatoris occiſus eſt. Adrianus vero papa congregans ſynodum, ſuprafatum Anaſtaſium hoc modo, ſicut ſubſequitur, poſt damnationes in eam latas iterum condemnavit.

Excommunicatio quam fecit Leo epiſcopus de Anaſtaſio presbytero, & poſtea Adrianus.

Hac in imagine in dextera parte ſcripta ſunt.

IMperantibus dominis noſtris Lothario & Ludovico Auguſtis, menſis Decembris die XVI. in-

ANNO CHRISTI 850.

dictione XIV. Leo epiſcopus ſervus ſervorum A Dei. Anaſtaſius presbyter cardinis noſtri, quem in titulo beati Marcelli ordinavimus, quique ſecedens ab eo ad alienas parochias abique noſtra pontificali ſcientia demigravit eſt; quem per miſſos & literas noſtras vocavimus, & pro quo dominos imperatores ſupplicavit per miſſos noſtros, ut eum ad ſuam parochiam redire juberent: qui nunc illuc latitando in ipſa demigratione per hominum morates eſt, & ad duo vocatus concilia noſtra minime venit; ſed neque inventus eſt. Quia ut prædiximus, veluti ovis errans extranea regionibus ſuadente diabolo inhabitat; ſecundam canonica inſtituta ex Dei omnipotentis, & beati Petri apoſtoli, noſtraque ſimul apoſtolica auctoritate, ab hodie ſit communione privatus. Ipſe nec ſpecialis præſentia in canonico judicio fuerit præſentatus: & ſi non venerit, nonquam communicet. Poſt Romanum pontificem in hac excommunicationis ſententiam archiepiſcopus Ravennatis & Mediolanenſis, aliique numero LXXV.

Hac in imagine in ſiniſtra parte ſcripta ſunt.

LEo epiſcopus ſervus ſervorum Dei, omnibus epiſcopis, presbyteris, diaconibus, ſubdiaconibus, & univerſis clericis, cunctoque populo Chriſtiano. Quod bene ac pleniter nobiſcum ſimul, cariſſimi fratres, ſcitis; nunc iterum pro cautela & memoria temporum futurorum dilectioni veſtræ cognitum eſſe volumus: quomodo inſtigante ac ſuadente diabolo Anaſtaſius presbyter cardinis noſtri, quem nos in titulo beati Marcelli ordinavimus, contra ſtatuta patrum propriam eccleſiam deſeruit, ece jam per quinquennii tempus per alienas parochias veluti ovis errans diſcurrit. Quem etiam auctoritate ſuffulti canonica apoſtolicis literis per tertiam quartamque vicem vocavimus. At ubi ordine diſtulit, duo pro eo epiſcopos ad noſtram congregavimus, quorum conventa cum ejus non potuiſſemus videre vel habere ſpecialem præſentiam, communi cum decreto ſancta communione privavimus, volentes ſiquidem ſuam per hujus excommunicationis cenſuram ad gremium ſanctæ, a qua diceſſerat, matris eccleſiæ perſonam redacere. Sed apoſtolica monita ſanctique concilii pro nihilo ducens, erroris intertitas caligine redire nullatenus voluit. Proinde ſcus Ravennæ nobis deputatus de eo in eccleſia beati Vitalis martyris, menſe Majo, die XXIX, indictione prima, ore propio; nunc iterum in eccleſia beati Petri apoſtoli menſe Junio, die XIX, indictione ſuperius annotata, ſimiliter pnomulgavimus, ſit ille a ſanctæ patribus & a nobis anathema, & omnes qui ei in electione, quod abſit, aut pontificatus honore adjutorium præſtare vel ſolatium quodcumque voluerint, ſimili anathemate ſubjacean. Poſt Romanum pontificem in hoc anathemate conſenſerunt Joannes archiepiſcopus Ravennatis, Nottingus & Singiffredus epiſcopi domni imperatoris, & ſex epiſcopi ad præditum archiepiſcopum pertinentes, quorum nortitiam non recolimus; & alitram ex Romana urbe, quam ex aliis numero LVI. abique presbyteris & diaconibus ſanctæ Romanæ eccleiæ.

Super variis operibus hac ſcripta ſunt.

IN nomine Patris, & Filii, & ſpiritus Sancti, incipit ſancta ac veneranda ſynodus, quæ per domini gratiam, & ejus diviuum conſilium congregata eſt in eccleſia beati Petri apoſtoli, anno ſcilicet pontificatus ſanctiſſimi ac coangelici & univerſalis quarti papæ Leonis ſeptimo, atque invictiſſimorum Lotharii ac Ludovici imperatorum anno imperii quadrageſimo ſecundo, menſe Decembri, die VIII. indictione II. In hac ſiquidem ſancta ac venerabili ſynodo domini ſolariante gratia nobiliter celebrata, poſt diverſas epiſcoporum ſacerdotumque vel ſuccurſiones, atque omnium Chriſtianorum plus ac ſalutiferas admonitiones & exhortationes, decretum eſt juſte atque canonice Anaſtaſium presbyter tituli ſancti Marcelli, eo quod contra auctoritatem canonicam propriam parochiam deſeruiſſet per annos ſcilicet quinque & in alienа ad uſque hodie demoratur. Et neque vocatus, neque excommunicatus, & ad ultimum anathematizatus, ſicut de eo in hac ſynodo veridica pictura demoſtrat, ad congregata deo pro eo epiſcoporum concilia venire noluit. Ideo tam a ſummo pontifice, quamque ab univerſis epiſcopis hujus ſynodi ordentibus, ſeu noſtrum LXVII. ob ſuam ſtultam audaciam meritо, ut prædiximus, eſt depoſitus, & ſacerdotali honore privatus, anno deinque menſe ac die, atque indict. ut ſupra.

Hoc uſque Leo pontifex ſcribi juſſit.

Poſt mortem vero jam dicti Leonis digne memoriæ præſulis, ipſe anathematizatus atque depoſitus Anaſtaſius, ſeculari potentis rediens ab abditis, quibus ſicut ſæ latitaverat, locis, diabolica fraude ſeductus, ineritiſque caligine, latronum more hanc quam non deberat intrare eccleſiam invaſit; nefas etiam ſus atque barbarus, ad perditionem ſuæ animæ atque periculum, hujus venerandæ ſynodi ſanctionibus contrarius atque reſiſtens, ſæ quacibus picturam deſtruxit, imaque depexit. Quam beatiſſimus papa Benedictus atque egregius reſtauravit, & luciſluis coloribus decoravit.

Adrianus epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Omni Dei eccleſiæ notum eſt, quid Anaſtaſius tempore prædeceſſorum noſtrorum pontificum geſſerit, ſed & qualiter ab eis de illo ſanctæ recordationis Leo & Benedictus emiit præſules inſtituerint, paſam eſt cunctis. Quorum unus cum depoſuit, excommunicavit, & anathematizavit: i alter vero facerdotalibus exſpolians veſtimentis inter laicos in communione recepit. Deceſſor itaque noſter ſanctiſſimus papa Nicolaus eum poſtea, ſi fideliter erga ſanctam Romanam eccleſiam recederet, in gremio ejus modo recepiſſet eccleſiæ. Sed indefeſſus ejus nunc in tantum apparuit, ut poſt deprædationem patriarchii noſtri, ablationemque ſynodalium ſcripturarum, quas tam ſuper ſe, quam ſuper hujuſmodi a ſanctiſſimis præſulibus diverſis temporibus decretas repererat; inſtitutionem quoque venerandæ ſynodi ab ipſis ſanctis pontificibus factam, atque ſub interpoſitione anathematis retractam, violari nobis ſubripiendo fecerit: & homines ad feminandum

ANNO CHRISTI 870.

dom inter piissimos principes & ecclesiam Dei A dilcordias, per muros hujus civitatis more fa-
cis extre corgerit : quemadmodum Adelgrimus ad ecclesiam confugium faciencos occulta & lin-
gua privari fuggesserit. Modo vero, sicut multi vestrum mecum a quodam presbytero confan-
guineo ejus nomine Adone audistis, & alii mo-
dis nobis revelatum est, beneficiorum quoque nostrorum immemor hominem ad Eleutherium misit, exhortans homicidia perpetrari, quæ fi-
eri licite, prob dolor fa&a funt. Et ideo pro his omnibus, & pro aliis multis, quibus ecclesiam domisi percutit atque lasit, quam etiam lubdo-
lis machinationibus lacerare tandem non desi-
fit, auctoritate Dei omnipotentis, omniumque fanctorum patrum, ac venerandorum concilio-
rum, prædictorumque pontificum, simul & judicii nostri fententia lumus, illum eumdem Anaftafium effe tenendum, quemadmodum de eo iidem domni pontifices Leo & Benedictus folemniter & lynodice ftatuerunt; nihil in ejus anathemate vel cafu penitus adjungentes vel minuentes, nifi ut omni communione ecclefiaftica privatus exiftat; donec de omnibus qui-
bus imputetur, nobis coram pondo rationem ponat; & qui cum eo in locutione, cibo, vel potu communicaverit, pari excommunicatione cum eo teneatur annexus. Quia pro eo quod ablens fe petens, quod fibi tertens interdictum fuerat, temere ulurpavit, ac veritum locum confcendit, fatis noftra cecleha murmuravit, & murmurat. Sane fi vel ab urbe Roma quan-
tifper difcefferis vel facerdotium, vel cleri-
lem aliquem ordinem five miniftrium quod-
libet repetere aut recipere præfumpferis ; quia contra ftatuta præfatorum patrum, contraque jusjurandum quod pollicitus eft, nunquam fe ab urbe plus XL. millibus abfceffurum, facerdo-
tium, vel gradum clericalis effe miniftrii pe-
titurum, facere videbitur : cum omnibus fau-
toribus, confentaneis & fequacibus fuis ana-
themate perenni fubjacebat. Prolata in conlpecta nonas X. Kal. ecclefiæ ante fanctæ eumdem Anaftafium apud S. Praxedem poftea, anno pontifi-
catus domini Adriani fummi pontificis & univer-
"Anno Chri- fi 161. falis papæ II. per te Idus Octob. Indict. II."

Explicit fynodus Leonis IV.

NOTA LUCÆ HOLSTENII AD cap. XXXIX.

Tantam fuperfluitatem presbyterorum Ioannem. Succe-

ANNO CHRISTI 870.

dentes qui non funt e canone vocentur fuperflui nempe a fuffimiano Noviil. 123. cap. 1. Porro qui fervatis his di-
cuntur facerdotes, in collectione Hiarmi Remenfis archie-
pilcopi, Ingonetis & Vicarii vocantur can. 36. Sed Leo pa-
pa multo latius hoc loco accipit pro quibuscunque ec
clefiæ diœcesi facerdotibus.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Concilium.*] De rebus in hac fynodo geftis in vita Leo-
nis papæ IV. hæc fcribit Anaftafius : *Et tunc certam omni-
bus quadragefimam & duo capitula &c.* Et paulo poft : *In hac
denique 3ª[3] cetera fynodo Anaftafium presbyterum cardinalis
tituli Sanctæ Marcellæ in omnibus canonice eft depofitus, ac
quod parricidium fuum per annos quinque contra canonum
inftituta defenderit, & in alienis ufque hodie demoretur.
Qui neque ad data pro eo a quibuscunque concilia meritis valens
neque per apoftolicas epiftolas, neque per tres successores epi-
fcopos, Nicolaum videlicet, Hadrianum, & Ioannem
idem merito non confcenfit, fecundum quod de talibus facris
conftituunt canonibus, cum fenfu fynodus depofuit, & fa-
cerdotali honore privavit, anno, menfe, die, & indictione
fuperius annotatis.* Hic Anaftafius fummi pontificatus
libidine incenfus, defenfu Dei, præcibus eft ad irrepa-
torem, cujus opera & auxilio pontificatum obtinuerit. Cui
dum per omnia commenta, ut in ecclefiarum pontifici li-
te manum injiciat, perfuadebat, idque pontifici intimi-
fcet, revocatus eft in urbem. Verum communicare recu-
fans recedens, omnium cruduria ecclefiaftica prædixit, ea-
que gradu depofitus hanc fententiam fynodalem fubinde
Capitulorum in hac fynodo edonorum magnitus fcptem rei-
tera funt fegna in concilio Romano fub Eugenio papa ce-
lebrato : reiqueftanum octarum ex fynodo Romæ habita fub
Zacharia : nimirum, ut fecerat Leonis papa iuus, cum aliis
omnibus reperiuntur, inquit Baronius, *in plerisque anti-
quis ecclefiæ manufcriptis, ex quorum emendatior exem-
plari, quod ab ad Arnoldi Augufteni ex Hifpania ftenum
miffum eft, hic defcribenda putamus duntaxat alia illa,
quæ ultima loco pofita, aliis vetus abfolutis, canonibus
damnationem ipfius Anaftafii presbyteri cardinalis mino-
rem digna.* Sperio fatorum, ut aliquis amans rerum ve-
clefiaftiarum integra ex tenorum codice defcripta hoc lo-
co per appendicem addi & fubjungi procuret.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Veteriscrit concilio fubjicit Sirmondus tenio concilio-
rum Galliæ nono nonnulla, quæ ad Actum ex palatii re-
gnis munitis Pontificum epiftolis ordinationem fpectant, a-
que inter Lupi Ferrarienfis abbatis epiftolas occurrunt n. 98.
& 99. Ea præterquam regius collectus non cum tradoria
Prudentii Trecenfium epifcopi quam idem Sirmondus ali-
bi vulgavit, Nos fi vifum fuerit fuo loco inter appendices
hujufce tomi VIII. collocabimus. Neque rem his fubfcri-
bendum cenfuimus, qui ex his rebus epiftolis accinendari
fatis Sirmondem quandam fynodum, quo merito inter
ac infuas Collectiones noftræ fub finem capitis decimi, lib.
IV. hiftoriæ Gottefcalci adverfus Junlenium illius hæreti-
ci monachi hypoteiaftas.

ANNO CHRISTI 870.

2 CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM,

QUO GREGORIUS SYRACUSANUS EPISCOPUS

Damnatus eſt, anno domini DCCCLIV. tempore Leonis papæ IV.

Acta concilii.

a *Concilium.*] Hæc fynodus auctoritate Ignatii patriarchæ Conftantinopolitani celebrata, atque Romani pontificis auctoritate firmata Gregorium Syracufanum epifcopum fub ratificatione Romani pontificis epifcopatu depofuit. Totam fententiam a pontifice confirmari quidem petitum fuit, fed non impetratum donec vita nova audiretur. Cumque interea Leo [illegible] ad fucceſſorem delata eſt cauſa, B que maximæ tragœdiæ atque diri fchifmatis initium fuit : hac enim occaſione Gregorius Syracufanus animo ulciſcendi ſe in Ignatium patriarchæm Conſtantinopolitanum multis artibus operatus eſt, ut ille a ſede Conſtantinopolitana deponeretur, atque in locum ejus Photius eunuchus ex laico introduceretur, aliaque innumera mala inſeqüerentur.

Cajetanus Sirmondi qui & quos

ANNO CHRISTI 855.

2 CONCILIUM VALENTINUM III.

1 LOTHARII IMPERATORIS JUSSU

In cauſa Valentini epiſcopi celebratum, VI. Idus Januarias, indict. III. anno Chriſti DCCCLV. & Leonis IV. papæ anno VIII. Lotharii ejuſdem imperatoris & Caroli Calvi regis XV.

Ex P. Sirmondo.

TITULI CANONUM.

A

I. *Quod novitates vocum omni ſtudio vitanda ſint.*
II. *De æterna Dei præſcientia bonorum & malorum.*
III. *De prædeſtinatione Dei, electorum ad vitam, & impiorum ad mortem.*
IV. *De redemptione ſanguinis Chriſti : & quæ utor, & non eſt eorum capitulis.*
V. *Quod omnes regenerati a peccatis abluti ſint, non tamen omnes ſalvi fiant.*
VI. *De gratia & libero arbitrio.*
VII. *Ut epiſcopi per civitates minus idonei non ordinentur.*
VIII. *Ut excommunicentur qui poſſeſſiones eccleſiarum invadunt, etiamſi a principe indultas habeant.*
B
IX. *De presbyteris parochialibus, deſignatione baſilicarum : & de his qui baſilicas in prediis ſui coniecrare volunt.*
X. *De nona & decima de rebus eccleſiæ ſubtractis perſolvantur, & decima de omnibus qua poſſidentur.*
XI. *Ut in judicio forenſi juramentum juramento legitime falſo non opponatur.*
XII. *De iis qui ſingulari certamine alios occidunt, vel occidantur.*
XIII. *De his qui matrimonio ſe adjungunt contra rebellos, & auctoritatis ſuæ contemptores.*
XIV. *Ut epiſcopi gregem ſuum nulla oppreſſione lacerent.*
XV. *Ut epiſcopi formam diſciplinæ in omni vita & converſatione ſua ſe intuentibus exhibeant.*
XVI. *Ut verbum prædicationis per ſe vel per alios fideliter adminiſtrent.*
XVII. *Ut viſitationes parochiarum moderate & apte peragantur.*
XVIII. *De ſchiſmate inſurgendo.*
XIX. *Ut metropolitani de vita & opinione epiſcoporum præcipuam curam gerant.*
XX. *Ut abſentibus omnis eccleſiæ fideliter conſulatur.*
XXI. *De commutationibus rerum eccleſiaſticarum nullatenus ad diligentiſſima cura faciendis.*
XXII. *De epiſcopis presbyterorum ergo epiſcopos ſuos.*
XXIII. *Synodi ſententia pro archidiacono eccleſiæ Vienenſis, qui de ſtatu ſui conditione ab æmulis impetebatur.*

C

D

PRÆFATIO.

REgnante domino noſtro Jeſu Chriſto, anno DCCCLV. ab incarnatione ejus, glorioſiſſimo Lotharii imperante XV. indictione III. menſe Januario, VI. Idus ejuſdem menſis, apud urbem Valentinam, in domo baſilicæ ſancti Joannis adjacente. Cum propter cauſam epiſcopi civitatis ipſius criminibus diffamati ; ex juſſione præfati pii principis, reverentiſſimi trium provinciarum epiſcopi in unum collecti reſediſſent, id eſt Lug-

ANNO CHRISTI 855.

lud tantum firmiſſime tenendum eſſe credimus, quod ex maternis eccleſiæ viſceribus nos hauſiſſe gaudemus.

II.

Deum præſcire & præſciſſe æternaliter, & bona quæ boni erant facturi, & malа quæ mali ſunt geſturi, quia vocem ſcripturæ dicentis habemus: *Deus æterne, qui abſcondiſtorum es cognitor, qui noſti omnia antequam fiant, fideliter tenemus, & placet teneri, bonos præſciſſe omnino per gratiam ſuam bonos futuros, & per eamdem gratiam æterna præmia accepturos: malos præſciſſe per propriam malitiam malos futuros, & per ſuam juſtitiam æterna ultione damnandos*: ut ſecundum pſalmiſtam, *quia poteſtas Dei eſt, & ipſe humiliter ſapientes, ut redeat unicuique ſecundum opera ſua*. & ſicut apoſtolica doctrina ſe habet: *His quidem ſecundum potentiam boni operis gloriam & honorem & incorruptionem quærens, vitam æternam: his autem qui ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum*. In eodem ſenſu idem alibi: *In revelatione*, inquit, *domini noſtri Jeſu Chriſti de cælo cum angelis virtutis ejus, in igne flammæ dantis vindictam his qui non noverunt Deum, & qui non obediunt evangelio domini noſtri Jeſu Chriſti, qui pœnas dabunt in interitu æternas, cum venerit glorificari in ſanctis ſuis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt*. Nec proroſus ulli malo præſcientiam Dei impoſuiſſe neceſſitatem, ut aliud eſſe non poſſet, ſed quod ille futurus erat ex propria voluntate, illi ſecuti Deus, qui novit omnia antequam fiant, præſcivit ex ſua omnipotenti & incommutabili inajeſtate. Nec ex præjudicio ejus aliquem, ſed ex merito propriæ iniquitatis creditmus condemnari. Nec ipſos malos ideo petire, quia boni eſſe non potuerunt, ſed quia boni eſſe noluerunt, ſuoque vitio in malitia damnatione nis, vel merito originali, vel etiam actuali permanſerunt.

III.

Sed & de prædeſtinatione Dei placuit, & fideliter placuit, juxta auctoritatem apoſtolicam, quæ dicit: *An non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere vaſa alia in honorem, aliud vero in contumeliam?* ubi & ſtatim ſubjungit: *Quod ſi volens Deus oſtendere iram, & notam facere poteſtatem ſuam, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ aptata ſibi præparata in interitum, ut oſtenderet divitias gratiæ ſuæ in vaſa miſericordiæ quæ præparavit in gloriam*: fidenter fateamur prædeſtinationem electorum ad vitam, & præſtinationem impiorum ad mortem: in electione tamen ſalvandorum miſericordiam Dei præcedere meritum bonum; in damnatione autem perituroruin meritum malum præcedere juſtum Dei judicium. Prædeſtinatione autem Deum ea tantum ſtatuiſſe, quæ ipſe vel gratuita miſericordia, vel juſto judicio facturus erat, ſecundum ſcripturam dicentem: "*Qui facit quæ futura ſunt*". In malis vero ipſorum malitiam præſciſſe, quia ex ipſis eſt, non prædeſtinaſſe, quia ex illo non eſt. Pœnam ſane malum meritum eorum ſequentem, ut Deum, qui omnia proſpicit, præſciviſſe, & prædeſtinaſſe, quia juſtus eſt, apud quem eſt, ut ſanctus Auguſtinus ait, de omnibus omnino rebus tam fixa ſententia, quam certa præſcientia. Ad hoc ſiquidem facit ſapientis dictum, *Parata ſunt derriſoribus judicia, & malleі percutientes ſtultorum corporibus*. De hac immobilitate præſcientiæ & prædeſtinationis Dei, per quam apud eum fixura jam facta ſunt, etiam apud Eccleſiaſtem bene intelligitur dictum: *Cognovi quod omnia opera quæ fecit Deus perſeverent in perpetuum*. Nihil addi poſſe, nihil minui, nec auferre, quæ fecit Deus ut timeatur. Verum aliquos ad malum prædeſtinatos eſſe divina poteſtate, videlicet ut quaſi aliud eſſe non poſſint, non ſolum non credimus, ſed etiam ſi ſunt, qui tamen mali credere velint, cum omni deteſtatione, ſecut Arauſica ſynodus, illis anathema dicimus.

IV.

Item de redemptione ſanguinis Chriſti, propter nimium errorem qui de hac cauſa exortus eſt, ita ut quidam, ſicut eorum ſcripta indicant, etiam pro illis impiis ſuam a mundi exordio uſque ad paſſionem dominicam in ſua imperatore morsti æterna damnatione punitis fuere, effutum eum eſſe, contra illud prophetarum: *Ero mors tua o mors, ero morſus tuus inferne*: illud nobis ſimpliciter & fideliter tenendum ac docendum placet, juxta evangelicam & apoſtolicam veritatem, quod pro illis hoc datum pretium teneamus, de quibus ipſe dominus noſter dicit: *Sicut Moyſes exaltavit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in ipſo non pereat, ſed habeat vitam æternam. Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam*, & apoſtolus: *Chriſtus*, inquit, *ſemel oblatus eſt ad multorum exhauriendа peccata*. Potro capitula quatuor, quæ a concilio fratrum noſtrorum minus proſpecte ſuſceptа ſunt, propter inutilitatem, vel etiam noxietatem, & errorem contrarium veritati: "hæc & alia XIX. ſyllogiſmis ineptiſſime concluſa, & licet jactetur, nulla faculſtri literatura attentia, in quibus commentum diaboli po-

ANNO CHRISTI 855.

potius, quam argumentum aliquod fidei a depehendebitur, a pio auctitu fidelium penitus explodimus, & ut talia & ſimilia caveantur per omnia auctoritate Spiritus ſancti interdicimus. novarum etiam rerum introductores, ne diſtrictius ſcriantur, caſtigandos eſſe cenſemus.

V.

Item ſemiſſime tenendum credimus, quod omnis multitudo fidelium ex aqua & Spiritu ſancto regenerata, ac per hoc veraciter eccleſiæ incorporata, & juxta doctrinam apoſtolicam in morte Chriſti baptizata, in ejus ſanguine ſit a peccatis ſuis ablata: quia nec in eis potuit eſſe vera regeneratio, niſi ſere & vere redemptio: cum in eccleſiæ ſacramentis nihil ſit caſſum, nihil ludificatorium, ſed proſtus rotum verum, & ipſa ſui veritate ac ſinceritate ſubnixum. Ex ipſa tamen multitudine fidelium & redemptorum, alios ſalvari æterna ſalute, quia per gratiam Dei in redemptione ſua fidelitet permanent, ipſius domini ſui vocem in corde ferentes: *Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit*: alios, quia noluerunt permanere in ſalute fidei, quam initio acceperunt, redemptionisque gratiam potius irritam facere prava doctrina, vel vita, quam ſervare, elegerunt, ad plenitudinem ſaluris, & ad perceptionem æternæ beatitudinis nullo modo pervenire. In utroque ſiquidem doctrinam pii doctoris habemus: *Quicumque baptizati ſumus in Chriſto Jeſu, in morte ipſius baptizati ſumus*. & *Omnes qui in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis*. & iterum: *Arcedamus eum vero corde in plenitudine fidei, aſperſi corda a conſcientia mala, & abluti corpus aqua munda teneamus ſpei noſtræ confeſſionem indeclinabilem*. & iterum: *Volumuriæ peccantibus nobis poſt acceptam cognitionem veritatis, jam non relinquitur pro peccatis noſtris*. & iterum: *Irritam quoi faciens legem Moyſi, ſine ulla miſeratione duobus aut tribus teſtibus moritur. Quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcaverit, & ſanguinem teſtamenti polluerum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit?*

VI.

Item de gratia, per quam ſalvantur credentes & ſine qua rationalis creatura nunquam beate vixit: & de libero arbitrio per peccatum in primo homine infirmato, ſed per gratiam domini Jeſu fidelibus eius redintegrato & ſanato, idipſum conſtantiſſime & fide plena fatemur, quod ſanctiſſimi patres auctoritate ſacrarum ſcripturarum, nobis teneudum reliquerunt; quod Africana, quod Arauſica ſynodus profeſſa eſt, quod beatiſſimi pontifices apoſtolicæ ſedis catholica fide tenuerunt: ſed & de natura & gratia, in aliam partem nullo modo declinare præſumentes. Inepras autem quæſtiunculas, & aniles pœne fabulas, Scoto rumque pulites puritari fidei nauſeam inferentes, quæ periculoſiſſimis & graviſſimis temporibus, ad cumulum laborum noſtrorum, uſque ad ſciſſionem caritatis miſerabiliter & lacrymabiliter ſuccreverunt, nementes Chriſtianæ indc concertationi, & excidant a ſimplicitate & caſtitate fidei, quæ eſt in Chriſto Jeſu, penitus reſpuimus, & ut fraterna caritas cavendo a talibus auditum caſtiget, domini Chriſti amore monemus. Recordetur fraternitas malis mundi graviſſimis & periculoſis, meſſe minia, iniquorum, & paleis levium hominum ſe diutiſſime ſuffocari. Hæc vincere ferveat, hæc cõrrigere laboret, & ſuperfluis cœtum pie dolentium & gemeotium non oneret: ſed potius certa & vera fide, quod a ſanctis patribus de his & ſimilibus ſufficienter profecutum eſt, amplectatur.

VII.

Ea quia indiſcuſſi " & inexaminati, ſcientiæque literarum pæne ignari, minuſque apoſtolicæ præceptioni appropinquantes, peccatis noſtris agentibus, per civiates epiſcopi ordinantur; qua occaſione maxime vigor eccleſiaſticus deperit: placuit, ut ſi quando alicujus civitatis epiſcopus " a vocatione domini deceſſerit, & a glorioſiſſimo principe ſuppiicando poſtuletur, ut canonicam electionem clero & populo ipſius civitatis permittere dignetur. Atque ita aut in clero, aut in diaconi ipſa, vel ſi opus ſit, in vicinia ipſius probata & officio digna perſona quærantur, quæ inventa conſenſu totius cleri & populi ad honorem Dei civitati ipſi præficiatur. Sed eſt a ſervitio pii principis noſtri aliquis clericorum venerit, ut alicui civitati præponatur epiſcopus, tinnore caſto ſolicite examinetur primum cujus vitæ ſit, deinde cujus ſcientiæ: & vigore eccleſiaſtico ſub oculis omnipotentis Dei agat metropolitanus in hac parte, epiſcopis ſicut Dei miniſtris adjutorium ferentibus, ne " maculatæ vitæ, & pompis ſæculi " turbidus, & ſimoniaca hæreſi pollutus, humilibus & mundis membris Chriſti, eccleſiæque ipſius ſuperponatur epiſcopus: nec præſumat illiteratum, & cupiditate nimia cæcatum, redditurus facti ſui rationem, populo Dei præficere. Si neceſſarium idem metropolitanus viderit, ne tantum malum cogatur agere, ut indebito honorem bonis tantum debitum tradat, inſtruat populum, informet clerum, potius admire clementiam imperialem, & ipſe cum coepiſcopis quibus valuerit modis adeat, ut eccleſiam Dei glorioſus imperator digno

Deut. 13.

Pſal. 61.

Rom. 9.

1. Tim. 1.

Rom. 8.

Rom. 10.

Hoſ. 16.

Ezech. 18.

Ezech. 33.

Joan. 3.

1. Joan. 2.

Hebr. 10. 20. & 29.

Cap. 19.

Rom. 6.

Rom. 10.

Hoſ. 16.

Ezech. 18.

Ezech. 33.

Joan. 3.

1. Joan. 2.

Ezech. 12.

Matth. 5.

" Hieronym. ep. 146. ad Evangel. Lampadium.

" abſolute omnino denegatis his præpoſitis in ſuſtinendo ſæculi onus.

Vid.

" Ita & in aliis locis.

" Sed & illis capitulis notatum.

ANNO CHRISTI 855.

honorer ministro. Si autem turpiter cupidi- A tare quacumque metropolitanus victus, aut aliquo munere deceptus, tanto opus negligenter & agre fuerit executus, judicium omnia cernentis Dei se incurrere non dubitet, sed & sententia fratrum se noverit esse culpandum.

VIII.

Placuit ne prædia & possessiones ecclesiarum, voto fidelium collatæ cupidis ad invadendum paterent; & ne tali fraude rebus suis vacuarentur & spoliarentur ecclesiæ, ne & glorioforum principum animi subreptione quorumdam talium deceptivis callidisque emendaciis læderentur: ut si quis non meruerunt judicium Dei; & damnationem æternam, & possessiones ecclesiarum, sive expoliare quæ pertinent ad jus earum præsumpserit, excommunicationis sententiam, quousque præsumptionis factum recorrigat, secundum ecclesiasticam censuram ferat. Quod est prætendere hujusmodi filii indultra & concessa ab augustissimis dominis notris, nec sic a sententia episcopi sit liber, (multi enim probantur in similibus mentiri) donec rector ipsarum ecclesiasticarum rerum ad clementes aures principis eandemtam male facti cum precibus ecclesiæ deferat, ut ejus judicio & moderatione res unde agitur deliberetur, & is qui caritate fuerit privatus ecclesiæ, tunc, si dignus est, absolvatur.

IX.

Item quia parochiales presbyteri graviſſime & indigne a sæcularibus premuntur, nullaque reverentia sacerdotali gradui ab aliquibus servatur: & qua possessiunculæ, vel dotes basilicis collatæ irreverenter auferuntur, duriſſimoque servitio exercentur, quod clamor sacerdotum, & ruinæ etiam basilicarum produnt, placuit ut ipsi presbyteri sub episcopis, quibus administres sunt, maneant, & sub matre ecclesia liberi & quieti officium ecclesiasticum exequantur: dotes vero a fidelibus designatæ basilicis, ad hoc quod fluxurus est ab eis vendicentur, nullaque redhibitio census inde a quoliber sæculari exigatur, sed quod canonice tantum ordinatum est suppleatur. Si quis autem sæcularium nostrum hanc ordinationem confundere præsumpserit, ab ecclesiæ communione se noverit extraneum, cujus institutionem temere contempsit. Sed & ipsi sæculares & fideles laici, si condere voluerint basilicas in prædiis suis, sicut edictum piissimorum Augustorum continet, unam ex omnibus vestitam cum tribus mancipiis donationis gratia eis conferant, nisque episcopum ejus, & sanctæ matri ecclesiæ, eandem basilicam subministrent. Aliter vero nos earum ordinationem scimus non impleturos. Illi autem qui dotes ecclesiarum auferre, dure servitium ab eis exigere, insuper eorum inerumpi periculum sacerdotibus intentare, si actiones non meliorraverint, eorum excommunicationi nos addere noverint destructionem penitus talium basilicarum, locumque alium sub pace meliori sirum quæsturos, ibique pacificam basilicam consecraturos.

X.

Sed & de fiscis & villis quas constat dominio ecclesiæ a fidelibus olim fuisse contraditas, & nunc poteſtati sæcularium subditas voluntate eorum ordinari, placuit, ut sicut edictis principum justum est, nonæ & decimæ ipsis ecclesiis, unde subtractæ sunt, fideliter perfolvantur. hi qui eas retinuerint, ut sacrilegos noverint se ab ecclesiæ liminibus pellendos. Sed & decimas suas omnes fideles promptissime Deo offerant de omnibus quæ possident, nec ullis oppositionibus quod fructum est permuare audeant, nec forte cogantur eos districtione ecclesiastica ferire. Usurarum etiam turpis lucra literum canonica severitate inhibemus.

XI.

Quia impia & Deo inimica, & Christianæ religioni nimis contraria, ex iniquissima ac detestabili constitutione quarumdam sæcularium legum consuetudo invaluit, ut in forensi judicio sedigantes ex utraque parte contendentium æqualiter juramentum dare cogantur, ubi sine dubio duobus contra se juratribus unus perjurus efficitur: tanti sceleris immanitatem, & animarum perditionem dolemus, flatuimus ut quicumque uno juramento legitime dato, quod secundum legem divinam humanamque controversiæ finis esse debet, alterum e contrario juramentum opponere præsumpserit, ab ipsis liminibus ecclesiæ, quæ sua impietate profanavit, excludus, omnium Christianorum consortio atque convivio reddatur extraneus, nisi se continuo admonitus ad agendam pœnitentiam tanti reatus humili satisfactione inclinaverit.

XII.

Et quia ex hujusmodi juramentorum, immo perjuriorum, contentione etiam ulque ad armorum certamina foler prorumpi, & crudelissimo spectaculo effundi cruor belli in pace, flatuimus juxta antiquam ecclesiasticæ observationis morem ut quicumque tam iniqua & Christianæ paci inimica pugna alterum occiderit, seu vulneribus debilem reddiderit, velut homicida nequissimus, & latro cruentus, ab ecclesiæ & omnium fidelium cœtu separatus, ad agendam legitimam pœnitentiam modis omnibus compellatur. Ille vero qui occisus fuerit, tamquam sui homicida, & propriæ

ANNO CHRISTI 855.

priæ mortis spontaneus appetitor, dominicæ oblationis commemoratione habeatur extranea, nec cadaver, juxta sanctorum canonum decretum, cum psalmis vel orationibus ad sepulturam deducatur. Super quibus duobus tieulis, propter tam funesta & horrenda animarum vel etiam corporum exitia, Christianissimi imperatoris pietas sacerdotali omnium nostrum supplicatione imploranda est, ut tantum malum a populo fidelium suis publicis sanctionibus amoveat, & nostrum super hoc tam necessarium ecclesiasticum decretum propria auctoritate confirmet.

Sequetur die hac literarum a reverentissimis episcopis suis facta executio.

XIII.

Ut tanta inter nos largiente domino caritas & unitas teneatur, ut quoties aliqui in populis quibus regendis præesse dignoscimur, adversus ecclesiam & sacerdotalem auctoritatem conspiratores & rebelles existunt, tanta instantia invicem & literis & verbis juvare studeamus, ut pondere ecclesiastici vigoris retusi & prossi, vel humiliatem pœnitentiæ compellantur, aut si ab una ecclesia fuerint excommunicati, in nulla alia falso & furtive communicandi inveniant fauculatem. Placet firmatum.

XIV.

Ut unusquisque nostrum in clero & populo, & sacerdotibus, ac monasteriis sibi commissis, solicita & paterna pietate provideat, ne propter aliquas oppressiones pestiferis murmurationibus, & querimoniis ac detractionibus adversus eorum pastores suos inferviant: quia per hæc caritatis vinculum, quod præcipue inter pastorem & gregem Deus requirit, & quod nos singulariter Deo jungit, nimis dolenter solvitur: & recedente Deo, qui in scissura mentium habitare non potest, & gravissima quæque damna & mortes animarum fiunt: ita ut si hæc negligantur, non jam pastores, sed interfectores, quod absit, Christi ovium inveniamur. Placet firmatum.

XV.

Ut de vita & religione sua unusquisque, tam in converſatione sua, quam etiam in habitus & vultus ac sermonis gravitate, talem se domi forisque & suis & extraneis exhibere studeat, ut maturitate morum, & repudiatione omnium levitatum ac vanitatum omnibus sibi adhærentibus, seque imitantibus, germanæ disciplinæ & verecundiæ ac modestiæ infundat. Placet firmatum.

XVI.

Ut unusquisque nostrum sive per se, sive per aliquem vel aliquos ex ministris ecclesiæ fideliter doctos, ita verbum prædicationis, tam in urbe, quam foris, in plebibus exhibeat, ut omnino eis admonitio & exhortatio salutaris deesse non possit: quia ubi verbum Dei fidelibus non ministratur quid aliud quam vita animæ subtrahitur? Placet firmatum.

XVII.

Ut ipsa vifitatio plebium & parochialium sacerdotum, tam moderate, & inquantum fieri poteſt, juxta canonicam institutionem fiat, ut manifestum sit, sive per nos, sive per nostros, sola ibi animarum lucra perquiri, nec aliquem importunitate & nimietate gravari & contristari, ne verbum domini & doctrina blaſphemetur. Placet firmatum.

XVIII.

Ut de scholis tam divinæ quam humanæ literarum, nec non, & ecclesiasticæ cantilenæ, juxta exemplum prædecessorum nostrorum, aliquid inter nos tractetur, &, si poteſt fieri, flatuatur atque ordinetur: quia ex hujus studii longa intermissione, pleraque ecclesiarum Dei loca & ignorantia fidei & totius scientiæ inopia invaſit. Placet firmatum.

XIX.

Ut singulis metropolitanis cum suffraganeis suis cura præcipua sit de vita & opinione solum totius cleri, sed etiam ipsorum episcoporum, ne se per culpam vel negligentiam suam tales exhibeant, qui merito apud laicos viles atque infames, ac per hoc in ipso sacro ministerio contemptibiles habeantur. Placet firmatum.

XX.

Ut thesaurus, sive miniſterium vel ornamentum ecclesiarum, fideliter devotioni eorum, qui eas hæc vel ad honorem domus Dei, vel ad sustentationem familiæ ecclesiasticæ, si necessitas egerit, obsulerunt, custodiatur, nec quidquam ex eis nisi juxta institutionem canonicam fieri permittatur. Placet firmatum.

XXI.

Ut de communationibus rerum ecclesiasticarum diligentissima adhibeatur cura, ut vel juxta interdictum & obsectationem sacrorum canonum nullatenus fiant, vel certe fraudulenta & nequitia quorumdam in hac re ira coerceatur & amputetur, ut ecclesia Dei suis prædiis & facultatibus ram impudenter & dolenter minime spolietur. Quia cum ipsæ res ecclesiarum a piis & fidelibus Deo oblatæ, juxta antiquorum patrum sententiam, nihil sint aliud nisi vota fidelium, patrimonium pauperum, redemptio peccatorum: si eas fideliter & integre ecclesiasticis usibus non defendimus, & in eos qui obtulerunt, & in Deum, cui oblatæ

ANNO CHRISTI 859.

tæ fuæ, gravissimo nos reatu implicamus. A Placet firmatum.

XXII.

Ut de servitio presbyterorum erga episcopos suos conseruando, ut nobis videtur, valde reprehensibilis amputetur, ut scilicet quoties episcopus statuto tempore visitationem & prædicationem per eosdem sacerdotes & populos non exercet, nequaquam ab eis pro solito servitio pecunias exigat. Hoc enim & B. Job per similitudinem terræ fruticeræ & agricolarum ejus, id est ecclesiæ sacerdotum, significat, dicens: *Si fructus ejus comedi absque pecunia, & animam agricolarum ejus afflixi:* docens nequaquam absque pecunia, id est prædicationis verbo vel precio, ecclesiasticæ stipendia usurpanda; nec improbitate aliqua agricolarum, id est consacerdotum & collaborantium animas affligendas. Quod apertius declarant etiam verba apostoli dicentis: *Non alligabis os bovi trituranti*, ut videlicet triturans comedat. & alibi: *Laborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere.* & dominus: *Dignus est operarius cibo suo.* Placet firmatum.

Jac. 5. 1. Tim. 5. 1. Cor. 9. Matth. 10.

XXIII.

Pervenit etiam ad nos unius dolenda & lugubris querela ecclesiæ Viennensis per venerabilem frarrem & coepiscopum nostrum Agilmarum, qui nobis lacrymabiliter conquestus, quod præfata ecclesia ipsius regimini commissa, propter archidiaconum & præpositum suum, virum benedictum & idoneum, per quorundam secularium violentiam, qui cum nefcimus quibus machinationibus in servitium inclinare niterentur, gravissimam & infedabilem toto jam biennio vel amplius sustinuæ persecutionem: & neque legum vel sacrorum canonum tricennali præscriptione, neque pii principis nostri auctoritate, neque legatorum ejus, tam venerabilium episcoporum, quam illustrium comitum, ceterorumque laicorum legitimo & celeberrimo judicio, neque maximo & idoneo testimonio pagensium, qui jam LXX. & IV. præfati diaconi integram libertatem, juramento legitimo probaverunt, neque totius populi terræ consona attestatione, neque ullo divini timoris respectu, ab eorum infestationibus atque injuriis quiescere finitur: dum post judicia & juramenta legitime & imperiali auctoritate peracta, unus homuncio, contra omnem legem Dei, suo iniquissimo juramento ea infringere potuisse credirur. Et præfati diaconi consanguinei ac propinqui, post mortem illius decessoris materiolæ, cujus nocissima ingenia, semper ideo juramento firmata est, diversis oppressionibus & calamitatibus, insuper & exilio violentissime ac nequissime exagitantur. Unde omnes gravi dolore permoti, & memores divinæ legis dicentis: *Judicate munus judicium, & erunte vi fra. 22. oppressum de manu calumniatoris*, & iterum: *Eruu eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare ne cessa*: & quia proprie episcopale ministerium est, ut omnium usque laborantium & oppressorum causas pia propugnatione fulleveret, & maxime pro ecclesiasticis necessitatibus paterna sollicitudine defudent; ne tantum malum ad perturbationem ecclesiarum Dei convalescat, & tam aspere discipulorum religionis evertat, ipsi ministerii nostri necessitate compulsi, & ecclesiæ laborantis compassione provocati, statuimus ut quicumque ex præfatis viris post tot juramenta legitime decreta & probata, & regalis auctoritatis judicio celebrata, quibus etiam de reipublicæ statu, quanto magis de paucorum hominum capite, omnis debuit querelæ finiri, præsumtum archidiaconum, amplius, sed in sua, vel in propinquorum suorum persona, in quolibet ex nostris episcopatu, sive comitatu, inquietare, vel quæcumque eorum sunt invadere, seu diripere, præsumpserit, nos ab omni ecclesiæ cœtu, & omnium nostrum consortio, tamquam vere impugnator justitiæ & totius religionis, usque ad satisfactionem pœnitentiæ excommunicatus habeatur. Illum etiam, qui tot juramenta legitima, suo impio juramento velue evaduere audfus est, simili ex die communionis ecclesiasticæ damnamus, nisi se ferius communicatione humiliter petierit submittat, quatenus & hoc legum, & pax ecclesiarum, sub tutela pii principis nostri integro jure salva consistere valeat. Quod judicium nostrum ram necessarium & publicæ disciplinæ ecclesiasticæ defensioni, omnino lupliciter postulamus ejusdem pii principis auctoritate muniri.

ANNO CHRISTI 860.

EXEMPUM LEGIS

de confirmando judicio episcoporum.

Imperator Conflantinus Augustus Adriano præfecto prætorio.

REligionis est, clementiam nostram sollicitari voluisse, quid de sententiis episcoporum vel ante moderatio nostra cenluerit, sed hanc servari cupimus: Sanximus namque, ut si quis ex his, qui contra Scripturas sanctas & religionem Christianam aliquid sentire videntur, ad nostri fententia terminatum. Sive itaque inter ministros, sive inter majores ab episcopis fuerit judicatum, apud vos qui judiciorum summam secutus, & apud ceteros omnes judices, ad executionem volumus pertinere. Multa enim, quæ in judicio captiosæ præscriptionis vincula promi non patiuntur, investigat & promit sacrosanctæ religionis auctoritas. Omnes itaque cunctæ, quæ vel Prætorio fuo, vel civili tractantur, episcoporum sententiis terminatæ, perpetuo stabilitatis jure firmentur: nec liceat ulteriores retractari negotium, quod episcoporum sententia decidit.

ANNO CHRISTI 861.

SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM.

Remigius indignus ecclesiæ Lugdunensis episcopus hanc fynodalem definitionem subscripsi.

Agilmarus ecclesiæ Viennensis episcopus hanc fynodalem definitionem subscripsi.

Agilmarus

• Rodlandus ecclesiæ Arelatensis episcopus hanc fynodalem definitionem subscripsi.

Ebbo Gratianopolitanus episcopus hanc fynodalem definitionem subscripsi.

Ebbo

Ragenstrudis indignus episcopus ecclesiæ Avenionensis hanc fynodalem definitionem subscripsi.

Ragenstrudis

Elias vilis episcopus hanc fynodalem definitionem subscripsi.

Baldemarus humilis episcopus hanc fynodalem definitionem subscripsi.

Richardus episcopus hanc fynodalem definitionem subscripsi.

Audinus chorepiscopus subscripsi.

Reliqua subscriptiones in manuscriptos excisa.

" In Vaticano manuscripto codice additur, ut ad admonitis Hostiensus.

CAPITULUM LEGIS " GONDOBADI.

Omnes omnino caufæ quæ infra 50. annos motæ non fuerint, non merentur pulsari de originariis & colonis 30. annorum. . . . . qui hoc tenuerit præscriptionis 30. libertatis effe damnandos. Et hoc in vetus. . . . legum antiquarum invenitis positi. Cadiorum ita fallor Visigothorum invelligo lib. 10. tit. 2. aut cod. legum Burgundionum tit. 79. S. ubi hæc fere verba integra.

NOTA JACOBI SIRMONDI S. J.

Zaharii *Imperatoris lapsu.*] In ea enim regni parte, quæ Lothario in divisione Imperii obtigerat, fine mora Valentia & reliquæ civitates quarum episcopi huic Concilio

ANNO CHRISTI 850.

lio fubtribuere. Inter hos Ebbo Gratianopolitanus, Ebbonis Abrincatis nepos, & monachus olim fandi Remigii, quem fic primum in concilio cæpisse subscribere habetur docet Hincmarus in priore epistola ad Carolum Calvum, apud Flodoardum lib. 3. cap. 15.

Reliqua quærunt.] Illa nimirum, quæ ab Hincmaro contra Gothefcalci errores compofita fynodus apud Carifiacum anno 849. approbata fuiffe ait, ut in ejus fynodi actis videre eft. Quæ a Valentina fynodo tunc explata, & ab auctore ipfomet, Lugdunenfi ecclefiæ commiffa, confutata in libello de tenenda fcripturæ veritate, Hincmaro idem fcripturarum corruptor teftimoniis confirmatæ contata eft poftremo opus adverfus Gothefcalcum.

Alia XIX. *Syllogifmi.*] Joannis Erigenæ Scoti, (fic enim, cum Engelbam, vocare libri manufcripti) ejus opus in Bibliotheca Cenbojenfi de unica prædeftinatione libris cuperam 19. ad Hincmarum & Pardulum epifcopos. Cenere hunc autem Joannis Scoti librum fcripfit, non folum Hincmarus Rhemenfis diaconum eccleliæ Lugdunenfis, cujus refponfio ecclefiæ Lugdunenfis nomine vulgata eft, verum etiam Prudentius Trecenfis epifcopus epiftolam fuam nondum editam, quod in bibliotheca Thuana nunc vifitur.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Concilium.] Oratio hujus fynodi congregandæ præcipua illa fuit, quod Scoti quidam " nati homines quorum præcipua Gothefcalcus erat, de prædeftinatione & præfcientia Dei . . . . de gratia & libero arbitrio quæ nonnulla in nuligas fcripferant laborarent. Ex quibus dum cubiculo dodtorum monachorum ecclefiæ concrepantia, epifcopi adverfarii audirent eafdem contrectare, nihilque aliud in ecclefiam inducendum effe cenfuerunt, quam quod Lugdunenfes patres dudum ecclefiæ fuæ dederant, fuccurrere decuiffet, quodque patres concilii Carifiacenfis in Africa, & Auxiliarii Orange in Gallia obtinuit, ante aliquot fecula hæc de ar deftinatione; nimirum bonos nonnifi per gratiam Dei falvari, malos vero per fuam iniquitatem damnari; non ideo quod (ut illi ajebant) hoc effe non poterunt, fed quia effe nolucrunt; De Gothefcalco epifcopo creato dixi plura fupra in concilio Mogutino II. fub Rabano archiepifcopo. Poft hæc in eadem fynodo ad corrigenda multa quæ per latera ecclefia infinuabantur prava conveni, reliqua capitula ad nonos ecclefiæ pertinentia redigebantur.

Oratio concilii præfixa.

Quo tempore in ecclefiam fuam.

Leonis IV. papæ anno VIII.] Rotarum eft hadtenus in tenuio, dum fub Benedicto papa fuccefferit Leonis cognomento ecclefiæ Romanæ. Sed nihil eft ambigui. Leo annorum fuerit, cujus Benedictus fuccefferit, annos fub Leone exhaufit nec opportune; quo mentis fuæ ex hac vita migravit . . . .

Vafquius tom. 1. *difput.* 91. num. 191. plura habet quæ ad doctrinam eorum de præfcientia & prædeftinatione dei explicationem pertinentia fit.

CONCILIUM TICINENSE

CISALPINORUM EPISCOPORUM.

In causa disciplinæ ecclesiasticæ celebratum, anno domini DCCCLV. tempore Leonis papæ IV.

Vide pulle nere pag. 1080.

Ex Tom. 3. Concil. edit. Venetæ.

Capitula quæ gloriosus imperator Ludovicus filii epifcopis de ftatu fui regni confederare præcipit.

DE conveftatione epifcoporum, presbyterorum, & ceterorum clericorum, de doctrina & prædicatione in populo, de conferiptione librorum, de reftauratione ecclefiarum, de ordinatione plebium & xenodochiorum, de monafteriis virorum, feu feminarum, quæ fecundum regulam fancti Benedicti, vel ea quæ fecundum canonicam auctoritatem dilpofita effe debent, quidquid in præfatis ordinibus extra ordinem eft, aut per negligentiam præpofitorum

ANNO CHRISTI 851.

vendunt, & fiunt rapaces, aut ecclesiarum vidua- A ta domos suas basilicas habent, in quibus divinum audientes officium, ad majores ecclesias exinde venire consueverunt. Et dum soli afflicti & pauperes veniunt, quid aliud quam ut mala patienter ferant illis præcidandum est? Si autem divites, qui pauperibus injuriam facere solent sunt, venire non * retinentur, admoneri nisque possent, ut eleemosynis peccata sua redimerent, ut a fluxu rerum temporalium se abstinerent. Admonendi sunt igitur potentes, ut ad majores ecclesias, ubi prædicationem audire poterunt conveniant, & quantum duo omnipotentis Dei divinitus & honoribus ceteros antecedunt, tanto ad audiendum præcepta conditoris sui tardiores fiebant. Quidam autem omnes & * vafti mondetiti, presbyteros & clericos nostros exercere (quod pro dolor fieri solet) ubique nostra libertas recipiant. Insuper etiam ubique que ordinatos, & quosdam, de quibus dubium est utrum conferati sunt, in parochiis nostris absque nostra examinatione nisi celebrare facient. Quod ne ulterius fiat, omnimodis eli inhibendum. Quare in ordinandis plebium rectoribus, episcopum nostrum diligenter servemur, & pedibus ambitionis vitium radicitus extirpetur: & neque ob quorumdam propinquitatem, neque pro aliquibus familiaritatis gratia, neque quod maxime detrectandum est, propter pecuniarum acceptionem, indignus quilibet ordinetur. Et primum quidem ipsius loci presbyteri, vel ceteri clerici idoneum & sibi utilem eligant: deinde populi quam maximam plebem afpicit, fequatur affenfus. Si autem in ipsa plebe talis inventi non potuerit qui illud opus competenter peragere posit, tunc episcopus de fuis, quem idoneum judicaverit, inibi conftituat.

ANNO CHRISTI 851.

* fere in Mss.

* vafti.

Quibus eleemoſyna eroganda, inveſtigatis; quod dominus in euangelio manifeſte demonſtrat dicens: *Omni petenti te da*. & iterum patrem memorans ait: *Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper juſtos & injuſtos*. & apoſtolus: *Dum, inquit, tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei*, id eſt, Chriſtianos. Verumtamen eſt in eleemoſyna facienda quidam ordo diſcretionis obſervandus, quem nos pleniter exponere ſtudio nunc brevitatis omittimus. Sed quidam hoc nomen ſignet, primitus indicemus. eleemoſyna quippe Græce, Latine miſericordia dicitur, & certe ſcriptum eſt: *Miſerere animæ tuæ placens Deo*. Jam primum ſibi debet homo præ cæteris eleemoſynam facere: ſiquidem omnem regulam bene agendi a ſe debet homo incipere, placens ſcilicet Deo per mandatorum ejus obſervantiam, ac per hoc ſibi tribuens illum panem vitam, qui de cælo deſcendit. Deinde vero eleemoſyna exhibenda eſt proximis egeſtate patientibus, ſicut ſcripsum eſt: *Comede panem tuum de ſubſtantia tua placens Deo*. Nam pro natura docet nos de hoc. & quod ipſe propinquo meo non exhibuero, quando extraneus exhibebit? deinde cum dominus his omnem miſericordiæ præſtandæ eſt, qui petere confunduntur. Sane notandum eſt, quia ſunt nonnulli quibus nil conferri debet, ſicut ſcriptum eſt: *Da bono, & ne recepris peccatorem*. & rurſum: *Ne dederis impio*. & iterum: *Panem tuum & vinum ſuper ſepulturam juſti conſitue, & noli ex eo manducare, & bibere cum peccatoribus*. Panem enim & vinum ſuum peccatoribus prohibet, qui iniquis ſubſidia, pro eo quod iniqui ſunt, impendit: qui vero indigenti etiam peccatori panem ſuum, non quia peccatori, ſed quia homo eſt, tribuit; nimirum non peccatorem, ſed juſtum nutrit, qui in illo non culpam, ſed naturam diligit. unde & nonnulli hujus mundi divites, cum hanc cruciatur Chriſti pauperes, effuſis largitatibus nutrunt hæreticos.

CII.

Non eſſe inferendam Pagano violentiam ut Chriſtianus fiat, ſupra dictum est.

Cuncil. General. Tom. IX.

CIII.

De libris profanis, quos a Saracenis vos abſtuliſſe, ac apud vos habere pethibetis, quid faciendum ſit, inquiritis: quæ minime non ſunt refer- *Prof. c. 1. Leo. 13.* vandi; *Corrumpunt enim*, ſicut ſcripsum eſt, *mores bonos colloquia mala*; ſed utpote noxii & blaſphemi ignitradendi.

CIV.

A quodam Judæo, neſcitis utrum Chriſtiano, De ingenuo an Pagano, multos in patria veſtra baptizatos affe- tis a Pagano rentis, & quod ab his ingenuum conſciſtis. Ille ſane profecto ſi in nomine ſanctæ Trinitatis, vel tantum in nomine Chriſti, ſicut in Actibus apoſtolorum le- *D. 4. c. 4.* gimus, baptizati ſunt (unum quippe idemque eſt, ut ſanctus expoſuit Ambroſius,) conſtat eos non eſſe ſine dubio baptizandos: ſed primum utrum Chriſtia- *Ambroſ. lib. de Spiritu Sanct. c. 3.* nus, an Paganus ipſe Judæus exiſterit, vel ſi poſt- modum Judæus factus Chriſtianus, inveſtigandum eſt, quamvis non præterendum eſſe credamus, quid beatus de baptiſmo dicat Auguſtinus: Jam fatis, inquit, oſtendimus ad baptiſmum, qui verbi euangelici confectarius, non pertinere cujuſquam vel dantis vel accipientis erroreus, ſive de Patre, ſive de Filio, ſive de Spiritu ſancto aliter ſentiat, quam doctrina catholica inſinuat.] & Jeſum: Sunt etiam quidam ex eo numero, qui adhuc nequiter vivant, aut etiam in hæreſibus, vel in gentilium ſuperſtitionibus jacent, & tamen eamdem illic non dominicam quæ ſunt ejus. Namque in illa ineffabili præſcientia multi qui foris videntur intus ſunt.] & alio loco: Et jam corde tradicores, quantus quidem ſit, intelligunt baptiſmum Chriſti nulla perverſitate hominis ſive dantis ſive accipientis poſſe violari.] & rurſus: Poteſt tamen, ait, tradere ſeparatus, licet poteſt habere ſeparatus, ſed quem habet, habendum tradere: ille autem cui tradit, poteſt ſalubriter accipere, ſi ipſe non ſeparatus accipiat.]

CV.

Conſulentibus & inſtrui poſcentibus vobis, quid de eo faciendum ſit, qui ſuper præcepta apoſtolica ſe eſſentus prædicare tentaverit, unus ex eis, id eſt, Paulus? *ſi quis, inquit, vobis euangelizaverit præter quod euangelizavimus vobis, anathema ſit*. Verumtamen hoc ſic intelligere debemus: *Sed licet nos, aut angelus de cælo euangelizet vobis præter quod euangelizavimus vobis, anathema ſit*. Verumtamen hoc ſic intelligere debemus: *Sed licet nos, aut angelus de cælo euangelizet vobis Galat. 1. præter quod euangelizavimus vobis, anathema ſit*. Verumtamen hoc ſic intelligere debemus: *Sed licet nos*, non eſt paſſim intelligendum a vobis, qui huic eſtis, tempore judicandum, in *Jacob. 3.* multis enim offendimus omnes.

CVI.

Poſtremo deprecamini nos ſuppliciter, ut vobis quemadmodum ceteris gentibus veram & perfectam Chriſtianitatem non habentem maculam aut rugam largiamur, ſalubriter agere. in partium veſtrarum finibus diverſis locis Chriſtiani advenerint, qui prout voluntas eorum exiſtit, multa & varia loquuntur, id eſt, Græci, Armeni, & ex ceteris locis: quapropter jubet poſcitis, utrum omnibus his ſecundum varios ſenſus eorum obedire, an qui facere debeatis. Verum non in his non ſumus ſufficientes, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. & beatus Petrus, quin fede ſua vivit, & præſidet, dat quærentibus fidei veritatem. Nam & ſancta Romana eccleſia ſemper ſine macula fuit, & ſine ruga, nimirum quia ille hanc inſtituit, cujus fidei confeſſio divinitus exitit approbata, ad quam videlicet Chriſtianitatis ſidem, id eſt ejus myſteria conſummate nullus inteiligere valeat, vobis infinuandam inſpirante Deo, ecce ſcripta noſtra, & miſſos ac diverſos codices in patriam veſtram deſtinavimus; & quoſque radices roboris conſequamini, vos rigare nullo modo deſiſtemus, & quouſque ad ſolidum perfectionis

E. Leo. 3. Philipp. 4.

cibum perveniatis, vos saltem lacte potare non A quam penitus omittemus: nam grave nobis meum, & corona mea vos esse in domino. De his autem quos in patriam veltram de diversis locis advenisse perhibetis varia & diversa decernes, multa nobis jam scripsimus, & nunc scribere aliqua doctoria gentium suffragantibus sanctis eloquiis procuramus, qui inter Corinthios tales esse formidans, ajebat: *Timeo enim ne forte cum venero, non quales volo inveniam vos, & ego inveniar a vobis qualem non vultis, ne forte contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones in vobis.* Verumtamen quantum ad hæc rectam partem pertinet non curamus qui præcidens: Sed quem præcidens: ipse quippe scripsit: *Quidam, inquietus, quidem & propter invidiam, & contentionem, quidam autem & propter bonam voluntatem Christum prædicant, quidam ex caritate, scientes quoniam in defensionem evangelii positus sum. Quidam autem ex contentione Christum annuntiant non sincere, existimantes pressuram se pressuræ vinculis meis. Quid enim mihi est? dum omni modo sive per occasionem, sive per veritatem Christus annuntietur, & in hoc gaudeo & gaudebo:* sed & qui hæc dixit audite quid alibi dicat: *profana autem & inanilocquia devita; multum enim proficient ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit.* Verumtamen in his omnibus aderiit misericordia Dei missis nostris, & futuro episcopo vestro, qui vos instruant, & quid agere debeatis, abundanter eruditant: sed & illi sive nunc, sive post hæc semper in rebus dubiis de negotiis majoribus fuerint statu ecclesiæ more consulent apostolicum, & ab illa instructi in quibus oportet, instituent, & quæ Dei sint fedula prædicatione docebunt.

B Tit. 3.

Hæc quidem suggestionibus sive quæstionibus veltris, prout dominus dedit, respondimus, non quantum potuimus, sed quantum sufficere posse prævidimus. Cum autem episcopum Deo concedente per præfulatus nostri ministerium habueritis, ille vos docebit omnia, quæ ad officium sum pertinent, & si quæ sint quæ non cognovit, ab apostolica sedis auctoritate sulcipiet. Deus autem qui in vobis salutem maximam operatus est, hanc perficiat, confolidet, & atque in finem stabiliat & C corroboret. Amen.

DECRETA SEU RESCRIPTA NICOLAI PAPÆ I.

Ex Gratiani volumine in unum collecta per Joannem Cochlæum, & in viginti titulos dispartita.

De conflituendis ecclesiis. Tit. I.

I.

Dift. 10. c. 1. Epiſcopis in concil. apud Con. 11. congr.

Dift. 12. §. 1. diuchum.

Mpensiali judicio non possunt jura ecclesiastica diffolvi, nec possunt imperatorum leges evangelicis & apostolicis, atque canonicis decretis, quibus posponendæ sunt, inferre præjudicium.

II.

Ridiculum est, & satis abominabile dedecet, ut traditiones, quas antiquitus a patribus suscepimus, infringi patiamur.

De confuetudine. Tit. II.

I.

Dift. 8. c. Malis.

Mala consuetudo non minus quam pernicioſa corruptela abjicienda & vitanda est.

II.

Dift. 2. Sicut. Michaelis Imp.

Nihil obfunt falsi credentibus diverse pro loco & tempore conflitutiones vel consuetudines, si illis cunctos non obstitisse constiterit.

III.

Illi qui ante nos fuerunt, providam in ecclesiis Dift. 11. Do mino. consuetudinem tradiderunt, hodieque in Romana Aleat. ecclesia (quæ magistra est omnium ecclesiarum) imperterrite servatur, ita ut nullus sacerdos, majore fuo non inaudito consacerdote, cujuslibet rei benedictionem dare noverit. Sed & anterior ilana ad pronuntiandam aliquam lectionem, benedictionem quidem poltulat, sed ei qui illet inferior non audet benedicere: quia in epistola ad Hebræos legimus, quod minor a majore benedicitur. *De judiciis. Tit. III.*

Ibid. 9.

I.

Inferior fedes potiorem absolvere, aut judicio obligare non potest, nec propriis diffinitionibus sub- Infinite. jugare.

II.

Filios circa spiritualem patrem, ut discipulos Dift. 6. Si. ergo magistrum, ita sobrios ac devotos esse decet: ut nulla penitus temeritate ad eorum vitam dijudicandam, nec falsem tenuiter reprehendendam, prosiliant.

III.

Non potest quilquam rite ab his qui inferioris C. 9. Sicut ordinis vel dignitatis sunt, judicialibus falsatur. 10. diffinitionibus. Unde factum est, ut in concilio episcoporum nullus in Marcellinum papam, qui tempore Diocletiani & Maximiani Augustorum idolis compulsus sacrificaverat, sed poltea infigni martyr effectus est, sententiam profere aulus fuerit, dum et fapisime omnes dicerent: Tuo ore judicus eastum tuum, non nostro judicio. Et iterum: Nolli audiri in nostro judicio, sed colligi in tuo causam tuam, *Cri.*

IV.

Acephalum liquet esle concilium, ubi de tanta C. 3. & persona agitur, & majorem non expectatur fen- 9. tentia, cum de in causa clericorum inferiorum gradus, solius episcopi sui judicium tantummodo * postulandum sit. * al. postulandum.

V.

Intantum hanc præsumptionem sancti patres Ibid. 4. & 5. statuerunt, ut omnia sibi ablata restituenda esse censerent, quæ in absentia Alexandrinum antistitem inter cetera idcirco potissimum sine alla restitutione damnaverint, quod ponens in cælum os suum, lingua ejus transiverit super terram, excommunicationem in sanctum Leonem papam dixerit.

VI.

Omnes leges tam ecclesiasticæ quam vulgares C. 2. 3. 4. & publice præcipiunt, ut omnia sibi ablata restituantur ei, qui sua est rebus expoliatus.

VII.

Quod suspecti & inimici judices esse non debeant, & ipsa ratio dictat, & plurimis probatur exemplis. Nam quid gratius & amabilius dare quis inimico poterit, quam si ei ad impetrandum committerit, quem ledere forte voluerit.

VIII.

Reverat justus mediator non est, qui uno litigante, & altero absente, amborum emergentes lites decidere non formidat.

IX.

Judices Hermannum episcopum super quibus- Dicunt dam frequenter fuisse accusatum: pro quibus, quia Ibid. 1. 2. 3. tota parte ipsius persona deest, nos uni parti ad diligentem alterius credere procul dubio non possumus.

X.

Necesse est secundum sacrarum scripturarum do- Ibid. 4. & cumentum, ac secundum justitiæ tramitem, & si sanct. accusatum & accusatorem simul audile, & unam partem, quantacumque & qualicumque prædita

se auctoritate, sic prorsus audiri, ut alteri parti A nullum prædicitum irrogetur.

XI.

4. 4. 5. 6. 8. Michael. Imp. Hæreticis non licet accusationes contra orthodoxos episcopos pro ecclesiasticis facere negotiis. Hæreticos autem dicimus, tam eos qui ulim ab ecclesia projecti sunt, quam qui post hoc a nobis anathematizati sunt. Pariter hoc autem & eos qui fidem fanam negant vel simulant confiteri.

XII.

E 5. 4. 5. 6. 7. Contra ritum ecclesiasticum, contraque venerandas leges producitur accusator vel testis de imperialibus aedibus, & cui imperari potest, ad falsum dicendum testimonium adhiberur: fiunt suspecti, judices: & lupi, cultodes.

XIII.

4. 6. 8. Quod bene sensit diffinium est, & interpo- Ibid. 2. & 10. Gentio regi Francorum. latum juramentis deliberatum, nulla debet ratione (nisi fortasiis ubi fuerit major auctoritas) retractari.

XIV.

7. 8. 9. 11. Alt. Hinch. Imp. Augult. Ait Carlelimus papa, orientalibus episcopis scribens: Si quis ab episcopo Neltorio, vel ab aliis qui eum sequuntur, ex quo talia prædicare cœperunt, vel sentire, aut docere vel tenere est ausus ecclesiasticis feu clericis dignitate, in nostra hanc communione dotasse & durare manifellum est. Nec judicemus eum esse renotum, quia non poterat quemquam ejus removere sententia qui jam se prebuerat ipse removendum.

XV.

8. 9. 9. 11. Rich. Gallo regi Francorum. Hiltoria ecclesiastica ab Eusebio Cæsareenli episcopo confecta; de multese quadam quæ de calligare a marito accubatur, ait: Præcipium eli ab imperatore, lege lata, ut primo permittetur ei rem Lumillorem libere diutius ordinare, tunc demum responderet objectis. Hoc omnes leges tam ecclesiasticæ quam vulgares publicatque præcipiunt. Si autem de mulieribus & lacerdotibus viris hæc conflicta fant, multo magis ecclesiaflicis hominibus & facerdotibus fant concella.

XVI.

Ibid. c. Sine. Ibidem. Sive de conjugii fœdere five de adulterii crimine judicium agitandum fit, nulla ratio patitur Theutbergam cum Lothario polle inire contractum, nisi prius ad tempus Iteriit reddita fue potellati, & confanguinitatis propriis libere focista. Itaque etiam locus providendus eli, in quo nulla vis multitudinis formidetur, ne ili difficile teltes producere vel arcere perlonas, quas cum a fanctis canonibus, quam a venerandis Romanis legibus in hujulmodi controversiis reprobari.

De Romana ecclesia & sede apostolica. Tit. IV.

I.

Dift. 15. c. 3. Medicinalibus. Omnes, five patriarchæ cujuslibet apices, five metropolis primatus, aut epilcoparum cathedras, vel ecclesiarum cujuslibet ordinis dignitatem habuit Romana ecclesia. Illam vero solus ipse fundavit, & supra petram fidei mox nascentis texerit, qui beato Petro, æterna vitæ clavigero, terreni simul & cælelhis imperii jura commilit.

II.

Dift. 19. a. 2. &. 8. quis peccunia. Si quis peccunia, vel gratia humana, aut populari les militari tumultu, apostolicæ sedi sine concordi & canonica electione cardinalium ejus ecclelize ac deinde lequentium clericorum religiolorum inthronizatur, non papa vel apostolicus, sed apostaticus habeatur. Liceatque cardinalibus

Si quis dogmata, mandata, interdicta, fan- 15. 9. 2. 3. ctiones, vel decreta pro catholica fide vel ecclesia- Ibid. 1. 2. 3. stica difciplina, pro correctione imminentium vel verbis Deo futurorum malorum, a sedis apostolicæ præsule fa- pro. cta fuerint promulgata contempserit, anathema sit.

X.

Sententiam Romanæ sedis non negamus pos- 15. 9. 9. ten. se in melius commutari, cum aut forteprom ali- tentium Mi quid fuerit, aut ipsa pro confideratione rerum chael Imp. vel temporum seu gravium neceslitatum, dispenfatione quædam ordinare decreverit: quoniam & egregium Paulum apostolum dispensatorie legimus quædam feciile, quæ postea reproballe legis-

cur. Quod tamen obſervandum eſt, quando illa Romanus videliſet eccleſia diſcretiſſima conſideratione fieri delegerit: non quando ipſa quæ bene ſunt diſſimilia retractare voluerit.

XI.

Ne confu-dat. Gratian. Can. Quia & plebi Vincentius. confidat. Ecclesia, Id eſt, catholicorum collectio, quomodo ſine apoſtolicæ ſedis inſtituentur notu, quando juxta ſacra decreta, nec ipſa debet abſque exceptione papæ publica nouvice conſtrui, qua ipſam catholicorum totra ſemet amplecti caterwam diſgnoſcitur.

De decretis Romanorum pontificum. Tit. V.

I.

Pelag. 2. ep. Mich. imp. Quod a ſedis apoſtolicæ rectoribus plena auB ctoritate ſanctur, nullius conſuetudinis occaſione removetur.

II.

Nicol. 1. ep. 8. Anaſtaſio epiſc. quibus ſacra ſcripta ſint data. Si Romanorum pontificum decreto ceterorum opuſcula tractatorum approbantur vel reprobantur, ita ut quod vere ſedes apoſtolica probavit, hodie teneatur acceptum: & quod illa repulit, hactenus ineffikax habeatur: quanto potius ea quæ ipſa pro catholica fide, pro ſanis dogmatibus, pro variis & multifariis eccleſiæ neceſſitatibus & fidelium * moribus diverſo tempore ſcripſit, omni honore debent præferri? & ab omnibus prorſus hoc quibuslibet neceſſitatibus vel opportunitatibus, diſcretione vel diſpoſitatione magiſtra, reverenter aſſumi, &c.

III.

Dift. 20. c. 8. Clerici Concubinarii. Si decreta Romanorum pontificum non habetis, & negligetis atque incuria eſtis redarguendi: & vero habetis & non obſervatis, de ſemeritate eſtis corripiendi & increpandi.

De imperatoribus. Tit. VI.

I.

Dift. 10. c. 1. Mich. imp. Imperator ſuis reipublicæ quotidianis adminiſtrationibus debet eſſe contentus, non ulcripare quæ ſacerdotibus domini ſolum conveniunt.

II.

Dift. 96. c. 6. Gloſſema. Ubi legiſtis, imperatores anteceſſores veſtros ſynodalibus canonibus ineſſe, niſi forte in quibuſdam ubi de fide tractatum eſt, quæ univerſalis eſt, quæ omnium communis, quæ non ſolum ad clericos, verum etiam ad laicos & ad omnes omnino pertinet Chriſtianos?

III.

Dift. 2. ſeq. Decipere. Eidem. Denique hi, quibus tantum humanis rebus, non divinis præeſſe permiſſum eſt, quomodo de his, per quos divina miniſtrantur, judicare præſumant, penitus ignoramus.

IV.

Dift. 2. Cum ad verum. Eidem. Mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Jeſus, idem rex & pontifex, a chriſtoque & dignitatibus diſtinctis officia poteſtatis utriſque diſcrevit, ut Chriſtiani imperatores pro æterna vita pontifices indigerent, & pontifices pro curſu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus uterentur: quatenus ſpiritualis actio a cainalibus diſtaret incurſibus, & Deo militans minime le negotiis ſæcularibus implicaret: ac viciſſim non ille rebus divinis præſidere videretur, qui eſſet ſæcularibus negotiis implicatus.

V.

Dift. 2. ſeq. Sedis. Eidem. Sedis evidenter oſtenditur, a ſæculari poteſtate nec ſedes prorſus nec ligari pontifices, quem conſtat a Pio principe Conſtantino Deum appella-

tum, cum nec poſſe Deum ab hominibus judicari manifeſtum eſt.

VI.

Non quales facerdotes dominus ſint, ſed quid A 1. q. 1. Nec videndum. Non in vicariis beati Petri apoſtoli vobis eſt attendendum quid ſint, ſed quid pro correctione eccleſiarum, quid pro ſalute veſtra ſatagant. Nec enim illud dicentis inferiores ſcribas & phariſæos ſedentibus ſuper cathedram Moſis, & quibus dominus præcepit, dicens: *Quæcunque dixerint vobis, facite, &c.* Matth. 23.

De regibus. Tit. VII.

I.

Dift. 63. Prima. Relatum eſt nobis quod quicunque ad epiſcopatum in regno tuo provehendus eſt, nonniſi faventem tibi permittas eligi. Idcirco apoſtolico auLudovico regi. Ctoritate, ſub divini judicii obtteſtatione, injungimus tibi, ut in Trevirenſi urbe & Agrippina Colonia nullum eligi patiaris, antequam relatum ſuper hoc noſtro apoſtolatui fiat.

II.

Cauſa. Quæ Lotharius rex nepos veſter fecit, accuſatione non indigent. *Manifeſta enim ſunt*, ſelle Lotharium, Conradum Lotharii regis Germaniæ filium, & Hubertum Pontium. *epiſcopos, aperta carnis, fornicatio, immunditia*, &c. In quibuſſis enim culpabilitas accuſationum non opprimitur reus, nec tergiverſationis proprium crimen celatur, cum culpa ſub oculis C omnium ſponte ſe ingeratatque ideo in talibus judicantis ordo non requiritur.

III.

Scelus quod Lotharius rex (ſi tamen rex vereDift. 63. c. 28. Ego Lotharius. ter dici poſſit, qui nullo ſalubri regimine corporis appetitus refrenat, fed lubrica enormine magis illiciciis ejus motibus cedit) in duabus ſcilicet feminis Theutberga & Waldrada commiſit, omnibus manifeſtum eſt: ſed dudum epiſcopos Theutgaudum & Guntharium, in tali facto cum habuiſſe tutores atque fautores, pene totus orbis undique ad limina ſui ſedem conſluens apoſtolicum referebat. Igitur decernente nobiſcum ſancta ſynodo in præſentia noſtra, & ab officio ſacerdotali excommunicati, atque a regimine epiſcopatus alieni indubitanter exiſtunt.

IV.

Præcipue Waldradæ pellicis tuæ, & dudum a te repudiatæ, communionem declina. Excommunicata eſt enim, & uſque ad præſentem noſtram ab omni coetu herbenſis Chriſtianorum ſequeſtrata. Excommunicata eſt, ne cum ea pari mucrone pereat cellaris ſententiæ, ac pro unius mulierculæ paſſione vinctus & obligatus ad perenne traharis exitium.

V.

Ita corporis tui motibus cedere conſenſiſti, & relaxatis voluptatum habenis temetipſum in fa- Dift. 34. c. 18. cinus miſeriæ & in lutum fecis prohibitum dejeciſti, ut non ſolum ſacras in gubernatoris populorum: effectus ſis ruina multorum. Probat hoc Theutgaudi & Guatharii dudum epiſcoporum lecgitimus caſus, qui pro eo quod re minime competenter eruditerint, quominus ejus prævaricationem tuam argumentis ſuis tegere, & ſub quadamſuſtitia ſpecie ſucatis quibuldam exquiſitis adinventionibus aquiratem obruere ſtuderent, noſtra ſunt apoſtolica depoſiti auctoritate & ab omni epiſcopatus regimine regulariter ſequeſtrati.

VI.

Excellentiſſimus rex Carolus apoſtolatum noſtrum conſulait, quid agendum ſit de his qui cum legeitrude ſæpe damnata communicant femina: quo-

quoniam eam communicatoribus ſuis & fautoribus pari vinculo anathematis conflat eſſe alitricem. Quapropter cum beatitudini tuæ injungimus, ut juper hoc noſtra auctoritate freius, curam de his tumere ſtudeas. Et quia docta divinitus ſanctitas tua valde novit, aliud eſſe ac neceſſitate, aliud ex ignorantia, atque aliud quod de ſtudio delinquitur, itſdeque poſtulatus duobus prioribus diſtrictius eſſe puniendum: idcirco ſolerter inviligilet, & cauta diſtinctione ſingulorum modo diJudicet: quatenus qui ex neceſſitate aut ignorantia delinquunt, auctoritate noſtra per te abſolvantur. Illos autem qui ſtudio ſuo obligantur, & contemptu interdicta noſtra poſſpuunt, nonniſi digna ſatisfactione præveniente volumus a te prorſus abſolvi.

VII.

24. q. 3. An non Lotharius regi Gen. 4. An diſtricta ultione ſeriendus es, qui in duabus uxoribus adulterium Lamech & ſtagnium imitatus eſſe dignoſceris? quod dominus nonniſi poſt ſeptuagenarium ſpatium generationum ſeu ſatisfactio advenru delevit, cum Cain ſtatricidium ſeptima generatione aquis abolium ſit cataclyſmi, id eſt, diluvii.

De patriarchis & archiepiſcopis. Tit. VIII.

I.

Dift. 63. Epiſcopus per Æmiliam non conſeretes, niſi poſt electionem vel conſenſum cleri & populi.

II.

Hæc eſt ordinatio Dei patris tui, & hæc eſt lex eccleſiæ matris tuæ, videliret, ut omnes epiſcopos regni tui ad Turonenſem archiepiſcopum mittere non deteretes, ipſique judicium poſtulare non dedigneris. Ipſe eſt enim metropolitanus, & omnes epiſcopi regni tui ſuffragancs ejus ſunt, ſicut conſcriptiones præderceſſorum meorum evidenter oſtendunt. Neque enim eccleſiæ Dei per diſcordias regum diviſionis aliqua damna pati neceſſe eſt, cum (quantum ex ſe eſt) pacem quam prædicant, ſervare ſtudeant in invicem & in omnes.

III.

Conqueſtus eſt apoſtolatui noſtro frater noſter Sigebodus archiepiſcopus Narbonenſis, quod clericos tuos, eo invito, ad judicium tuum venire compellas, & de rebus eccleſiam ſuam pertinentibus, eo inconſulto, quaſi jure patriarchatus tui diſponas: cum hoc neque antiquitas (cui ſancti patres ſaxarerent reverentiam) habeat, & auctoritas ſanctorum canonum penitus interdicat, niſi forte pro cauſis, quæ apud te terminari non poſſunt, ad te quaſi ad patriarcham ſuum provocaverint per appellationes, vel epiſcopus ſuus decreverit, res eccleſiæ ſue judicio tuo diſpenſare voluerint. Primates enim vel patriarchas nihil privilegii habere pne ceteris epiſcopis, niſi quantum ſacri canones concedunt, & priſca confectudo illis antiquitus contulit, diſtinimus.

IV.

Theutgaudum primatem Belgicæ provinciæ, & Guntharium Agrippinæ Colonie archiepiſcopos, nunc coram nobis & ſancta ſynodo ſub geſtorum inſinuatione, qualiter cauſam Lotharii regis & duarum mulierum ejus, Theutbergæ ſcilicet & Waldradæ, recognoverint & judicaverint, ſcripſum ſuper hoc proprüis manibus roborantes offerentes, & ſententiam quam a fede apoſtolica in ingeltuadem uxorem Boſonis, ſanctiſſimus frater noſter archiepiſcopus Mediolanenſis Thado & ceteri corepiſcopi noſtri petiverunt emittendam, & nos divino ſuccenſi

A zelo, ſub anathematis atteſtatione canonice promulgaramus, publice & viva voce vivaſſe confirmet: in quibus omnibus intercimus eos apoſtolicæ atque canonicas ſanctiones in pluribus exceſſiſſe, & æquitatis normam nequiter temeraſſe: ab omni judicimus faceredotii officio manere penitus alienos. Et ideo ſancti Spiritus judicio, & beati Petri per nos auctoritate, epiſcopatus exutos regimine conſtitere diſſimiaus.

De ſacris ordinibus. Tit. IX.

I.

Dift. 21. Presbyteros. Quæ in conſecrationibus & ordinibus obſervanda ſint, brati Innocentii papæ canonica decreta, B præſentim principia pagine ad Decentium Eugubinum epiſcopum emiſſe, aſſatim edocebunt.

II.

Simoniaci ſimoniace ordinati vel ordinatores ſe- Dift. 50. c. 1. ſeruendum eccleſiaſticos canones, a proprio gradu decidant. Simoniaci autem ſine ſimoniace a non ſimoniacis ordinati, ſimiliter ab officio male accepto removeantur. Simoniacos autem non ſimoniace a ſimoniacis ordinatos, miſericorditer per manus impoſitionem pro temporis neceſſitate in officio concedimus permanere.

De epiſcopis. Tit. X.

I.

C Epiſcopi ab omni beſtiarum vel volucrum veſa- Dift. 34. c. 7. Abſtineo. Archiepiſcopi. Innocent. tione penitus abſtineant, & ab immoderata Harum ſuarum familiaritate, unde mala oriatur fama, abſtinere debent. Nullum enim ſanctum (ut ait beatus Hieronymus) venatorem legimus.

II.

Epiſcopis diſpenſatio cæleſtis ſeminis injuncta Dist. 28. c. 8. eſt. Væ ii non ſparſerint, væ ſi tacuerint, ſicut vas electionis foruidat & clamat.

III.

Si quælibet ambiguitas vel aliqua fortaſſe ſu- c. quæd. p. per Saffredi examinatione vel epiſcopatus abre- Desdgar. buntiatione obortas fuerit controverſio, ex more ad eeden apoſtolicam referri conveneras, & noſtra his omnibus debuerunt cuncti decreta penitus expe- D dare. Quod quia omiſſum eſt hactenus, dolemus. Dilectiſſimi igitur ſpiritum veſtrum reſtringere effagito, ut jam dictas Sulfredus epiſcopus propolito reſtituatur epiſcopio: & hic, ſi aliquid reprehenſione dignum geſſit, poſtea vel correctione vel digna animadverſione diſſimietur.

IV.

Pontifices qui aliqua occupantur infirmitate 24. q. 1. Fondvel egritudine, abjiciendi non ſunt: nec alii in lo- ſunt. Alco vero ſuo- quendo ſe- cis eorum conſecrandi ſunt, niſi ex hac fuerint lo- cundi ſac. cis lobtracti. Quod ſi de miniſterio ſibi concello chiepiſcopo. conquerantur, quæ licita ſunt facerdotes expleant. In his vero quæ his præcipuæ non lient, vicinorum uſque ad recipiendam ſanitatem epiſcoporum auxilia ſubrogentur.

V.

Epiſcopos vero, qui dominici gregis ſuſcipiunt Ut dum. c. curam atque ſollicitudinem, ab adminiſtratione eodem. eorum diſcedere non oportet, ue accepto talenti Eidem. pulcritudo non deſideret, ſed certamen eorum ſuſcubriter augeatur, & tripliceur fructur.

VI.

Scifcitatis, utrum cum a Normannis de epiſ- Eidem. copio depeſſaris, debeas de cetero in monaſterio ſubditis: converſari. In quo ſcias cariſſime frater, quod ſi Monachis pericoloſum eſt proretam in tranquillitate navim ſpiritualem ordeleree, quanto magis in ſluctibus? Ubi nondi- ex epiſcopo.

pimus, quod perfectorum non fugiamus, maxi-
meque paganorum, insidias, cum ad tempus fa-
ciunt, & ob multitudinem delictorum nostrorum
potendi facultatem divinitus abfequuntur, præser-
tim cum eis prodire ultro non debeamus, & multos
propheras & apostolos, ipsum quoque domi-
num hujusmodi fugisse inlectores, luce clarius
conster: sed quod præcipue debemus, qui tamquam
aritetes doctarum gregibus præbemus, immo qui &
horum pastores sumus, Deo auctore, cum eis in
periculis pro viribus perstitere pro certo conve-
nit. Et cum tranquillitas reddita divina fuerit
pietate, sopitaque furentium insellatio, mox gre-
gum perquirere, & in unum colligere, & ejus ani-
mos cælestis pastoris pace potsillimum lecuritate
præducta fastidium erigere debebimus.

VII.

Reprehensibile valde constat esse quod lubi-
inviolibi, dicendo, majorem partem omnium epis-
scoporum die noctuque cum omnibus aliis fidelit-
bus tuis contra piratas maritimos invigilat, & ob
id episcopi impediantur venire: cum militem
Christi sit, Christo servire: militet vero sæculi fer-
vienti sæculo, secundum quod scripsum est: *Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus.*
Quod si sæculi militia militare studeat, quid ad
episcopos & milites Christi pertinet, nisi ut vacent
orationibus.

VIII.

Porro *Gloria in excelsis Deo* ab episcopis in ce-
na domini intra missarum solemnia more nostro
dicendi est. Pallio vero apostulico eadem die uti
est illis licitum, quibus est ab apostolica sede per-
missum.

De presbyteris. Tit. XI.

I.

Nullus missam audiat presbyteri, quem scit
concubinam indubitanter habere aut subintrodu-
ctam mulierem.

II.

Sacerdotes si in fornicationis ceciderint la-
queum, & criminis manifestus sive ostensus sit
actus, sacerdotii honorem habere non possunt, se-
cundum canonicæ institutionis auctoritatem.

III.

Si presbyter aliquem peremerit, non ad mor-
tem, pro percussione pœnitentiam agat, & ali-
quanto tempore a missarum solemnis suspendatur.
Si vero qualicumque percussione ejus aliquis mor-
tuus fuerit, nulla tatione minisirare sacerdotis mo-
re debet: quoniam est voluntatem occidendi non
habuerit, luctor tamen & indignatio in omnibus,
& præcipue in Dei ministris, multiplicitet inhibe-
tur atque damnatur.

IV.

Presbyter ille dicit se fallis criminibus impeci-
tum, & ab ecclesia sua, non convictum neque con-
fessum, irrationabiliter huiste ejectum. Nam tua
diligentia per tres vices inquisitione facta, nulla
in te reque de fornicationis crimine, neque de ho-
micidii confessione, de quibus imputebatur, repe-
riri potuit culpa. Idcirco magopere monemus re-
verentiam tuam, ut quæ, a fonte ignorante, Gio-
riaca cupiditate peracta esse videntur, tuæ frater-
nitatis censura celeri emendatione corrigantur,
Deoque restituendo ecclesiæ pristinum jam dictum
sacerdotem, atque ei reddendo tua pietate priffti-
pum gratum perficiat honorem.

V.

Scientissimus vobis, si a sacerdote, qui sua

A rit compechensus in adulterio, sive de hoc fola fa-
ma relperius est, debeatis communionem recipere
nec ne, respondemus: Non potest aliquis quan-
tumcumque pollutus sit, sacramenta divina pol-
luere, quæ purgatoris conflatum contagionum
existunt. Qualiscumque enim sacerdos sit, quæ
sancta sunt coinquinari non possunt. Idcirco ab
eo, quotcumque judicio episcoporum reprobetur,
communio percipienda est: quoniam mali bona
administrando te tantumodo lædunt. Fax atten-
sa sibi quidem detrimentum præstat, aliis vero lu-
men in tenebris admittitur: & vode aliis commo-
dum exhibet, inde sibi dispendium præbet. Su-
mite ergo ab omni sacerdote intrepidi Christi my-
sterii, quia omnia in side Christi purgantur (fi
B eo est enim, quod nunc mundum vincit) & quia
non dantis meritum, sed accipientis fit, dicente
beato Hieronymo: Ad credendum omni animæ
baptizatæ side perfectus, & in omni sacerdote cor-
pus Christi est perfectum.

VI.

De presbyteroum flagellatoribus & occisori-
bus, præsertimhus fellices, qui sæculari brachio
minime coercentur, juxta præceptum domini pla-
cet, ut fraterno amore conveniantur secundo &
tertio: qui requilisi si te non audierint, conve-
nienter ecclesia, cui suis sacramentis privare,
atque si in tua obstinatione permanentes sacerdo-
talia monita forte contemplerint, ab ecclesiæ com-
page sub anathematis interdictione reserare licen-
C tiam tribuimus.

De clericis. Tit. XII.

I.

Clericus, qui per ordines ecclesiasticos usque
ad subdiaconatum esse visit, uxorem ducere non
potest. Nullis enim datur licentia, exceptis illis,
quibus ecclesiastica regula uxorem habere per-
mittit.

II.

Clericum, qui paganum occiderit, non opor-
tet ad gradum majorem provehi, qui carere etiam
debet acquisito, homicida enim est. Nam dicreti
sunt milites sæculi a militibus ecclesiæ, quibus mi-
D litare sæculo non convenit.

III.

Hi qui arborem incidere videntur, & conti-
gerint, ut cadens arbor occiderit hominem, incul-
pabiles sunt atque innocenti: quia nec voluntate eo-
rum, nec desiderio homicidium perpetratum, est.
Si vero aliqua culpa eorum vel negligentia, mories-
tis hominis interitus cognoscitur adversisse, abji-
ciendi sunt a gradu, & in sacro ordine nullatenus
suscipiendi.

De votis monasticis. Tit. XIII.

I.

Femina quæ post obitum mariti sui sacrum ve-
E lamen super caput suum imposuit, & denuo se ma-
rito copulare voluerit nuptiis, & denuo se ab
eodem velamine monialem esse, postea vero ad
nuptias redeat, debet pœnitentiam agere de illusio-
ne nefanda, & reverti ad id quod spopondit.

II.

Præsens clericus, nomine Lambertus, una
cum patre suo nomine Autto, quendam videlicet
comite, nunc autem clerico, ad limina apostolo-
rum properans, adit præsentium nostrum, affe-
rens qualiter idem pater ejus in laicali adhuc ordi-
ne, in præditis propriis ædificasset duo monasteria,
voluntatem gerens, ut post suum decessum præ-

sent

fens ejus filius Lambertus, in locum ejus succede-
ret, quem infra teneram ætatem inter octavum &
decimum annum constituerum a memoratur pater
propria arbitrio, absque regulari institutione,
extra omnem illius voluntatem cucullam induit.
Igitur post quoddam ipsius temporis spatium (ut
ipse dicit) Salomon episcopus, cum quibusdam
aliis, absque patris oblatione, vel abbatis perce-
pta benedictione, eundem Lambertum monasti-
cum habitum nescie facit (ut fertur) invitum.
Et sub hac occasione, paterna seu materna here-
ditate a fratribus sui privatum esse, atque contra
omnem (ut dictum est) voluntatem ipsum quasi
regularem illum monachum permanere volunt.
Et infra: Quapropter consulte plalmographi ver-
ba recolentes, quibus voluntarie se Deo sacrifica-
re pronuntiat, & voluntarie non sui beneplacita
fieri in conspectu Dei obtecrat, præsentem clerici-
cum nomine Lambertum minime debere existi-
mavimus sub tali violentia fieri monachum.
Quod enim quis non eligit nec optat, profe-
cto non diligit, quod autem non diligit, fa-
cile contemnit. Nullum ergo bonum, nisi vo-
luntarium. Ubique dominus non ferendum in via
virgam, per quam violentia olli inferatur, præ-
cepit, *&c.*

III.

Vidua quidem, quæ capiti sacrum velamen
imposuit, si inter ceteras velatas remanserit in e-
clesia oraverit, & oblationes cum illis obtule-
rit, si professa est se in eodem habitu perma-C
nere, si nunquam religionis velamen
deponere, a religionis observantia discedere non
præsumat.

De laicis. Tit. XIV.

I.

De presbyteris, vobis qui laici estis, nec judi-
candum est, nec de vita eorum quidquam investi-
gandum, sed episcoporum judicio, quidquid id
est, est referuandum.

II.

In scripturis narratur Constantinus imperator
dixisse: Vose si propriis oculis videlicet sacerdotem
Dei, aut aliquem eorum qui ab monachi habitu
circumacisti sunt, peccantem, chlamydem meam
exipolteram & cooperiem eum, ne ab aliquibus
videretur. Hoc dicimus, cuncos vos reddere cu-
pientes; usi & de domini sacerdotibus (qui jure pa-
tres animarum dicuntur) aliquid contigerit vos
audire, quod confusionem pius mentibus ingerat,
non' infringimini, sed podcatos filios Noe imitate-
mur, patriam de reliquo verecundiam contegatis,
ut affluenti (quemadmodum & illi) benedictione
repleri, moderante domino, mereamini.

De ecclesiis. Tit. XV.

I.

Nulla ædificia in arito ecclesiæ ponantur, nisi
tantum clericorum.

II.

De rebus quæ semel Deo contribuæ atque di-
catæ sunt, & postea sub occasione concellionis
principum a quibuldam invaduntur, atque divi-
piuntur, sanciimus ut prius consultatis principum ad
relecandam tam præfumptivam fadtionem, & co-
gnoscendum, utrum sit illius concessio, an invaso-
ris præsumptio. Quod si principis inordinata fue-
rit largitio, & ipse principes sit pro emendatione
redargendus: si autem invasoris declaratur præ-

A sumptio, usque ad emendationem, excommuni-
cationis sit vindicta coercendus.

III.

Sicut antiquius a sanctis patribus statutum
est, statuimus, ut major ecclesia per circuitum
xl. passus habeat. Capella vero vel minores ec-
clesiæ sint. Qui autem confinia eorum confringere
tentaverit, aut personam hominis, aut bona ejus
inde sobtraverit, nisi publicus latro erit, quousque
emendet, & nisi quod rapuerit reddat, excommu-
nicetur.

De baptismo. Tit. XVI.

I.

A quodam Judæo, nescitis utrum Christiano
an pagano, insulsus ac vanus presbyterus offe-
rebatur, & quid inde fit agendum consultus. Hi pro-
fecto, si in nomine Trinitatis vel tantum in no-
mine Christi fuerit in actibus apostolorum legitur
baptizati sunt, (tanus quisque idemque est) ut san-
ctus Ambrosius exponit) sj quia non illorum, sed
ejus est, rebaptizari non debent.

II.

Ob hanc canonem Magdeberg. Nicolaum I. er-
roris reardeguimus, ' sed valde imperite; cum ille
docuerit, in nomine Christi baptizare posse ea-
dem ratione, qua apostoli Act. 2. 8. 10. 11. &
19. de facto baptizarunt. Ita Soarez, tomo 3.
de sacramentis disputatione 11. sectione 3. Bel-
larminus libro 1. de Romanis pontificibus cap. 11.
Nicolaum falso & erronee lententiæ non alitet
quam privatum doctorem adhæsisse ait. Quam
lententiam omnes communiter doctores am-
pleduntur.

II.

Catechilmi baptizandorum, a sacerdotibus
utiuluscujusque ecclesiæ pollunt fieri, sicut in hac
sancta Romana ecclesia (cui Deo auctore minisi-
rium exhibemus nostri famulatus) solenniter fieri
comprobantur.

De pœnitentia. Tit. XVII.

I.

De viro nefando, Burgando nomine, qui rabie
infano commotus, diabolicis se irrectis laqueis
non debitavit, atque gentilium more per abrupta
hortenta & compita vagando, vanas in vestra ecclc-
sia villa una cum clericis vestris manentibus, & po-
pulum salubriusbus instruere dogmatum monitis de-
certantibus, paneque spiritualis verbi vacua homi-
num corda refcientibus, atque laudabile propriæ
salutis defiderium habentibus sancta apostolorum
Petri & Pauli limina vilitare, collectis militiæ sue
sequacibus, & iniquitatis complicibus, nefarias in-
valiones & depœdationes violentas inferre, de-
monuaco aulu præsumpterit, & ut epistolæ vestræ
textus eloquitur, sacrum altare, sacraque dominici
corporis & sanguinis vala, insuper & sanctum
chrisma pollutis attipere manibus, quali vilia & ad
communem usum apta, præsumpserit: dilectio nos
vestra consulit, si ipse vel qui com eo in tam impio
& iniquo facinore fuerunt, ad pœnitentiam quan-
doque gratia tacti divina, venire voluerint, quos
eos pœnitentiæ vinculo confiringagis, institutionis
nostræ censuram expolcere curabis. De quibus ta-
men si ita eli, jubemus, cum ad pœnitentiam
quandoque reverti acceleraverint, uno anno extra
ecclesiam Dei consistere, cujus sacrarissima vela ex-
tra ritum fidei Christianæ detipiendo auferre non
dubitaverunt. Secundo vero anno ante fores ec-
clesiæ

eleriæ sine communione tinneant. Tertio vero anno ecclesiam Dei ingrediantur, & inter audientes adstent sine oblatione, non manducentes carnem neque bibentes vinum, præter nativitatis & resurrectionis dominicæ dies. Quarto præterea anno (si his prioribus tribus annis eorum confessus fuerit penitentiæ labor) communioni fidelium restituantur, totaque mentis intentione spondentes talia se ulterius nunquam facturos, corpus & sanguinem domini sufcepturi recedant, & ut neque ad septimum annum tribus in hebdomada diebus fine esu carnium & vini potatione maneant penitentes.

II.

De his vero qui pro criminibus penitentiam egerunt, & ad cingulum militiæ conversantur, constat eos contra sacras regulas agere: verum quia crimina non æqualia sunt, perhibet quoque alios horum, propter nimium hebetudinem in deseperationem cecidisse, alios ob hoc ad pagnos fugisse: tibi hæc committimus decernendum, nimirum qui loca & tempora * religionis illius, & modum culpæ, nec non & pœnitentiam & gemitus hominum ad confessionem venientium præsens positus inspicere valet.

* religionis

III.

Interfectores fuarum conjugum sine judicio, cum non addis, adulterium, vel aliquid hujusmodi, quid aliud habendi sint quam homicidæ? ac per hoc ad pœnitentiam redigendi? Quibus pernitus conjungium dendegatur, exceptis adolescentulis, de quibus est beati Leonis papæ vigesimaquinta regula decretalium, immo indulgentia, observanda.

IV.

Latorem præsentium matricidam esse cognovimus, cui præcipimus, ut sub pœnitentiæ jugo permaneat, ita ut per annum integrum ecclesiam non egrediatur, sed ante fores basilicæ stans, & orans & deprecans Deum perseveret, qualiter tanto reipsa peccato. Completo vero anni circulo, introeundi in ecclesiam licentiam habeat, tantum inter audientes stet, sed nondum communicet. Completis autem trium annorum curriculis, sacræ communionis ei gratia concedatur. Oblationes vero non offerat, nisi prius aliorum septem annorum curriculis expleantur. His autem omnibus annis atque temporibus carnem non manducet, nec vinum bibere præsumat, exceptis festivis diebus atque dominicis, & a quibus aliquæ sibi penitentiæ sten. Ex quocumque ire voluerit, nullo vehiculo deducatur, sed pedibus proficiscatur, arma non sumat nisi contra paganos. Jejunet autem tribus diebus per hebdomadam usque ad vesperam: a propria & legitima coujuge non separetur, ne in fornicationis voragineni corruat, quod ne fiat optamus. Si autem ante annorum tem curium finem vitæ illius aposspinquaverit, corporis & sanguinis dominisostri participes fiat. Sin autem, ut supra statuimus efficiatur. Tamen si illius conversionem & lacrymarum fontem in omnibus videris floridis actionibus & optimis operibus pullulare, humanius circa eum iudicitudo peregrii apparerat, attitique in omnibus demonstretur.

V.

Si quis cum duobus sororibus fuerit fornicatus, ipse cum his perlonis, de quibus sancta scriptura prohibet, si diguam egerit pœnitentiam, & callitatem, quæ valeatis consuetudinem sufficere, licens civis quidem in conjugio uxorem accipere. Similiter & mulier, si cum tali fuerit delicto lapsa, aut fontalis

fornicationis) rejiciendæ, vel odio prorsus habenda.

VII.

Hi qui matrimonium sani contrazerunt, & uni ex duobus dementia, aut furor, aut aliqua infirmitas acceserit, ob hanc infirmitatem & causam sanctæ religionis ingredi, & monasterium ascendere, aut membris truncatur, aut a barbaris exsecti fuerint.

VIII.

Inter hæc sanctitas vestra addere studuit, ut si conjux uxor adulterium perpetraverit, utrum marito illius liceat fecundum mundanam legem eam interficere: sed sancta scriptura mendacii nunquam confringitur legibus. Gladium non habet nisi spiritualem, qui non occidit, sed vivificat.

IX.

Nec uxorem ducere, nec convivia facere in quadragesimali tempore convenire posse allio modo arbitror.

De impedimentis matrimonii. Tit. XIX.

I.

Nosse desideras utrum mulier quæ viri filium ex alia femina genitum de sacro fonte levaverit, postmodum posiit cum eodem viro copulari. Quæ ideo conjungi posse dicernimus, quia fecundum canones sacros, nisi amborum consensus, nullius religionis obtenta debet conjux dimittere conjugem. Pertinet autem ad ingens uxoris exitium, quæ habens odio virum, vel infirmitatem ejus non conliderans, quali causa pietatis operatur impietatem, maxime cum apostolus præcipiat: *Nemlite*, inquiens, *fraudare invicem, nisi ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi.*

II.

De his qui filiastros suos ad confirmationem coram episcopis tenent, id est, qui filios uxoris fuæ de priori viro dum chrismantur ab episcopis, fuper se fustinent, & in dementa (quod absit) hæc licet sit peccatum, non tamen usque ad separationem conjugii puniendum est. Legeatis tamen, & digna pœnitentia hoc dilucntes domino dicant: *Delicta ignorantiæ mea ne memineris.*

III.

Ita diligere debet homo eum qui susceptit ipsum de sacro fonte, sicut patrem: item: Est inter fratres & filios spirituales gratuita & sancta commonio, quæ dicenda non est consanguinitas, sed habenda spiritualis proximitas. Unde inter eos arbitror non posse fieri quodlibet legale conjugium. Quandoquidem nec inter eos qui natura, & eos qui adoptione filii sunt, venerande Romanæ leges matrimonia contrahi permittunt. Item: Si inter eos non contrahitur matrimonium, quos adoptio jungit: quanto potius a carnali coporet inter le contubernio esse illos, quos per cælestle sacramentum regeneratio sancti Spiritus jungit? † Longe ergo congruentius filius patris mei, vel frater meus appellatur is, quem divina gratia potius quam humana volentas, ut filius patris mei, vel frater meus esset elegit, prudentisique ab alterna corporis commixtione fecernitur.

IV.

Scisciatur a nobis sanctitas vestra, si aliquis homo duas commatres habere valeat unam post alteram. In quo meminisse debet scriptum esse: *Erunt duo in carne una.* Itaque cum conflet, quia

APPENDIX II. EPISTOLARUM NICOLAI PAPÆ I.

I. AD ADONEM VIENNENSEM ARCHIEPISCOPUM.

Reſpondet variis illius conſultationibus. De Lotharii regis divortio & de Alvico clerico.

Nicolaus epiſcopus ſervus ſervorum Dei reverentiſſimo & ſanctiſſimo confratri noſtro Adoni ſanctæ Viennenſis eccleſiæ archiepiſcopo.

a) Pœna, ut epiſtolica II.

